magnitudo ſeu continuum: ſed ſicut numerus: eo ꝙ
conſequenter ſe habeant: manifeſtum eſt ꝙ intellectus
non eſt magnitudo: ſicut plato dicebat: Sed aut eſt im
partibilis ſicut ſe habet ratio primorum terminorum:
aut nõ eſt continuus ſicut aliqua magnitudo: ſed ſicut
numerus inq̄ꝫtum vnum poſt aliud intelligimus: ⁊ ſe
pe plures terminãtur in vnum: ſicut in ſylogiſmis ter
minantur propoſitiones in concluſionem.

¶ Secundam rationem ponit ibi.

Qualiter autẽ intelliget magnitudo: cuꝫ
ſit qualibet ꝑtium ipſius: ꝑte autem aut ſe/
cundũ magnitudinem: aut ſecundum pun/
ctum ſi oꝫ ⁊ hoc partem dicere. Si quidẽ
igitur ſecundũ punctũ hec autem infinita:
manifeſtũ ẽ quoniã nequaquã pertranſibit.
Si vero ſecundũ magnitudinem: multotiẽſ
Co.48. ⁊ infinities intelliget idem: videtur auteꝫ ⁊
ſemel contingere. Si autem ſufficiens quã
libet partium tangere: qd oꝫ circulo moue
ri: aut ⁊ omnino magnitudĩem habere. Si
autem neceſſarium intelligere toto circulo
tangentem: quis eſt partibus tactus.

¶ Que talis eſt. Poſſet aliquis dicere ꝙ plato nõ po
ſuit magnitudinem in intellectu propter multa intelli/
gibilia: ſed oportꝫ ꝙ ſit in intellectu magnitudo etiam
propter vnumquodqꝫ intelligibilium. contra. hoc nõ
poteſt eſſe: plato enim ponit ⁊ oppinatus eſt ꝙ intelli/
gere non fiat per acceptionem ſpecierum in intellectu:
ſed ꝙ intellectus intelligat ꝑ quendã contactũ: inq̄ꝫtũ
Le.7. .ſ. occurrit ⁊ obuiat ſpeciebus intelligibilibus: ⁊ iſtũ
contactum attribuit circulo: ſicut ſupra dictum ẽ. Que
ro ergo a te ſi intellectus eſt magnitudo: ⁊ intelligit ſe
cundum contactũ: qualiter intelligat: aut enim hoc ꝙ
intelligit tãgit ſecundũ totum: aut ſecundum partẽ eiꝰ:
ſi ſecundum totũ contingens intelligit totum: tunc par
tes non erunt neceſſarie: ſed erunt fruſtra: ⁊ ſic non ẽ
neceſſe ꝙ ſit intellectus magnitudo ⁊ circulus. Si ve/
ro ſꝫ ptes ꝯtigẽs ĩtelligit ptes: aut hoc erit ſꝫ plures
partes. aut ſecundum vnam tantum. ſi ſecũdum vnã
tantum ſic idem quod primus: quia alie erunt ſuꝑflue
⁊ ſic non erit neceſſarium ponere intellectum habere
partes. Si vero contingens ſecũdum oẽs partes itelli
get. Aut hoc erit ſecundũ partes pũctales: aut ſecun/
dum partes quantitatiuas. ſi ſecundum partes pun/
ctales: tunc cum in qualibet magnitudine ſint infinita
puncta: oportet ꝙ infinities tangat anteq̄ꝫ intelligat cũ
non ſit infinita pertranſire. Dicit autem (partes pun
ctales) non ꝙ velit magnitudinem in partes puncta/
les diuidi: ſed diſputat ad rationem platonis: qui fuit
huius opinionis ꝙ corpus componeretur ex ſuperfi/
ciebus: ⁊ ſuperficies ex lineis: ⁊ linea ex punctis: quod
ipſe improbat in li. phi. vbi oſtendit ꝙ punctum addi
tum puncto nihil addit. Si vero intelligit contingens
ſm partes quantitatiuas: tunc cum quelibet pars di/
uidatᷣ ꝙ ĩ multas ptes ſeqᷣ multotiẽs intelligat idẽ. Itẽ
cũ oĩs quantitas ſit diuiſibilis in infinitũ ſecundũ eandẽ
proportionem: ⁊ non ſecundum eandem quantitatem
ſequitur ꝙ infinities intelligat: quod eſt inconueniens.
videtur ergo ꝙ nõ contingat niſi ſemel: ⁊ ſic nullo mo
do debet attribui intellectui magnitudo: neque q̄ꝫtum
ad multa intelligibilia: neqꝫ q̄ꝫtum ad vnum. ¶ Et no
tandum ꝙ hec ariſtotiles occulte oſtendit ꝙ intelle/
ctus de natura ſua non eſt partibilis: ſed quid imparti
bile. Intelligibile enim in vnaquaqꝫ re eſt quiditas: ⁊
natura rei eſt tota in qualibet parte: ſicut natura ſpecie
eſt tota in quolibet indiuiduo tota enim natura hom
nis eſt in quolibet indiuiduo: ⁊ hoc eſt ĩdiuiſibile: vn
de illud quod eſt intelligibile in quolibet re eſt indiuiſi
bile: ⁊ per conſequens intellectus.

Terciam rationem ponit cũ dicit.

Amplius quomõ intelliget ꝑtibile imꝑ
tibili: aut impartibile partibili.

¶ Que talis eſt. Conſtat ꝙ ſi nos ponimus intellectũ
impartibilem de facili patebit ratio: quomõ intelligat
impartibile ⁊ partibile: quia impartibile intelliget ſecũ
dum proprietatem ſue nature: eo ꝙ impartibilis eſt:
vt dictum eſt: partibile vero abſtrahendo a partibili.
Sed ſi intellectus ponatur partibilis ſecundum ꝙ pla
to vult: impoſſibile erit inuenire rationem quomodo
intelligit impartibile. Et ſic videtur ꝙ inconuenienter
plato ponat intellectum eſſe magnitudinem ſeu parti/
bilem.

¶ Quartam rationem ponit cum dicit.

Neceſſarium autem eſſe circulũ intelle/
ctum hũc intellectus quidẽ. n. motus intel/
ligẽtia: circuli ãt circulatio ſi ꝰ ĩtelligẽtia: cir
culatio: ⁊ intellectus vtiqꝫ erit circulus: cũ
hmõi circulatio ſit intelligentia: ſemꝑ auteꝫ
aliquid intelliget: ſiquidẽ perpetua ſit circu
latio. Practicarum quidem enim intelligẽ
tiarum termini ſunt: omnes enim alterius
cauſa ſunt. ſpeculatiue autem ratiõibus ter
minantur ſimiliter. Ratio autem omnis dif
finitio eſt aut demõſtratio. Demõſtratiões
vero ⁊ a principio ſunt: ⁊ habet quodam/
modo finem ſyllogiſmum aut concluſionẽ:
ſi autem non concludantur: ſed non refle/
ctuntur iterum in principium accipientes
ſemper medium ⁊ vltimum recte procedũt
ſed circulatio iterum in principium refle/
ctit. Diffinitiones autẽ omnes finite ſũt.

¶ Que talis eſt. Tu dicis intellectum eſſe circulum
⁊ dicis intellectum moueri. ſed motus circuli eſt circu
latio: motus vero intellectus eſt intelligentia: ergo ſi in
tellectus eſt circulus: de neceſſitate intelligentia erit cir
culatio: ſed hoc eſt falſum: quia cum in circulatione nõ
ſit inuenire actu principium neque finem: vt probatur
in. viii. phi. ſequitur etiam ꝙ intelligentia ſeu operatio
ipſius intellectus que eſt intelligere nunq̄ꝫ terminatur
ſed hoc eſt falſum. quia intelligentia habet actu ⁊ prin/
cipium ⁊ finem: ergo intelligentia ⁊ circulatio non ſũt Lco.1.
idem. ⁊ per conſequens: nec intellectus eſt circulus.
qđ autem intelligentia habeat principium ⁊ finem actu
probatur: quia omnis intelligentia aut eſt pratica aut
ſpeculatiua: ſed conſtat quot practicarum intelligentia
rum termini ſunt. i. fines. Nam omnes ſunt alterius
cauſa: ſcilicet operis: ⁊ ad opus terminantur. Specu/
latiue etiam intelligentie finem habent: ſcilicet ratio/
nes: omnes enim terminantur ad aliquas rationes: q̄
quidem rationes: aut ſunt (diffinitio) ſcilicet in ſim/
plici intelligentia: aut (demonſtratio) ſcilicet cum com
ponit ⁊ diuidit: ſed demonſtrationes prime ex princi/
piis certis ſunt: ⁊ habent quodam modo finem ſylo/
giſmum aut concluſionem. Et ſi dicatur ꝙ ex vna cõ
cluſione ſequitur alia ⁊ ſic non terminatur: nihilomi/
nus tamen poteſt dici ꝙ concluſiones non ſunt circu

lares: quia non eſt circulo demonſtrare: vt pꝛobatur
Lec.8. in pꝛimo poſterioꝛum: ſed tendunt in rectum: ⁊ im/
poſſibile eſt in rectum inuenire motum infinitum ſeu
pꝛoceſſum. Diffinitiones etiam habent pꝛincipium ⁊
finem: quia non eſt aſcendere in infinitum in generi/
bus: ſed accipitur.q. primum genus generaliſſimum
nec etiam deſcendere in infinitum in ſpeciebus ſed eſt
ſtare in ſpecie ſpecialiſſima. Unde genus generaliſſi/
mum eſt pꝛincipium: ſpecies vero ſpecialiſſima ſicut
terminus ſeu finis in diffinitionibus. Et ſic patet ꝙ
omnis intelligentia pꝛincipium habet ⁊ finem actu.

Quintam rationem ponit cum dicit.

**Amplius autem ſi eadeꝫ circulatio mul
totiens eſt: opoꝛtebit multotiens intellige/
re idem.**

¶ Que pendet quodammodo ex pꝛecedenti: ⁊ eſt.q.
quoddam membꝛum eius. Supꝛa enim pꝛobatum
eſt ꝙ ſi intellectus eſt circulus ſicut plato poſuit intel/
ligentia erit circulatio: ⁊ pꝛobauit ſuperioꝛi ratione ꝙ
intelligentia non eſt circulatio: ⁊ hoc idem pꝛobat hic
tali ratione. Uidemus ꝙ hec differentia eſt inter cir/
culationem ⁊ alios motus: quia impoſſibile eſt ĩ aliis
motibus vnum ⁊ eundem motum reiterari ſuper eã
dem quantitatem multotiens. ⁊ hoc apparet dedu/
cendo per ſingulas ſpecies motus. In alteratione.n.
impoſſibile eſt eundem motum ſuper idem reiterari
non.n.idẽ ſecundum idem de albo fit nigrum ⁊ de ni
gro album. In motu etiam augmenti impoſſibile eſt
vnum ⁊ idem ſecundum idem augmentari ⁊ dimi/
nui. In motu etiam locali impoſſibile eſt eundem mo
tum ſecundum idem reiterari: quia in motu locali ſe
cundum rectum ſemper ſunt duo termini ſcilicet actu
Unde ſi reiteraretur opoꝛteret termino ad quem vti
bis: quia vt fine ⁊ pꝛincipio: ⁊ de neceſſitate interue/
niret ibi quies: ⁊ ſic non eſſet idem motus numero.
In circulatione vero ſolum hoc contingit ꝙ vnus ⁊
idem motus ſecundum eandem quantitatem multo/
tiens reiteraretur: cuius ratio eſt: quia in circulatione
non ſunt aliqui termini actu: ⁊ ideo quantuncunqꝫ rei
teretur non interuenit quies: nec variatur motus.
Ex hoc ergo ſic arguit. Tu dicis ꝙ intellectus eſt cir
culus: ergo ⁊ intelligentia circulatio eſt: ſed hoc eſt in
conueniens ſcilicet ꝙ intelligentia ſit circulatio: ergo ⁊
pꝛimum. Quod ſit inconueniens ſic oſtendit. conſtat
ꝙ eadem circulatio ſecundum vnum ⁊ idem multo
tiens eſt ideſt reiteratur. ergo ſi intelligentia eſt circu/
latio ſicut tu dicis intelligentia multotiens ſecundum
vnum ⁊ eundem motum ⁊ ſuper idem multotiens
reiterabitur ⁊ ſic multotiens intelliget idem: intelle/
ctus enim mouendo ſe tangit ⁊ tangendo intelligit: ſi
cut ipſi dicunt ⁊ circulariter multotiens tangit idem:
⁊ ſic multotiens intelliget idẽ quod eſt inconueniens.

Sextam rationem ponit cum dicit.

**Adbuc autem intelligentia aſſimilatur cui
dam ſtatui ⁊ quieti magis quam motui: eo
dem autem modo ⁊ ſyllogiſmus.**

¶ Que talis eſt. Si intelligentia circulatio eſt debet aſ
Lec.6. ſimilari motui: ſed nos videmus totũ contrarium: qꝛ
intelligentia magis aſſimilatur quieti qꝫ motui: ergo ĩ
telligentia non eſt circulatio. Quod autem magis aſ/
ſimiletur quieti qꝫ motui patet: quia ſicut ipſe dicit in
vii. phi. non poteſt fieri aliquis ſapiens quando mo/
tus eius non reſident nec quieſcunt. Unde in pueris ⁊
in omnibus in quibus motus non quieſcunt non de
facili inuenitur ſapientia. Sed tunc aliquis ſapientiam
acquirit quando quieſcit. vnde dicit ꝙ ĩn quieſcendo
⁊ ſedendo anima ſapiens fit ⁊ pꝛudens. Sed qꝛ poſ/
ſet dici ꝙ hoc verum eſt de ſimplici intelligentia: ſed
non de ſyllogiſmo: ideo ariſ. dicit ꝙ eodem modo ⁊
ſyllogiſmus aſſimilatur magis quieti qꝫ motui: ⁊ hoc
patet: ante enim qꝫ ſit ſyllogizatum de aliqua re intel/
lectus ⁊ mens hominis fluctuat ad vnam ⁊ ad aliam
partem ⁊ non quieſcit in aliqua: Sed quando iam ẽ
ſyllogizatum determinate inheret vni parti ⁊ queſcit
in illa.

Septimam rationem ponit cum dicit.

**At vero neqꝫ beatum quod non facile Co.49.
ſed violentum. Si autem eſt motus ipſi/
us non ſubſtãtia: extra naturam vtiqꝫ mo
uebitur.**

¶ Que talis eſt. conſtat ꝙ beatitudo anime eſt intelli
gendo: ſed beatitudo non poteſt eſſe in eo qđ eſt vio/
lentum ⁊ pꝛeter naturam: cum ſit perfectio anime. er
go cum motus non ſit ſecundum naturam ⁊ ſubſtan
tiam anime: ſed pꝛeter naturam eius impoſſibile ẽ ꝙ
intelligere quod eſt operatio anime ⁊ in quo eſt bea/
titudo anime ſit motus: vt plato dicebat. Quod autẽ
motus ſit pꝛeter naturam anime patet ex poſitione
platonis ipſe enim dixit animam componi ex nume/
ris: ⁊ poſtea dixit eam diſpartitam in duos circulos
⁊ hos reflexit in. vii. ⁊ ex hoc ſequitur motus: ex quo
apparet ꝙ motus non ineſt ei naturaliter ſed per ac/
cidens.

¶ Octauam rationem ponit cum dicit.

**Laboꝛioſum autem eſt commiſceri aĩaꝫ
coꝛpoꝛi nec poſſibile abſolui. Et adhuc fu
giẽduꝫ ſiquidem melius eſt intellectui non
cum coꝛpoꝛe eſſe: quemadmodum ⁊ con/
ſuetum eſt dici: ⁊ multis videtur.**

¶ Que talis eſt. videtur ꝙ ſecundum opinionem pla
tonis anima de ſua natura non ſit vnita coꝛpoꝛi. nam
ipſe poſuit eaꝫ pꝛimo compoſitam ex elementis: ⁊ po
ſtea complexam ⁊ adunatam coꝛpoꝛi: ⁊ inde non poſ/
ſe recedere cum vult. Inde ſic. quandocunqꝫ eſt ali/
quod vnitum contra naturam ſuam alicui: ⁊ non po/
teſt inde cum vult recedere ei eſt penale: ⁊ quando/
cunqꝫ aliquid in vnione ad aliud deterioꝛatur eſt fu/
giendum ⁊ nociuum. Sed anima vnitur coꝛpoꝛi con
tra naturam ſuam vt dictum eſt: nec poteſt inde rece
dere cum vult: nec nõ ⁊ deterioꝛatur in vnione ad coꝛ
pus: ſicut conſuetum eſt dici a platonicis ⁊ multis ex
eis. Uidetur ergo ꝙ anime pennale eſt ⁊ fugiendum
eſſe cum coꝛpoꝛe. Non ergo conueniens eſt dictũ pla
tonis. ſ. ꝙ anima compoſita ex elementis pꝛimo com
miſceatur coꝛpoꝛi.

¶ Nonam rationem ponit cum dicit.

**Immanifeſta autem ⁊ circulo ferri celuꝫ Co.50.
cauſa. Neqꝫ enim anime ſubſtantia cauſa
circulariter ferri animam: ſed ſecundum ac
cidens ſic mouetur. Neqꝫ coꝛpus cauſa:
ſed magis illi. At vero neqꝫ quia melius
dicitur: ⁊ oportebat pꝛopter hoc deum fa/
cere circulariter ferri animaꝫ: quia dignius
ſit ipſi moueri quam manere: moueri au/
tem ſic quã aliter. Quoniam autem hmõi Co.51.
intẽtio eſt alteris rationibus magis ꝓpꝛia:
hanc quidem dimittamus nunc.**

¶ Que talis eſt. plato loquitur de anima vniuerſi: ⁊
dicit eam moueri circulariter: ſed ſecundum opinio/
nem ſuam: cauſa quare celum mouetur circulari/
ter eſt immanifeſta ideſt non aſſignatur. Si enim
celum mouetur circulariter aut ergo erit propter
principia naturaliter: aut propter finem: Si dica/
tur quod naturaliter propter principia aut erit pro/
pter naturam anime: aut propter naturam corporis
celeſtis ſed non eſt propter naturā anime q2 moueri
circulariter nō ineſt anime ſecundū ſubſtātiam ſuam:
ſed ꝑ accidens: q2 vt dictū eſt anima mouet̄ ꝑ ſe: ⁊ ſꝫ
ſuam ſubſtantiā motu recto: ⁊ deinde aſpectū rectuꝫ
reflectit in circulos. Nec etiā propter naturaꝫ ipſius
corporis celeſtis q2 corpus non eſt cauſa motus aīe:
ſed anima eſt magis corpori cā ꝙ moueat̄. Si aūt di
catur ꝙ propter finem nō pōt aſſignari aliquis finis
determinatus ſecundū eū: cū queritur quare ſic mo/
uetur ⁊ nō alio motu: niſi ꝙ ſic deus voluerit eū mo
ueri. Sed deus ꝓpter aliquā cām dignatus eſt celuꝫ
potius moueri ꝙ̄ manere: ⁊ moueri ſic. i. circulariter
Lib.2. ꝙ̄ alio motu: quā cauſā plato non aſſignat: ſed q2 hāc
Lec.3. aſſignare eſt magis propriū (aliis rationibus. i. in alio
tractatu. ſ. in li. de celo: iō dimittamus ipſā ad preſēs.

¶ Decimam rationē ponit cū dicit.

Illud aūt inconueniēs accidit ⁊ huic ra/
tioni ⁊ pluribus que de anima. copulāt. n.
⁊ ponunt ī corpus animā nihil determinā/
tes propter quā cauſam: ⁊ qūo habēte cor
pore. Et tamē videtur hoc vtiqꝫ neceſſariū
Co.52. eſſe: propter. n. comunitatē hoc quidē agit
aliud: hoc autē patitur: ⁊ hoc quidē mouet
C.05. illud autē mouetur. Horū autē nihil īeſt ad
inuicem quibuſcunqꝫ: hi autem ſolum co
nantur dicere quale quid ſit anima. De ſu/
ſceptio autē corpore nihil adhuc determīa/
tum tanquā contingens ſit ſecūduꝫ pytha
goricas fabulas quālibet aīaꝫ quodlibet
corpus ingredi. Uidetur. n. vnumquodqꝫ
propriam habere ſpēm ⁊ formam. Simile
itaqꝫ aliquid dicunt: ſicut ſi aliquis dicat
tectonicam in fiſtulas igredi. Oportet enī
artem quidem vti organis: animam autem
corpore.

¶ Que non ſolū eſt contra platonem: ſed ēt ꝯtra mul
tos alios: ⁊ ducens eſt ad inconueniētia ⁊ oñdens eoꝝ
potiones deficientes: q̄ talis e ſt. Conſtat ꝙ inter mo
uens ⁊ motū eſt aliqua proportio: ⁊ inter agēs ⁊ pa/
ciens: ⁊ inter formā ⁊ materiā: nō ſimiliter. n. quelibet
forma cuilibet corpori ꝯuenit ⁊ vnit̄ neqꝫ omne agens
agit in omne paciēs. Neqꝫ quodlibet mouens mouet
quodlibet motū: ſed oportet ꝙ ſit iter ea aliqua com/
municatio ⁊ ꝓportio ex qua hoc ſit aptū natū moue/
re illud vero moueri. patet aūt ꝙ iſti phyloſophi po/
ſuerūt aīaꝫ eē ī corpe ⁊ mouere corp⁹: cū ergo loquāt̄
de ipſa nā aīe. videt̄ etiā neceſſariū ꝙ aliqd dixiſſet de
natura corporis: ꝑꝑ quā cauſā vniatur corpori: ⁊ qūo
ſe habeat corpus ad eam: ⁊ qūo comparatur corpus
ad animā. Non ergo ſufficienter determinant de aīa
dum conant̄ dicere ſolū quale qd ſit anima: ⁊ negli/
gunt oſtendere quale qd ſit corpus ſuſcipiēs ipſā. Ex
quo ꝯuenit eis illud ꝙ in fabulis pythagoricis habe/
tur: ꝙ quelibet aīa in quodlibet corpus ingrediat̄: pu
ta ſi caſu ꝯtingat in corpus elephātis intrare aīaꝫ mu
ſce: ꝙ̄uis hoc non poſſit eſſe: cū vnumquodqꝫ corpoꝝ
⁊ maxime animaliū habeat propriā formam: ⁊ propri
am ſpeciem: ⁊ propriū mouens: ⁊ propriū motum: ⁊
multuꝫ differat corpus vermis a corpore canis ⁊ cor
pus elephantis a corpore culicis hoc tamen dicentes
ſcilicet quod quelibet anima quodlicet corpus ingre
ditur dicunt ſimile: ac ſi quis dicat artē textiuam igre
di in fiſtulas ⁊ erariam in telariam. Et tamen ſi ipſis
artibus ineſſet natura ingrediendi corpora ſeu orga/
na ex ſeipſis: non quelibet in quodlibet ingrederetur:
ſed fiſtulatiua ingrederetur in fiſtulas non in liras: ci/
tharatiua autem in citharas ⁊ non in fiſtulas. eodem
igitur modo ſi anime cuilibet ſit corp⁹: vnaqueqꝫ aīa
non quodlibet corpus ingreditur: imo ipſa anima ido
neum format ſibi corpus ⁊ non aſſumit paratuꝫ. Sic
ergo plato ⁊ alii phyloſophi loquentes tantū de ani
me natura inſufficienter dixerunt non determinantes
quod ſit corpus conueniens cuilibet anime: ⁊ quali/
ter ⁊ quale exiſtens vniatur ſibi.

Lectio nona

Lia autē quedā opinio tradita ē de Co.54
aīa: credibilis qdē multis: ⁊ neqꝫ
vna minor his que dicte ſunt. rati/
ones autē tanquā directiuas prebens ⁊ in
cōmuni factis rationibus. Harmōiā enim
quandam dicunt.

Oſtq̄ phyloſophus reprobauit opinionē
platonis: hic conſequenter reprobat quan
dam aliam opinionem conformem opini/
oni platonis quantum ad aliquid. fuerunt
enim quidam qui dixerunt: ꝙ anima erat harmonia
⁊ iſti concordauerunt cum platone in hoc ꝙ plato di
xit ꝙ anima erat compoſita ex numeris harmonicis:
hi vero ꝙ erat harmonia ſed differebāt in hoc quod
plato dixit: ꝙ anima erat harmonia numerorum: iſi
vero dixerunt ꝙ harmonia tam compoſitoꝝ ꝙ̄ mix
torum vel contrariorum erat anima. Circa hoc auteꝫ
tria facit primo enim ponit opinionem iſtorum ⁊ ra/
tionem opinionis: ſecundo diſputat contra dictaꝫ opi
nionem ibi. (Et quidē harmonia ⁊c.) Tertio oſten
dit quomodo hec opinio eſt multum probabilis. ibi.
(Si vero alteram animam eſt: ⁊ cetera.) Circa pri/
mum. d. ſ. enim ponit dictam opinionem de anima
dicens: ꝙ quedam opinio tradita eſt ab antiquis de
anima que videbatur habere rectas ratiōes: ⁊ nō ſo
lum in ſpeciali de anima ſed etiam quantum ad id qđ
cōmune eſt ad omnia principia. Et dicit (quantuꝫ ad
id quod comune eſt:) q2 antiqui phyloſophi nihil tra
ctauerunt de cauſa formali ſed tantum de materiali: ⁊
inter omnes illi qui magis viſi ſūt appropinquare ad
cauſam formalem fuerunt democritus ⁊ empedo/
cles: qui ſcilicet empedocles dixit ꝙ omnia conſtabāt
ex ſex principiis: quorum. iiii. poſuit materialia ſcilicet
. iiii. elementa: ⁊ duo formalia partim actiua ⁊ partim
materialia ſcilicet amicitiam ⁊ litem. Et dicebant ꝙ
hec principia materialia habebant inter ſe quandam
proportionem que reſultabat ex eis. ita ꝙ cōueniebāt
in aliquo vno: q2 ſine hoc non poſſent eſſe ſimul. ⁊ hāc
dicebant formam rerum ⁊ harmoniam quandā eſſe
vnde ⁊ ſicut de aliis formis ſic dicebant de anima ꝙ
erat harmonia quedam.

¶ Secundo cū dicit. Co.55.

Et enim harmoniam temperamētum ⁊
compoſitionem eſſe contrariorū: ⁊ corpus
compoſitioni ex contrariis.

¶ Pōit rōem hmōi opīonis dicens: ꝙ harmonia ē
cōplexio ⁊ ꝓportio ⁊ tēpamētū ꝯtrarioꝝ ī ꝯpoſitis ⁊
mixtis. Et h̄ ꝓꝑtio que eſt inter iſta ꝯtraria dicitur

harmonia ⁊ forma illius compoſiti. vnde cū anima ſit
quedam forma dicebant ipſam eſſe harmoniā. Dici/
tur autem hec opinio fuiſſe cuiuſdā dinarchi ⁊ ſim/
miatis ⁊ empedoclis: ¶ Coñr cū dicit.

**Et quidē harmonia quedam rō compo**
**ſitorum eſt aut compoſitio: animam āt neu**
**trū poſſibile eſt eſſe horū.**

¶ Diſputat contra opinionē predictam. Et circa hoc
duo facit. primo. n. diſputat generaliter ad poſitionez
dictoꝝ phyloſophoꝝ: ſecundo vero in ſpeciali ad po
nentem ſcilicet contra empe. ibi. (inueſtigabit autem
hoc ⁊c.) Ad poſitionē autē obiicit. iiii. rationibus qua
rum prima talis eſt. Conſtat ꝙ harmonia proprie di
cta eſt conſonantia in ſonis ſed iſti tranſūpſerunt iſtd
nomen ad oēm debitā proportionez: tam in rebus cō
poſitis ex diuerſis partibus: q̄ʒ in commixtis ex con/
trariis. Secundum hoc ergo harmonia poteſt duo
dicere: quia vel ipſam compoſitionem aut commixti
onem: vel proportionem illius compoſitionis ſeu cō/
mixtionis. Sed conſtat ꝙ neutꝝ iſtoꝝ eſt anima: ergo
anima non eſt harmonia. Quod autez anima non ſit
compoſitio ſiue proportio compoſitionis patet. Iſti
enim accipiunt animā vt ſubſtantiam quandam: ſed
illa duo ſunt accidentia: non ergo idem ſunt.

¶ Secundam rationem ponit cum dicit.

**Amplius autē mouere non ē harmonie**
**anime aūt attribuunt hoc omnes.**

¶ Que talis eſt. Conſtat ꝙ omnes phyloſophi dicūt
ꝙ anima mouet: ſed harmonia non mouet: immo re
linquitur ex mouente ⁊ ſequitur: ſicut ex motu chor/
darum qui eſt per muſicam relinqtur harmonia que
dam in ſono. Et ex applicatione ⁊ contemperatione
partium a componente relinquitur proportio quedā
in compoſito. ergo ſi anima eſt harmonia: ⁊ hec relin
quitur ex harmonizatore: oportebit ponere aliam ani
mam que armonizet.

¶ Tertiam rationem ponit cum dicit.

Co.56. **Congruit aūt magis de ſanitate dr̄e har**
**moniā: ⁊ oīno de corporeis virtutibꝰ quaz**
**de aīa. Manifeſtū aūt ſi aliquis tentauerit**
**reddere paſſiones ⁊ opa anime harmonia**
**quadā difficile. n. adaptare.**

Lec.5. ¶ Que talis eſt. Phyloſophus enim dicit in quarto
phyſicoꝝ. Quicunqꝫ aſſignat diffinitionem ſeu natu/
ram rei: oportet ꝙ illa aſſignatio: ſi ſufficiens eſt: con/
ueniat operationibus ⁊ paſſionibus illius rei. tunc. n.
diffinitur optime quidem res quando non ſolum co/
gnoſcimus ſubſtantiam ⁊ naturam ipſius rei: ſed eti/
am paſſiones ⁊ accidentia eius: Si ergo anima ē har
monia quedam: oportet ꝙ per cognitionem harmo/
nie deueniamus in cognitionem operationum ⁊ acci/
dentium anime: Sed hoc eſt valde difficile: vtputa ſi
velimus operationes anime in harmoniam referre:
cuius enim harmonie erit ſentire: ⁊ cuius amare. aut
odire: ⁊ intelligere. Sed per cognitionem harmonie
magis congruit venire in cognitionem accidentium
corporum. vt ſi velimus cognoſcere ſanitatem: dice/
mus ꝙ eſt complexio adequata ⁊ contemperata hu/
morum ⁊ qualitatuz in corpore: ⁊ ſic de aliis corpore/
is virtutibus: ⁊ ſic harmonia magis eſſet attribuēda
corpori q̄ʒ aīe. ¶ Quartā rōem ponit cū dicit.

Co.57. **Amplius aūt dicimus harmoniaz ī duo**
**reſpicientes maxime quidem propriam ma**
**gnitudinum in habentibus motum ⁊ poſi/**
**tionem ⁊ compoſitionem ipſorum: cum ſic**
**congruant: vt nullū congeneum pretermit/**
**tatur. Hinc autem ⁊ eorum que cōmiſcen/**
**tur rationez. Neutro quidem igitur modo**
**rationabile. Compoſitio aūt partium cor/**
**poris multuz inueſtigabilis eſt. Multe. n.**
**compoſitiones partium ⁊ multipliciter ſūt.**
**Cuius igitur ⁊ quō congruit accipere intel**
**lectum compoſitionem eſſe: aut ⁊ ſenſitiuū**
**⁊ appetitiuū. Similiter āt ⁊ inconueniens ⁊**
**rationem mixtionis eſſe animam. Non enī** Co.58.
**eandem habet rationē commixtio elemen/**
**torum ſecundū quā caro: et ſecundū quam**
**os: accidet igitur multas aīas habere. et ſe**
**cundum omne corpus ſiquidē omnia ex**
**elementis cōmixtis ſunt commixtionis autē**
**ratio harmonia aīa.**

¶ Que talis ē. harmonia īuenit̄ aliqñ ī compoſitis ⁊
habentibus compoſitionem ⁊ motum. quia quando
hec ſic inuicem ſimul ponūtur ⁊ ordinantur: (vt nul
lum congeneum) ideſt vt nullus defectus eiuſdem ge
neris ibi ſit: tunc ille ptes dicuntur bene harmonizate
⁊ compoſitio ipſarum vocatur harmonia: ſicut ligna
⁊ lapides ⁊ alia corpora naturalia. Sic etiam ⁊ chor/
de quando bene ordinate ſunt: vel fiſtule: vt exinde
conſonantia ſonorum reſultet: dicuntur bene harmo/
nizate: ⁊ huius conſonantia dicitur harmonia: ⁊ hoc
modo proprie dicitur harmonia. Aliquando inueni/
tur in corporibus mixtis ex contrariis. quando enim
aliqua contraria ſunt complexa ⁊ commixta in aliquo
ita vt nulla repugnantia ſeu exceſſus alicuius con/
trarii ſit ibi: vtputa calidi aut frigidi: aut humi/
di: aut ſicci: tunc illa dicuntur bene harmonizata: ⁊
hoꝝ ratio ideſt proportio dicitur harmonia. ¶ Si er
go anima eſt harmonia: ſcd̄m aliquē iſtoꝝ modoꝝ di
ceretur: ſed cōſtat ꝙ neutro iſtoꝝ modoꝝ rationabi/
le eſt aīam dici harmoniā: ergo male dicūt harmoni
am eſſe. Et ꝙ neutro iſtoꝝ modoꝝ aīa dicat̄ harmo
nia patet. non. n. aīa pōt dici harmonia: qđ inuenitur
in rebus compoſitis: ⁊ habentibus cōpoſitionē. quod
patet. Nā ordo partiū compoſitaꝝ in corpore eſt val
de manifeſtus: facile. n. eſt ſcire ordinē oſſiū ad oſſa: ⁊
neruoꝝ ad neruos: ⁊ brachii ad manū: ⁊ carnis ad oſ
ſa. Sed ratio ordinis partiū aīe eſt nobis immaniſe/
ſta non. n. per hoc poſſumus ſcire ordinē qui eſt īter
intellectū ⁊ ſenſū ⁊ appetitū ⁊ hmōi. ¶ Nec etiā pōt
dici harmonia ſcd̄m ꝓportionē corpoꝝ cōmixtoꝝ ex
contrariis. Et hoc duplici ratione. Una ratio eſt: qa
diuerſa ꝓportio inuenit̄ in diuerſis ptibus corpis nā
commixtio elementoꝝ nō habet eandē rationē. i. pro/
portionē ſcd̄m quā eſt caro ⁊ ſcd̄m quā eſt os: ergo ī
diuerſis ptibus erūt diuerſe aīe. Alia rō eſt: q2 oīa cor
pora ſūt cōmixta ex elemētis ⁊ ꝯtrariis: ſi ergo ꝓpor
tio commixtionis in quolibet corpore eſt harmonia
⁊ harmonia eſt anima: ergo in quolibet corpore erit
anima: quod eſt inconueniens. Et ſic patet ꝙ inconue
nienter dicunt aīam eſſe harmoniā. Coñr cū dicit.

**Inueſtigabit autē hoc vtiqꝫ aliquis ab** Co.59.
**Empe. vnūquodqꝫ. n. horū ratione quadā**
**dicit eſſe: vtrū igitur hec ratio anima eſt: aut**
**magis alterꝝ aliquod: cū ſit in partibus.**

¶ Diſputat ꝯtra empe. ⁊ pōit ꝯtra eū tres rōes q̄s ñ
deducit. Quaꝝ prima talis ē. ipſi ponunt quodlibet.

coꝛpus conſiſtere(ratione)ideſt pꝛopoꝛtione quadaʒ
quam dicunt harmoniam: ⁊ hanc dicunt animam.
quero ergo vtrum anima ſit ipſa ratio ideſt pꝛopoꝛ
tio commixtionis: aut aliquid aliud a pꝛopoꝛtione. Si
tu dicis ꝙ eſt ipſa pꝛopoꝛtio: tunc cum in vno coꝛpo/
re ſint diuerſe pꝛopoꝛtiones ſecundum diuerſas par/
tes ſequuntur duo inconuenientia ſcilicet ꝙ multe ani
me ſint in vno coꝛpoꝛe ſecundum diuerſas partes: ⁊
ꝙ in quolibet mixto ſit anima. Si dicas ꝙ eſt aliud ꝙ̃
pꝛopoꝛtio: tunc cum pꝛopoꝛtio ſit harmonia: anima
non erit harmonia.

¶ Secundam rationem ponit cū dicit.

**Amplius aūt vtrū cōcoꝛdia cuiuſlibet**
**mixtionis cā: aut eius que ſm rōnem.**

¶ Que talis eſt. Empe. ponebat ꝙ amicitia eſſet cau
ſa congregationis in rebus: ⁊ lis cauſa diſgregationis
ſed in cōgregatione ſit aliqua pꝛopoꝛtio. quero ergo
vtrum amicicia ſit cauſa cuiuſlibet congregationis:
aut tantum congregationis harmonizate. Si tu dicas
ꝙ amicitia eſt cā cuiuſlibet congregationis: tunc opoꝛ
tebit pōere aliquid aliud ab amicitia: quod cauſet hu
iuſmodi pꝛopoꝛtionem ⁊ harmoniam in congregati
onibus armonizatis: vel erit dicere ꝙ huiuſmodi har
monizatio eſt a caſu. Si tu dicas ꝙ eſt cauſa ſoluʒ cō/
gregationis harmonizate tunc amicitia non erit cau/
ſa omnis congregationis. quod eſt contra eum.

¶ Tertiam rationē ponit cū dicit.

**Et hoc vtrum ratio eſt: aut alteruʒ aliqd**
Co.60. **preter rationem. Hec quidem igitur habēt**
**huiuſmodi dubitationes.**

¶ Que talis eſt. Empe. dicit ꝙ amicicia eſt que facit
congregationem in rebus. quero ergo vtrum amici
tia ſit idem cuʒ ipſa congregatione harmonizata: aut
non. Si dicatur ꝙ eſt idem: tunc cuʒ nihil ſit cauſa ſui
ipſius amicicia non erit cauſa illius congregationis: ſi
cut empe. dicebat. Si vero dicatur ꝙ non eſt ideʒ. cō
tra. congregatio harmonizata nihil aliud eſt quam cō
uenientia quedaʒ: amicitia vero videtur eſſe quedā cō
ueniētia: ergo eſt idem. ⁊ ſic idem quod pꝛius.

¶ Coñr cū dicit.

**Si vero alterum eſt a mixtiōe anima: quid**
**igitur carni eſſe intermittitur ⁊ aliis partibꝰ**
**animalis. Adhuc autem ſiquidem nō vna/**
**queqꝫ partium habet animaʒ: ſi non eſt ani**
**ma ratio compoſitionis: quid eſt ꝓpter qō**
**coꝛpus coꝛrumpitur anima deficiente.**

¶ Oſtendit quomodo hec opinio eſt multum pꝛoba
bilis: dicens ꝙ ideo videtur hec opinio pꝛobabilis: qꝛ
poſito vno ponitur aliud: ⁊ remoto vno remouetur
alterum. Nam recedente ab aliquo coꝛpoꝛe harmo/
nia recedit anima: ⁊ permanente harmonia perma/
net anima: ſed hoc non ſequitur: qꝛ pꝛopoꝛtio huius
non eſt foꝛma ſicut ipſi credebant: ſed diſpoſitio ma/
terie ad foꝛmaʒ. Et ſic ſi accipiatur pꝛopoꝛtio harmo
nizate compoſitionis pꝛo diſpoſitione bene ſequit̃ ꝙ
manente diſpoſitione materie ad foꝛmam manet foꝛ
ma ⁊ deſtructa diſpoſitione remouetur foꝛma.

¶ Secundo cū dicit.

**Quod quidem igitur non harmoniam:**
Co.61. **poſſibile eſt eſſe animam: neqꝫ circulariter**
**moueri: manifeſtum ex dictis: ſecundum ac**
**cidens autem moueri eſt ⁊ mouere ſeipſam**
**vt moueri quidem in quo eſt: hoc auteʒ mo**
**ueri ab anima. aliter autem non eſt poſſibi/**
**le moueri ſecundum locum ipſam.**

¶ Concludit ⁊ epilogat ꝙ anima non mouetur circu
lariter: ſicut plato dicit: Nec eſt harmonia ſicut
empe. aſſeruit mouetur autem ſecundum accidēs Lec.6.
ſicut diximus ſupꝛa: ⁊ mouet ſeipſam. Et ꝙ mouea/
tur ſecundum accidens patet: qꝛ mouetur inquantuʒ
mouetur coꝛpus in quo eſt: coꝛpus mouetur ab aīa.
Alio mō non eſt moueri ipſā ſm locū. niſi ꝑ accidēs.

¶ Lec. decima.

**Rationabilius āt dubitabit vtiqꝫ aliqs** Co.62.
**de ipſa tanquā que mouetur in hmōi conſy**
**derans. dicimus enī aīam triſtari: gaudere:**
**confidere: timere: Amplius autem iraſci: ⁊**
**ſentire: ⁊ intelligere. Hec autem omnia mo**
**tus eſſe videntur: vnde opinabatur aliquis**
**ipſam moueri.**

Oſtēſo ꝙ phyloſophus poſuit rationes illoꝝ
qui dixerunt animam mouere ex eo ꝙ ip/
ſa mouet coꝛpus: ⁊ diſputauit contra eos
Hic conſequenter vult oſtendere ꝙ euidē
tioꝛ ratio ꝙ anima moueatur poteſt ſumi ex ipſis opi
bus anime. Et circa hoc duo facit. pꝛimo enim mo/
uet dubitationem illoꝛum qui dixerunt animam mo
ueri ex operibus anime. ſecundo vero ſoluit dubita/
tionem huius quantum ad pꝛopoſitum pertinet ibi.
(hoc autem non eſt neceſſe ⁊c̄.) Dicit ergo pꝛimo
ꝙ licet pꝛedicti phyloſophi dubitauerunt vtruʒ ani/
ma moueretur ex eo ꝙ mouet coꝛpus: tamen (ra/
tionabilius) ideſt, pꝛobabiliꝰ dubitabit aliquis de ani
ma ꝙ moueatur (conſyderans in huiuſmodi) que di
centur ideſt in operationibus anime. Ex his eniʒ po/
terit pꝛobabiliter oſtendi ꝙ anima mouetur. Nos
enim dicimus animam triſtari: gaudere: (confidere)
ideſt audere. ⁊ timere: Amplius dicimus ipſam ira/
ſci: ſentire. ⁊ intelligere. Cuʒ ergo hec omnia ſint ope
rationes anime ⁊ ſint motus quidam: videtur ꝙ ani
ma moueatur hec autē dubitatio videtur magis pꝛo
babilis ꝙ̃ ſuperioꝛ. Nam illa conſyderat motuʒ ani/
me ex motu coꝛpoꝛis. dicebat enim ꝙ nihil mouet: ni
ſi moueatur. Unde cum anima moueat coꝛpus mani
feſtum eſt ꝙ ipſa mouetur. Hec vero opinio conſy/
derat motum ipſius anime ex operationibus aīe.

¶ Coñr cum dicit.

**Hoc auteʒ non eſt neceſſe. Si enī ⁊ quā** Co.63.
**maxime gaudere aut dolere aut intelligere**
**motus ſunt ⁊ vnunquodqꝫ moueri aliquid**
**Moueri autem eſt ab anima: vt iraſci aut ti**
**mere in eo ꝙ coꝛpus quodammodo moue**
**tur. Intelligere autem huiuſmodi foꝛſitan**
**alterum aliquod.**

¶ Soluit dubitationem. ¶ Circa quod ſciendum eſt
ꝙ quandoqꝫ Ariſ. inquirit veritatē aliquam ſoluendo
⁊ obiiciendo: aliquando obiicit ⁊ ſoluit poſt determi/
natam veritatē: ⁊ tunc obiicit ⁊ ſoluit ſm ſuā opinio
nem: aliquando vero añ determinatā veritatē: ⁊ tūc
obiicit ⁊ ſoluit ſupponēdo opiniōes alioꝝ: ⁊ nō ſʒ ſu
am opinionē ⁊ veritatē quam ipſe opinat̃. Et huius Lec.8.
exemplum habemus in .iii. phy. vbi phyloſophus
diſputat cōtra ponētes īfinitū: ⁊ vtit̃ cōtra eos mul/
tis rationibus: que ſecundum ſe ſunt falſe licet ſcdm
illos reputent̃ vere: puta ꝙ omne coꝛpus hʒ leuitatē
⁊ grauitatē. Cuius ratio eſt. qꝛ hoc. ſ. vtꝝ omne coꝛpꝰ Lib.i.
habeat leuitatem ⁊ grauitatem nondum determina/ Le.5.
uerat: quod poſtea determinauit in li. de celo ⁊ ideo Le.9.
reiterauit ibi queſtionem de infinito. Hunc autem
modum obiiciendi ⁊ ſoluendi ſeruat hic Ariſtote. vn/

de ⁊ procedit contra eos ſupponendo illorum opiniones. illi enim ⁊ maxime platonici opinati ſunt ꝙ triſtari: gaudere: iraſci: ſentire: ⁊ intelligere: ⁊ huiuſmodi que dicta ſunt: ſint motus anime: Et ꝙ quodlibet illorum etiam intelligere fiat per organum determinatum: Et quantum ad hoc non ſit differentia inter ſenſitiuam ⁊ intellectiuam: Et ꝙ omnis anima non ſolum intellectiua ſit incorruptibilis. Ariſtoteles vero omnia iſta concedit: ipſe enim ſupponit ꝙ huius operationes fiant per determinata organa etiam intelligere: Et ꝙ omnis anima ſit incorruptibilis. Hoc tantum negat. ſcilicet ꝙ huius oꝑationes ſcilicet ſētire gaudere ⁊ hmōi ſit motus aīe: nō emp. dicit eſſe aīe: ſed motus cōiuncti: ⁊ quātū hoc diſputat cōtra eos. Et circa hoc. d. ſ. pmo. n. oſtendit ꝙ huiuſmodi oꝑationes nō ſunt motus aīe. ſcdo vero probat hoc quodā medio ibi. (intellectus aūt ⁊c̄.) Dicit ergo ꝙ iſti dicunt duo: ⁊ primo ꝙ gaudere ⁊ triſtari ⁊ hmōi ſunt motus: ſcdo ꝙ hec attribuuntur aīe. ſ. ꝙ iraſcatur: gaudeat: ſētiat: ⁊ hmōi: ⁊ ſic videtur ꝙ aīa moueať. Sed hoc ē non neceſſe: imo vtrūq₃ iſtoꝝ eſt falſū. ſ. q̄ neq₃ hmōi oꝑationes ſunt motus: ⁊ neq₃ attribuuntur aīe. ſ. ꝙ iraſcatur: gaudeat: ſentiat ⁊ hmōi Sed dato ꝙ ſint motus ⁊ loquamur de eis ſcdm ꝙ ſunt motus: nihilominus falſum eſt ꝙ attribuantur anime: ⁊ per conſequens ꝙ ſecundum huiuſmodi operationes moueať. quod ſic patet. Conſtat enim ꝙ ſi huiuſmodi oꝑationes ſunt motus ⁊ attribuanť anime: ꝙ non attribuuntur ſibi niſi ſcdm aliquas determinatas partes corꝑis: ſicut ſentire non attribuiť anime niſi in aliqua parte corꝑis: vt in oculo ſenſus qui ē per viſū: ⁊ iraſci in corde: ⁊ ſic de aliis. ſimiliter manifeſte apparet ꝙ non ſunt anime tantū motus: ſed coniuncti. Sunt tamen ab anima: vtputa in hoc quod eſt iraſci: anima enim iudicat aliquid eſſe dignum ira: cor autem animalis ex hoc mouetur: ⁊ feruet circa ipſum ſanguis. Sic aūt ſe hēt ad timores: nam aliqua particula corporis contrahiť ad terribile ⁊ alteratur: ⁊ ſimiliter de aliis. Et ſic anima nō mouetur: ſed eſt moueri ab ea in eo ꝙ aliqd vt cor quodāmodo moueť. Et quia ipſe determinabit inferius ꝙ intelligere eſt quedā oꝑatio anime in qua non cōmunicat cū corpore: ⁊ non eſt coniuncti. Ideo dicit ꝙ intelligere forſitan eſt aliqd alterum ab operationibus cōiuncti ⁊ dicit forſitan. q̄ nō loqtur diffiniēdo: ſed ſupponendo. ¶ Quia vero dixit ꝙ hmōi motus nō ſūt anime ſed coniuncti: ſunt tamen ab anima.

¶ Ideo cum dicit.

Horum autem accidūt alia qdem ſcdm loci mutationē quorundā modorū: alia vero ſcdm alterationē. qualia aūt et qūo: alte-
Co.64. rius rationis ē. Dicere aūt iraſci aīam ſimile eſt. Et ſi aliqs dicat eā texere vel edificare: melius. n. fortaſſis eſt nō dicere aīam miſereri aut adiſcere aut intelligere: ſed hoīez aīa. Hec autē non tanquā motu ī illa exiſtēte: ſed aliquādo qdē vſq₃ ad illā: aliquādo qdē ab illa: vt ſenſus quidē ab his: reminiſcentia vero ab illa motus q̄ ſunt in ſenſibilibus organis aut quies.

¶ Vult oſtēdere ꝙ hmōi motus corporis ſūt ab anima ſcdm duas ſpēs motus: vna eſt ſcdm loci mutationem: ſicut patet in ira: motis quibuſdā particulis ipſius corporis. ſ. corde: ex ira. n. ſanguis exit ad ptes exteriores motus a feruore cordis. Alia vero eſt ſcdz alterationē: ſicut patet in timore. Nā cor ad terribile contrahitur ⁊ infrigidať: ⁊ alterať homo ⁊ palleſcit. Quales aūt paſſiōes ſint ⁊ qūo moueantur: alterius rationis eſt dicere. Sic igiť patet ꝙ hmōi motus nō ſunt anime ſed corꝑis ab aīa: vt dictū eſt. Sicut ergo animal habet oꝑationes corꝑales ⁊ hmōi non ſunt anime ſed corꝑis: ſeu coniūcti: ita ⁊ hmōi operatiōes ſcilicet ſentire ⁊ gaudere: ⁊ hmōi nō debēt referri ad aīam: ſed ad cōiunctū. Nam ſi aliqs dicat animā iraſci: ⁊ ſcdm hmōi operationes moueri: ſimile eſt: ac ſi dicat ipſā animā texere vel edificare: aut citharizare Nā ⁊ aīa eſt cauſa hoꝝ motuū: habitus. n. edificatiuꝰ ⁊ textiuus: ⁊ citharizandi ē in ipſa aīa: ⁊ hmōi ab aīa ſunt. Sed ſicut melius ē dicere ꝙ edificator edificat: non ars: licet edificator edificet ꝑ edificatiuā artez: ſic fortaſſis melius ē dicere: ꝙ aīa nō miſereť neq₃ addiſcit neq₃ intelligit: ſed hō ꝑ animā. Dicit (fortaſſis intelligere:) q̄ loqtur ſupponendo: vt dictū eſt. Quia vero ꝑ hoc qđ dicit: (ꝙ nō mouetur aīa: ſed hō per aīam poſſet intelligi ꝙ motus exiſteret in aīa ſicut in ſubiecto: iō remouet hoc dicēs: ꝙ cū dico hominem moueri ab aīa: non ſic dico ꝙ motus ī illa. ſ. in anima exiſtat: ſed quaſi ab illa. Cū. n. dico hoc moueť ꝑ hoc iſtud pōt dupliciter intelligi: q̄ aliqn̄ ipſa res que aliquid moueť motū ſubſtinet. Ut cū dico hoīem moueri pede: q̄ ipſe pes mouetur. Aliqn̄ ꝙ ipſa res nō ſuſtinet motū: ſed īpellit aliqd ad motū: ⁊ hoc mō hō dicitur moueri ꝑ animam. Et in hoc ē duplex motus q̄ aliqn̄ aīa eſt vt terminus motus qn̄. ſ. motus ē ad illā. ſ. ad animā: ſicut in apphenſione ſenſibiliū. Nam quando apprehēdit exteriora ſēſibilia: tunc virtus ſenſitiua que eſt in organo nititur ⁊ mouetur ad remittēdum ⁊ reducendum ſpecies ⁊ intentiones reꝝ ſenſibilium vſq₃ ad illam ſcilicet ad animam. Aliquando vero anima eſt vt principium motus: quando ſcilicet motus operationis initiatus eſt ab illa ſcilicet ab anima vt eſt in reminiſcentia: a qua intentiones ⁊ phantaſmata rerum occultata ⁊ recondita educuntur ad itelligendum res ſenſibiles. Siue autez motus aut qetes aut phantaſmata huiuſmodi ſint derelicta interius: non refert quantum ad preſentem materiam. patet igitur: ꝙ huiuſmodi motus non attribuuntur anime: ſed ſunt coniuncti: ab ipſa anima: tamen ⁊ non ſic motu exiſtente in anima: ¶ Notanduz tamen ꝙ hec ſolutio predicte dubitationis non eſt diſtinctiua ⁊ diffinitiua veritatis: ſed obuiatiua. Sciendum enim ꝙ motus attribuuntur operationibus anime a diuerſis diuerſimode. Nam tripliciter inuenitur motus ī oꝑationibus anime. In quibuſdam enim inuenitur motus proprie: in quibuſdam minus proprie: in quibuſdam vero minime proprie: ꝓprie enim inuenitur motus in operationibus anime vegetabilis ⁊ in appetitu ſenſitiuo. In operatione quidem anime vegetabilis eſt proprie motus quando mouetur: vel ineſſe nature per nutrimentum: ⁊ hic eſt motus augmenti: ⁊ ſecundum hoc anima vegetabilis ſe habet vt agens: corpus vero ut patiens. In appetitu vero ſenſitiuo ꝓprie inuenitur motus ⁊ ſecundum alterationem: ⁊ ſecundum motum localem. Nam ad appetitum alicuius rei: homo ſtatim mouetur ⁊ alteratur. Uel ad iram ſicut in appetitu vindicte. Uel ad gaudium ſicut in appetitu delectabilis. Item ex hoc mouetur etiaz ſanguis qui eſt circa cor ad partes exteriores: ⁊ etiam de loco ad locum ad conſequendum id quod appetit. Minus vero proprie inuenitur motus in operationibus anime ſenſitiue: in his enim non eſt motus ſcdm eſſe nature: ſed ſoluz ſcdm eſſe ſpirituale ſicut patet in viſu cuius oꝑatio non eſt ad eſſe naturale: ſed ſpirituale: quia ē per ſpecies ſenſibiles: ſcdz eſſe ſpirituale receptas in oculo: ſed tamen habet aliquid de

mutabilitate inquantum .ſ. ſubiectum virtutis viſiue
eſt corpus: ⁊ ſecundū hoc habet rationē motus: licet
minus propriam: non .n. dicitur motus in his opera
tionibus proprie: niſi cū operatio illa eſt ad eſſe natu/
re. Minimum autē de proprietate motus ⁊ nihil niſi
methaphorice inuenitur in intellectu .nā in opatione i
tellectus non eſt immutatio ſecundū eſſe naturale: ſi/
cut eſt in vegetabili: nec ſubiectū naturale quod immu/
tetur: ſicut eſt in ſenſibili: Sed eſt ibi ipſa operatio: q̄
quodāmodo dicitur motus inq̄ztū de intelligente in
potentia fit intelligens in actu. Differt tamen a motu
eius operatio: q: eius opatio eſt actus pfectus: mot⁹
vero eſt actus imperfecti. Et iō patet quomodo opa
tiones anime vegetabilis ⁊ ſenſitiue non ſunt motus
aīe: ſed cōiūcti: opatiōes āt itellectus nō dicunt̄ mot⁹
niſi methaphorice: ⁊ ſunt ſolum aīe intellectiue abſq̄
aliquo determinato organo. ¶ Sciendū etiā ꝙ ſicut
in ſenſu inuenitur vis appetitiua ⁊ apprehenſiua: ita ⁊
in intellectu inuenitur vis appetitiua ⁊ apprehenſiua.
Et ideo hec: amor: odiū: gaudiū: ⁊ hmōi pn̄t intelligi
⁊ ꝑut ſunt in appetitu ſenſitiuo: ⁊ ſic habent motum
corporalē coniūctum: ⁊ prout ſunt in intellectu ⁊ vo/
luntate tm̄ abſq̄ omni affectione ſenſitiua: ⁊ ſic nō poſ
ſunt dici motus: q: nō habent motū corporalē ꝯiūctū.
Et inueniunt̄ ēt i ſubſtātiis ſeparatis ſm̄ ꝙ i ſequenti
bus melius patebit. Coñr cū dicit.

Co.65. Intellectus autē videtur in fieri ſub ſtantia quedam exiſtens ⁊ non corrumpi. Maxime autez corrumperetur vtiq̄ ab ea que eſt in ſenio debilitate. Nunc autem forte quemadmodum in ſenſitiuis accidit. Si enim accipiat ſenior oculum iuuenis: videbit ſicut ⁊ iuuenis: quare ſenium non eſt in ſubſtinendo aliquid aīam ſed in quo: ſicut in ebrietatibus et infirmitatibus. Intelligere igitur et conſiderare marceſcūt alio quodam interius corrupto: ipſum autem impaſſibile eſt.

Co.66. Intelligere autem ⁊ amare et odire non ſunt illius paſſiones: ſed huius habentis illud: ſecundum ꝙ illud habet. Quare et hoc corrupto non reminiſcitur: neq̄ amat: non enim illius erant ſed cōmunis: quod quidem deſtructum eſt: intellectus autem fortaſſis diuinum aliquid et impaſſibile eſt. quod quidem igitur non poſſibile moueri animam: manifeſtum ex his. Si autem penitus non mouetur: manifeſtum quoniam neq̄ a ſeipſa.

¶ Vult probare ea que oñdit .ſ. ꝙ hmōi opatiōes ēt
ſi ſint motus ſicut ipſi dicebant non attribuuntur aīe:
ſed corpori ⁊ coniuncto. Et hoc ꝓbat per quandam
opinionem illoꝝ que erat famoſa tēpore ſuo .ſ. ꝙ oīs
aīa eſt incorruptibilis: ⁊ hoc ſm̄ eos erat de intellectu
⁊ de omni anima. Dicit ergo ꝙ videt̄ predictis phy
loſophis ꝙ intellectus ſit quedā ſubſtātia que eſt i fie
ri ⁊ nondum cōplet a: ⁊ ꝙ non corrumpitur. Cuius
ratio eſt q: nos videmus ꝙ oēs debilitationes que ſi
unt circa intellectū ⁊ ſenſum: non attingunt ad ipſam
aīam ſm̄ ſe: ſed proueniūt ex debilitate organi. Unde
videt̄ ꝙ intellectus ⁊ omnis aīa ſit incorruptibilis: ⁊
ꝙ debilitatio in eius opationibus non ſit ex eo ꝙ ipſa
corrumpatur: ſed ex eo ꝙ debilitātur organa. Si enī
corrumperetur aīa: maxime corrūperetur a debilitate q̄
eſt in ſenectute: ſicut accidit i organis ſēſitiuis q̄ debili
tantur ex ſenectute: tm̄ anima nō debilitatur ex hoc. q:
ſi ſenex accipiat oculū iuuenis: videbit vt iuuenis qua
re ſenectus debilitat: non quidē ꝙ ipſa aīa patiat̄ ſeu
virtus ſenſitiua: ſed id in quo eſt: ſicut in egritudinib⁹
⁊ in ebrietatibus non debilitatur ſeu alterat̄ aīa ſed
corpus. Sic ergo (intelligere) .i. ſimplex apprehen/
ſio. ⁊ (cōſyderare) .i. opatio intellectus que eſt i cōpo
nendo ⁊ diuidēdo marceſcunt. nō quidem ꝙ intelle/
ctus corrumpatur ⁊ patiat̄: ſed corrupto quodā alio
interius .i. corrupto aliquo qđ eſt organuz intellectus
ipſum autē intelligere eſt impaſſibile. Hoc autē dicit
Ariſ. non ꝙ ſit huius opinionis: ꝙ credat intellectū ha
bere determinatum organū corporale: ſed ſicut dictū
eſt ipſe hoc loquitur ſupponēdo opiniones iſtoꝝ phy
loſophoꝝ: q ſicut dictū ē erant huius opiniōis: ꝙ oēs
operatiōes aīe etiā ipſe intellectus haberēt organa de
terminata. Et ideo ſm̄ hoc aſſignat quare itelligere
marceſcat. q: hmōi operatiōes que ſunt intelligere:
amare: ⁊ odire: non ſunt paſſiones (illius) .ſ. aīe ſup/
ponendo loquitur (ſed huius hn̄tis) .ſ. cōiuncti ſeu
organi corporalis. organi dico habentis illud .ſ. intelli/
gere: ⁊ huiuſmodi (ſm̄ ꝙ illud habet). Unde (cor/
rupto hoc) ſcilicet determinato organo hmōi opati/
onis que eſt amare ſeu intelligere: non rememoratur
neq̄ amat ſcilicet anima. Cuius ratio eſt: quia huiuſ/
modi paſſiones non erant anime tantū: (ſed commu
nis) ſcilicet coniuncti: quod eſt iam deſtructum ⁊ cor/
ruptum. Si ergo omnes huiuſmodi motus ⁊ ope/
rationes debilitantur: non propter animam ſed pro/
pter debilitatē corporis ſeu orgnni vt dictuz eſt: Ma
nifeſtum eſt ꝙ non ſunt anime tantum ſed coniuncti
⁊ per conſequens ꝙ aīa non mouetur: ſed coniunctū
licet ab aīa. ¶ Quia vero Ariſtoteles locut⁹ ē hic de
itellectu ſupponēdo opiniones alioꝝ: ſicut iā patet: ne
credat̄ ꝙ ipſe opinet̄ itellectū ſic eſſe vt ſuppoſuit: iō
remouet hoc dicēs: ꝙ (fortaſſis itellectus ē aliqd diui
nius ⁊ ipaſſibile) .i. aliqd altius ⁊ aliqua maior opa/
tio ipſius aīe q̄z dicatur hic. Dicit aūt (fortaſſis): q2
nondū hoc determinauerat: ſed poſtea hoc in tertio
oſtendit. vñ ſupponendo loquitur. ¶ Conſequenter Lec. 10.
cōcludit ex oībus dicēs: ꝙ māifeſtū eſt ex his q̄ dicta
ſunt: ꝙ nō eſt poſſibile aīaz moueri: ſed ⁊ ſi nō moue
tur aliquo mō manifeſtū eſt ꝙ non mouetur a ſeipſa
hmōi motibus ſicut iſti ponebant.

Co.67. Multum autem his que dicta ſunt irrationabilius dicere animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Inſunt enim his impoſſibilia: primo quidem ex ipſo moueri accidentia: propria autem ex eo ꝙ dicunt ipſaz eſſe numerum. quō enim oportet intelligere vnitatem motam: et a quō: et quomodo impartibilem et indiferentem exiſtentem. Si nanq̄ eſt mota et mobilis: differre oportet.

Lectio vndecima.

Oſtq̄ phyloſophus improbauit opinionem illorum qui dixerunt ſimpliciter animam moueri: hic conſequenter arguit cōtra opinionem xenocratis: qui ſupra motum addidit aliquid aliud ſcilicet ꝙ anima eſſet numerus mouens ſeipſum. Et hec opinio eſt multum irrationabilior opinionibus aliorum phyloſophoruz que dicte ſunt. Nam his qui dicunt animam eſſe numeꝝ mouentem ſeipſum multa impoſſibilia inſunt: ⁊ prio

quidē ea q̄ accñt (eo φ eſt moueri) .i. ex motu: que ēt
accñt oībus dicētibus aīam moueri. Accñt etiā ſic dicē
ibus: ⁊ incōueniētia ꝓpria eē hoc .ſ. φ dīt aīam eē nu
merū. Et ꝓpter hoc phyloſophus improbat diffiniti
onē hāc xenocratis de aīa: ⁊ nō tm̄ diſputās ad nomē
ſed ipam intētionē diffinietis. Circa hoc aūt .d.ſ. primo
oñdit hāc diffinitionē eſſe incōueniētē q̄ztū ad ipam ſub
ſtātiā aīe: ſcd̄o vero q̄ztū ad eius accñā ibi (ꝯplectenti
bus igit̄ in vnū ⁊c.) Circa primuȝ .d.ſ. primo enim de
ſtruit diffinitōem p̄dictā de aīa ꝑ rōes: ſcd̄o vero oñ/
dit φ ad hāc diffinitōeȝ ſequēter oīa inconueniētia q̄ ſe
quūt̄ ad opiniones ali ꝝ phyloſophoꝝ ibi. (accidit āt
ſicut dixīus ⁊c.) Quod āt p̄dicta diffinitio ſit incōgrua
ꝓbat ſex rōibus: quarū prima talis ē. Tu dicis aīam
eē numerū mouentē ſeipm: numerus aūt cōſtat ex vni
tatibus: ergo dicis aīam vnitates. ſi tu dicis aīam eē nu
merū mouentē ſeipm: ergo ⁊ aīam vnitates mouētes
ſeipſas. ſed oē mouēs ſeipm hȝ duas ptes: vt ꝓbat̄ in .
viii. phy. q̄rū vna ē mouens ⁊ alia mota. ergo oporte/
bit dicere φ vnitas ſeu pūctū diuidat̄ ī duas ptes qua
rū vna ſit mouēs: ⁊ altera mota. hoc āt ē īpoſſibile: er
go īpoſſibile ē φ aīa ſit numerus mouēs ſeipm. Quod
āt ſit īpoſſibile vnitatē habere vnā ptē mouentē: ⁊ alia
motā: ꝓbat: q: nullo mō illud qđ ē oīo impartibile ⁊
indifferēs pōt intlli φ moueat̄ ꝑ ſe: ita φ hēat ptē mo/
uētē vnā: ⁊ aliā motā. Nā in nullo pñt hec duo .ſ. vis
motiua ⁊ mobilis eē niſi differāt. cū ergo vnitas ſit im
ptibilis ⁊ indifferens: non pōt hmōi ptes habere: ⁊ ſic
nec moueri: ergo aīa nō ē numerus mouēs ſeipſum.
¶ Secundam rationem ponit cum dicit.

Co.98. Amplius quoniam dicunt lineam motā
planum facere: punctū autem lineā: ⁊ vnita
tū motus linee erunt. Punctū autem vni/
tas eſt poſitionem hñs. Numerus autem
anime iam alicubi eſt: ⁊ poſitionem habet.

¶ Que talis ē. Tu dicis aīam eē numerū ergo ⁊ vni/
tates dictū ē. Inter vnitatē āt ⁊ pūctū nllā drīa: eſt niſi
φ pūctus hȝ pōnē. eſt .n. pūtū vnitas pōem hñs. Sed
ſi aīa eſt numerus oportet φ alicui⁹ ſit hmōi numerus
aīe: ⁊ poſitione habēs. ergo aīa erit vnitates pōȝ hñs
hmōi autē ſunt pūcta: ergo ſi aīa erit puncta. ſed ſecun
dū φ dicunt platonici: motus pūcti facit lineā linea aūt
mota facit ſupficiē: ſupficies vero corpus: ſed aīa nume
rus mouens ſeipſum: ergo eodē mō ⁊ vnitas ⁊ ꝑ ꝯñs
ē pūctū mouēs ſeipum: pūctū aūt motū nō facit niſi li/
neā: ergo motus aīe nō facit niſi lineā. ⁊ ſic anima mo/
tu ſuo ñ cāt vitā: qđ eſt flm̄. Nō ē igit̄ aīa numer⁹ mo
uēs ſeipum. ¶ Tertiā rōnem pōit cū dicit.

Amplius autem a numero ſi auferat ali
quis numerum aut vnitatem: relinquit̄ ali/
us numerus. Plante autem ⁊ animalium
multa diuiſa viuunt. ⁊ videntur eandem ha
bere animam ſpecie.

¶ Que talis ē. Si aīa eſt numerus vt dicit: oportet φ
ſequat̄ paſſiones ⁊ nām numeri: ſed cōſtat φ ſi aliqs
auferat a numero vnitatē aliquā ſeu addat mutat ſpēm.
Nā ſi huic numero .ſ. tria addas vnitatē: mutat ſpeci/
em. Alia enim ſpēs ē huius numeri .iiii. ⁊ talia eius qđ
ē tria. Si vero ab eodem auferas vnitatem efficit̄ duo
⁊ mutat ſimiliter ſpēm. cōſtat aūt φ aīalia ſumunt ſpe
ciem ab aīa: cum vnūqđqȝ conſequat̄ ꝑ formā ſpeci/
em ſuā. ergo ſi aīa ē numerus ex ſubtractione vel ad/
ditione alicuius ab aīa: relinquit̄ alia aīa ſpecie: ⁊ hoc
eſt flm̄. Videmus enim in deciſionibus plātarū ⁊ ani/
malium anuloſoꝝ φ diuiſa ſeu deciſa viuunt: ⁊ candē
ſpeciem habent. non ergo anima eſt numerus
¶ Quartam rationeȝ ponit cū dicit.

Videbitur autem vtiqȝ nihil differre di Co.69.
cere vnitates aut corpora parua. Et nanqȝ
ex Democriti ſuperis ſi fiant puncta: ſolū
auteȝ maneat quātitas. erit aliquid in ipſo.
Hoc qdem mouens. illud autem quod mo
uetur: ſicut in magnitudine. Non .n. ꝓpter
hoc φ eſt magnitudine differre aut paruita
te accidit quod dictum ē: ſed quia quātum
Unde neceſſe eſt aliquid eſſe motiuum vni
tatum. Si aūt in animali quod mouens aīa
⁊ in numero quare nō mouens ⁊ quod mo
uetur eſt anima: ſed mouens ſolum.

¶ Que talis ē. Tu dicis aīam eē numerum: ⁊ ſicut di
ctū eſt ſequit̄ φ aīa ſit vnitates poſitioneȝ habentes: ⁊
ꝑ ꝯſequens φ pūcta. ſm̄ hoc aūt: ſi recte cōſyderemuſ
videbit̄ vtiqȝ φ nihil differt dicere φ aīa ſit corpora p
ua ⁊ indiuiſibilia: ſicut dixit democritus: aut dicere φ
ſit vnitates poſitionē habētes: vnū enim pōem habēs
q̄ztitas ē ⁊ indiuiſibilis. Ex hoc ergo ſic arguo. Aīa ſe/
cundū poſitionē tuā ē numerus mouēs ſeipſum: ⁊ per
conſequēs vnitates ⁊ pūcta mouentia ſeipſa. ponamus
autē φ corpora indiuiſibilia q̄ poſuit democritus ſint
pūcta: q: non differt ſicut dictū eſt: ⁊ ſit q̄ztа: quod ne/
ceſſe eſt: q: ꝓprie non mouet̄ niſi q̄ztum. Hmōi auteȝ
puncta mouēt ſe: q: aīa eſt numerus ſeipſuȝ mouens.
Sed in mouēte ſeipſo ſicut dictū ē duo ſunt: ergo erit
in ipſo pūcto vnum quod eſt mouēs: aliud qđ eſt mo-
tum. Nec eſt curanduȝ vtrū ſint magna ſeu parua dū
modo ſint q̄zta: quia in quolibet continuo mouente ſe/
ipſum hoc accidit .ſ. φ ſint duo ibi: vnum vt mouens:
aliud vt motum. Et ſic neceſſe eſt φ ſit aliud motiuū
vnitatum. In animali autem illud quod mouet ani/
mal ē animal ergo ⁊ in numero illud quod mouet nu
merum erit anima: ergo anima non eſt id quod moue
tur: ſed illud quod mouet. Et ſic mala eſt diffinitio ani
me φ ſit numerus mouens ſeipſum: ſed potius φ ſit
numerus mouens numerum motum.
¶ Quintam rōem ponit cum dicit.

Contingit autem quodammō hanc vni/ Co.70.
tatem eſſe: oȝ .n. ipſi ineſſe quādā differētiā
ad alias. Puncti autem ſolitarii; q̄ utiqȝ ad
differētiā erit niſi poſitio: Si qdē igit̄ ſunt al
tere in corpore vnitates ⁊ puncta: in eodem
erunt vnitates. obtinebit .n. locum puncti:
tñ ⁊ quid prohibet in eodē eſſe: ſi due ſunt ⁊
infinitas: Quorum .n. locus eſt indiuiſibi/
lis: et ipſa. Si autem in corpore puncta nu
merus anime: aut ſi qui eorum qui in cor/ Co.71.
pore punctorum numerus aīa quare non
omnia habent animam corpora: puncta .n.
in omnibus videntur. eſſe et infinita.

¶ Que talis eſt. Secundum opinionem xenocratis
contingit hanc: ſcilicet animam eſſe vnitatem: ſed ex
hoc contingit ipſam eſſe puncta: quia ſi anima eſt vni/
tas: oportet quod differat ab aliis vnitatibus: non po/
terit autem differre ab eis niſi per poſitionem. q̄ enim
eſt differentia (peccati ſolitarii) ideſt vnitatis intellecte
niſi poſitio. nulla vnitas autem niſi poſitionem hñs eſt
punctum: ergo annima nō eſt vnitas: ſed puncta. Sed
anima eſt in corpe ⁊ qđlibet corpus habet puncta ſua
per ſe. quero ergo vtrum puncta q̄ ſunt anima ſint ea/

dem cum punctis corporis aut alia: ſiquidem ſunt alte
ra: ergo cum in qualibet parte corporis ſit anima in q̄
libet pte corporis erunt puncta anime: ⁊ ſic erunt duo
puncta in eodē loco ſimul: ⁊ ſi duo propter quod non
plura aut etiam infinita: nam illa quorum locus eſt in/
diuiſibilis: ⁊ ipſa indiuiſibilia ſunt: vnde nō indigēt am
pliori loco. Unde ſi ponantur duo eſſe in loco indiuiſi
li: per conſeqns pñt in eodē loco eſſe infinita. Si vero
dicas ꝙ ſunt eadem puncta que ſunt in corpore cū pun
ctis que ſunt a nima: ſequitur ꝙ cum omne corpus ha
beat puncta: ꝙ omne corpus habeat animam: ſed hoc
eſt falſum: non ergo anima eſt numerus.

¶ Sextam rationem ponit cum dicit.

**Amplius autem quō poſſibile eſt ſepara
ri puncta ⁊ abſolui a corpibus: ſiquidē non
diuidant̄ linee in pūcta.**

¶ Et ſumitur ex precedenti que talis eſt. Sicut dictū
eſt ſequitur ex poſitione xenocratis: ꝙ anima ſit pun/
cta: ſed nos videmus ꝙ puncta non ſeparantur ⁊ ab/
ſoluuntur a corporibus: Nam linee non diuiduntur a
ſuperficiebus: nec puncta a lineis: Anima vero ſepara
tur ⁊ abſoluitur a corpore: ergo non eſt puncta neque
numerus: patet ergo ꝙ diffinitio xenocratis de anima
eſt incongrua q̄tum ad ea que in diffinitione ponunt̄.

Co.72. ¶ Conſequenter cum dicit.

**Accidit āt ſicut dixius: ſiquidē idē dice/
re corpus quoddā ſubtiliuz partiū ipſaz po
nētibus: ſic āt ſicut Democritus dicit ab aīa
moueri: propriū iconueniēs. Si quidē.n.ē
aīa in omni eo ꝙ ſentit corpe: neceſſe duo in
eodē eſſe corpa: ſi corpus aliquod aīa. Nu
merum autez dicētibus in vno pūcto pūcta
multa: aut omne corpus animam hr̄e: nō q/
dam numerus differēs fiat ⁊ alius ab his q̄
in corpe pūctorum. Accidit aūt animal mo**
Co.73. **ueri a numero: ſicut ⁊ Democritum dixit ip
ſum mouere. Quid.n.ē differre dicere ſpe/
ras puas aut vnitates magnas: aut oīo vni/
tates ferri: Utrobiqʒ.n. neceſſe eſt mouere
animal i eo quod mouent̄ ipſe.**

¶ Dicit diffinitionem predictam eſſe incongruam q̄/
tum ad inconuenientia: nā ex hmōi diffinitiōe ſequunt̄
oīa inconuenientia que ſequuntur ex opinionibus om/
nium phyloſophorum de anima. Quidam enim erra
uerunt circa animam ⁊ dixerūt ipſam eſſe corpus ſub
tiliſſimarum partium. Ex quo ſequebatur: quod cum
anima ſit vbicunqʒ ē ſenſus i corpore: ⁊ ſenſus ſit vbi/
que per corpus: ꝙ ſi anima eſt corpus ꝙ duo corpo/
ra ſint ſimul. Et hoc idem ſequitur ſi anima eſt pun/
cta: ſicut dictum eſt: ſcilicet ꝙ duo ſint ſimul ⁊ etiam in
finita: ⁊ hoc ſi puncta aīe ſint alia a pūctis corpis. Sed
ſi non (fiat differens numerus) punctorum anime. i. ſi
non differat puncta anime a punctis que ſunt corpore:
ſequitur ꝙ in quolibet corpore ſit aīa: in quolibet enim
corpore eſt inuenire puncta. Quidam vero ſicut demo
critus errauit dicēs animam moueri: ⁊ corpus ex mo
tu anime. ⁊ cum ipſe diceret componi animam ex indi
uiſibilibus ſperis: ⁊ ex motu ipſarum moueri corpus:
ſequebatur ꝙ corpus moueretur ex corporibus indi/
uiſibilibus. Et hoc idem inconueniens ſequitur ex dif
finitiōe iſtorum: ſcilicet animam moueri ex numero: ⁊
per conſequens a punctis. ⁊ non eſt differentia dice/
re ſperas paruas: ⁊ vnitates magnas: aut quaſcun/
que vnitates moueri: nā (vtrobiqʒ). i. in ſpericis cor/
poribus ⁊ in vnitatibus: neceſſe eſt ꝙ anima mouea/
tur eo ꝙ ipſa ſcilicet corpora ſperica ⁊ puncta ſeu vni/
tates mouentur. ¶ Conſequenter cum dicit.

**Complectētibus igit̄ i unū numerum ⁊** Co.74.
**motum hec quidē accidūt ⁊ multa alia huiuſ
modi. Nō.n. ſolum diffinitionem anime im
poſſibile ē huiuſmōi eſſe ſed ⁊ accidēs. Ma
nifeſtū eſt autem ſiquis argumētauerit ex ra
tiōe hac paſſiones ⁊ opa anime reddere: ut
cogitationes: ſenſus: letitias: triſtitias: ⁊ que
cunqʒ alia huiuſmōi. Sicut.n. diximus pri/
us: neqʒ diuinare eſt facile ex ipſis.**

¶ Oſtendit inſufficientiam predicte diffinitionis ex p/
te accidētium. Dicit ergo ꝙ quādocunqʒ diffinitio ſuf/
ficienter aſſignatur: non ſolum debet ducere in cogniti
onem ſubſtātie rei diffinite: ſed etiam accidentiū: Sed
ſi complicemus in vnum iſta duo que poſita ſunt i dif
finitione anime. ſ. numerum ⁊ motum: non ſolum acci
dunt nobis incōuenientia que dicta ſunt circa ſubſtan/
tiam ipſius anime: ſed etiam multa alia: qꝛ hec duo nō
ſolum eſt impoſſibile eſſe diffinitionem. i. ſubſtantiam
anime: verum etiam eſt impoſſibile ꝙ ipſa. ſ. numerꝰ
⁊ motus ſint accidentia anime: ſeu ducant in cognitio
nem accidentium. Nō igitur eſt congrua diffinitio: cū
non ducat in cognitionem accidentium. Et ꝙ non du
cat in cognitionem accidentium anime manifeſtum eſt
ſiquis ex huiuſmodi diffinitione conabitur paſſiones
⁊ operationes anime aſſignare: puta ratiocinationes:
delectatiōem: triſticiam: ⁊ huiuſmodi: ex ipſis enim. ſ.
ex numero ⁊ motu: non ſolum non erit facile deuenire
in cognitionem accidentium ⁊ operatiōum anime: ſed
nec diuinare poterimus ex eis aliquid de ipſis paſſioni
bus ⁊ operationibus anime.

¶ Lectio ſecunda.

**Ribus autē modis traditis ſecūdū** Co.75.
**quos diffiniūt aīaz alii qdē maxime
motū enūciauerūt i mouēdo ſeipſaz. Alii āt
corpꝰ ſubtiliſſimū aut icorpaliſſimū aliorū.
Hec autē q̄s dubitatōes ⁊ ſub cōtrarietates
hn̄t: preteriuius fere. Relinquit̄ autē conſy
derare quō dr̄ ex elemētis ipſaz eſſe. Dicūt
.n. quatenus ſentiat ea q̄ ſunt: ⁊ unūqdqʒ co** Co.76.
**gnoſcat. Neceſſariū āt ē accidere multa ⁊ i/
poſſibilia rōni. Ponūt.n. cognoſcere ſimi/
le ſimili: tāquā ac ſi animā res ponētes. Nō
ſunt aūt hec ſola: multa vero ⁊ alia. Magis
āt fortaſſis infinita numero q̄ ſūt ex his. Ex** Co.77.
**qbus igit̄ ē vnūqdqʒ horū cognoſcere aīaz
⁊ ſentire: ſed cōpoſitū nō cognoſcet: neqʒ ſē
tiet: ut qd deus aut hō: aut caro: aut os. Si/
milit̄ āt qdlibet alid cōpoſitorū. Nō.n. quo
libet mō ſe hn̄tia elemēta horū unūqdqʒ: ſʒ
rōe quadā ⁊ cōpoſitione: ſicut Empe. dicit
os ⁊ terra. Terra āt hn̄ apta in hn̄ āpliſ rece
ptaculis duas ex octo ptibus ſortita ē: q̄tu/
or āt uulcani: oſſa āt alba ſūt. Nihil igr̄ pfe/
ctus ē elemēta in aīa eē: niſi ⁊ rōnes inerunt
et cōpoſitio. Cognoſcet.n. unūqdqʒ ſimile.
Os autem aut hominem nihil: niſi et hec in**

erunt. Hoc autem qđ impoſſibile ſit nihil
oꝫ dicere. Quis.n.dubitabit ſi in erit ĩ ani
ma lapis aut homo: ſimilr̃ autem ⁊ bonum
⁊ non bonum eodem modo ⁊ de aliis.

Oſtẽſ phyloſophus oñdit ſupra quõ anti
q naturales in cognitiõem aĩe venerunt ꝑ
tria.ſ.ꝑ motũ ⁊ cognitionem: ⁊ ꝑ eẽ incor/
poraliſſimũ: ⁊ diſputauit ꝯtra illos q venerũt in cogni/
tionẽ aĩe ꝑ motũ: ⁊ ꝯtra illos qui dixerunt aĩam eſſe
qd incorporaliſſimuꝫ ⁊ maxĩe ſimplex: hic ꝯñr diſputat
ꝯtra illos qui dicebãt aĩam omnia cognoſcere: q: cõ/
poſita erat ex oĩbus: quoꝝ poſitio fuit ꝙ aĩa cognoſce/
ret res oẽs. ⁊ q: cognitio fit ꝑ aſſimilationẽ q̃ſi hoc di/
uinãtes: dicebãt aĩaꝫ ad hoc ꝙ oĩa cognoſceret eſſe cõ
poſitam ex oĩbus: ⁊ ꝙ ſimilitudo reꝝ oĩuꝫ eſſet in aĩa
ſm ꝓpriũ modũ eẽndi.ſ.corꝑalem. vnde cũ res con/
ſtent ex elementis dicebant ꝙ anima erat compoſita
ex elementis: vt ſentiat ⁊ cognoſcat omnia que ſũt. Et
quia principalis in hac poſitione fuit empe. cum pone
ret aĩaꝫ ꝯpoſitã ex pluribus element? q̃ꝫ aliquis alio/
rũ: iõ phyloſophus principaliter hic reprobat opinio/
nẽ ſuã ⁊ diſputat ꝯtra eaꝫ. Et circa hoc.d.ſ.primo eñ
ĩprobat opinionẽ empe. ſecundo vero quandã aliam.
ibi ( In toto autem quidẽ ipſam ⁊c. ĩprobat ãt opinio
nem empe. decẽ rationibus quaꝝ prima talis ẽ. Emp.
dicit ꝙ q: cognitio fit ꝑ ſimilitudinem: cũ aĩa cognoſcat
oĩa. oportet aĩam cõpoſitam eſſe ex omnibus. Sed pa
tet ꝙ huic ratõni eſt neceſſariũ accidere multa inconue
nientia: ⁊ ĩpoſſibilia. cõſtat enim q̃ꝫ in q̃libet re nõ ſũt.
hec ſola.ſ.elemẽta: ſed multa alia ab elementis ſicut ẽ
ꝓportio commixtionis ⁊ ratio vnius cuiuſqꝫ. ⁊ forte
ſunt infinita numero q̃ accidũt rebus cõpoſitis ex his
.ſ.elementis: ſicut patet ĩ oſſe. nã non ſolum oꝫ cogno/
ſcere illa ex quibus cõponit̃ os: ſed etiam proportio/
nem q̃ eſt inter illa ex qbus componit̃ ⁊ rationem oſ/
ſis. q: oĩa q̃ ſunt compoſita non conſiſtũt quocũqꝫ mõ
ſe habeant elementa: ſed quadã ratione ⁊ compoſitiõe
vt.ſ.ſint proportionata ad inuicẽ. Nam os cũ habeat
octo partes: ſm quod dicit emp. vnũqđqꝫ compoſitũ
oꝫ habere. viii. ꝑtes q̃ non equaliter attribuunt̃ oĩbus
elementis ſed terra habet ibi duas partes: Aer habet
ibi vnam: aq̃ ſimiliter vnã ſed ignis quatuor ⁊ ideo ex
maiori ꝑtipatiõe ignis dĩc oſſa eẽ facta alba. ⁊ ex terra
ſicca. Sic ergo in rebus compoſitis non ſolum ſunt ip
ſa elementa. ſed proportio ⁊ ratio vniuſcuiuſqꝫ. Inde
ſic. Aut ergo iſte proportiones ſunt in anima cũ ele/
mẽtis: aut non: ſi ſunt in aĩa. ergo in aĩa ſunt oſſa: ⁊ car
nes ⁊ huiuſmodi: ⁊ ꝑ ꝯñs hõ ⁊ lapis: ⁊ corꝑa: ⁊ con/
traria. vnde nullus dubitat ꝙ hec non ſunt in aĩa. Si
vero dicas ꝙ non ſunt ibi huiuſmodi ꝓportiones ⁊ ra
tiones ſed ſolũ elementa tunc aĩa non cognoſcet ꝓporti
ones rerũ nec ipſa compoſita quomodo enim poterit
cognoſcere dm̃.ſ. totum celum: aut hominem aut lapi
Co.80. dem ſeu os: nullo modo: ſed elementa tantum.

Secundam rationem ponit cum dicit.

Amplius autem cũ multipliciter id qđ
eſt ſignificat enim aliud qdem hoc aliquid
aliud autem quantitatem. aut qualitatẽ: aut
⁊ quoddam aliud diuiſorũ predicamento/
rũ: utrum ex oĩbus erit anima aut non: ſed
non uiddẽt cõia omnium eẽ elemẽta. Si igr̃
quecunqꝫ ſubſtantiarum ſunt ex his ſolũ.
Quomodo igit̃ cognoſcet ⁊ aliorum vnũ/
qđqꝫ: Aut dicet uniuſcuiuſqꝫ generis eſſe
elemẽta ⁊ principia propria: ex qbus aĩam
conſtare. Erit ergo qualitas ⁊ quantitas
⁊ ſubſtantia. Sed impoſſibile eſt ex quanti
tatis elementis eſſe ſubſtantiam ⁊ nõ quan
titatem. Dicentibus itaqꝫ ex oĩbus hec ⁊
huiuſm odi alia acccidunt.

Que talis ẽ. Tu dicis ꝙ aĩa eſt cõpoſita ex pricipiĩs
ſed diuerſoꝝ geneꝝ diuerſa ſunt principia: cũ ergo id
qđ eſt dicat̃ multipliciter.i.ſicut diuerſa genera: ſicut
ſubſtantie qualitatis: quãtitatis ⁊ aliorũ ꝑdicamentoꝝ
ergo erũt diuerſa principia. Quero ergo vtꝝ aĩa ſit cõ
poſita tantũ ex principiĩs ſubſtãtie: aut ex principiĩs oĩ
um generũ. ſi tantũ ex principiĩs ſubſtãtie: tũc aĩa non
cognoſcet niſi ſubſtãtias ⁊ ipſi ponũt eam cognoſcere
oĩa. Si vero cõponitur ex principiĩs oĩum tũc eum qc
quid eſt ex principiĩs ſubſtãtie ſit ſubſtãtia ⁊ ex princi
cipiĩs quantitatis ſit quãtitatis ⁊ ſic de ſingulis: aĩa erit
ſubſtãtia q̃ꝫtitatis: qualitatis: relatio: ⁊ hmõi. Poſ/
ſet autẽ reſponderi cõtra hanc rationem ar?. ꝙ prin/
cipia ſubſtãtie ſunt etiam quantitatis ⁊ q̃litatis ⁊ alio/
rum. cũ oĩa fundent̃ ſupra ſubſtãtiam: ⁊ ideo non oꝫ ꝙ
ſint in anima aliq̃ alia principia: quã principia ſubſtãtie
⁊ nihilominus cognoſcet omnia. Ad hoc dicẽduꝫ q
q̃libet res habet pricipia ꝓxima ⁊ remota: ⁊ cognitio
oꝫ ꝙ ſit ꝑ principia ꝓxima: principia aũt ſubſtãtie licet
ſint principia aliorum: ſunt tñ remota ⁊ non ꝓxima: ⁊
iõ per ea non poteſt haberi cognitio niſi de ſubſtantia.

Tertiam rationem ponit cum dicit.

Inconueniens autem eſt ⁊ dicere qdem Co.79.
impoſſibile eſſe ſimile a ſimili: ſentire autem
ſimile ſimili: ⁊ cognoſcere ſimile ſimili. Sẽ/
tire autem pati aliquid ⁊ facere ⁊ moueri po
nunt: ſimiliter autẽ cognoſcere ⁊ ĩtelligere.

Que talis ẽ. Ratio q̃re aĩa ſit cõpoſita ex omnibus
elemẽtis eſt: q: aĩa cognoſcit oĩa. ⁊ cognitio ẽ ꝑ ſimili/
tudinem contra. conſtat enim ꝙ ſentire ⁊ cognoſcere
eſt pati aliquid: ſed incõueniẽs ẽ dicere ꝙ ſimile pacia
tur a ſimili ſed a cõtrario: ergo ⁊ inconueniẽs eſt dice/
re ꝙ ſentire: ſeu cognoſcere ſit ſimile ſimili.

Quartam rationem ponit cum dicit.

Multas autem dubitationes ⁊ difficul
tates habẽte ipo dicere: ſicut Empe. ꝙ cor
poreis elementis ſingula coguoſcunt̃: ⁊ ad
ſimile teſtat̃: quod nunc dictum eſt. Quecũ
qꝫ.n. inſunt in animalium corporibus ſim
pliciter terre: ut oſſa nerui pili nihil ſentire
vident̃ quare nꝫ ſimilia ⁊ tñ conueniret.

Que talis eſt: Ex hoc quod dictũ eſt ſupius teſtat̃
ꝙ dictũ emp.ſ. ꝙ ſimile ſimili cognoſcat̃: habet mul/
tas dubitationes ⁊ difficultates: ſed adhuc etiã magis
apparet difficile ⁊ improprie dictũ. Nam ſi aĩa cognoſce
ret ſimile ſimili ſicut emp. dicit tunc ſequit̃ ꝙ ꝑ elemẽ/
tum aeris cognoſcat aerea ⁊ ſic de aliis: ſed nos vide/
mus ꝙ multe pertes terre ſunt in animali q̃ nihil ſen/
tiũt: ſicut pili: ⁊ oſſa ⁊ nerui: tamẽ ꝯiungeret ꝙ ſenti
rent ſecundum poſitionẽ eoꝝ ergo non cognoſcit̃ ſimi
le ſimili: vel ẽt non ẽ ꝯpoſita ex oĩbus elementis.

Quintam rationem ponit cum dicit.

Amplius aut em unuuqqꝫ principiorũ
ingratiam plurium quã intel igẽtia exiſtet. Co.78.
cognoſcet quidẽ .n. unum qđlibet: multa
autem iguorabit: omnia.n. alia.

Que talis eſt. Adhuc ex poſitione emp. ꝙ ſimile co
gnoſcat̃ ſimili: ſequitur aliud incõueniẽs.ſ. ꝙ principiũ
habet plus de ignorantia q̃ꝫ de intelligentia. Si enim
cognitio ẽ ꝑ ſimile tantũ: ⁊ principiũ qđlibet ſit ſimplex
⁊ nõ habet alicuius ſimilitudinem: in ſe niſi ſuam non

cognoſceret niſi ſeipſuꝫ ⁊ ignorabit multa: omnia .ſ. q̄
ſūt alia ab eo. Sextā ratione̅ ponit cū dicit.

Accidet aūt ⁊ Empedocli īſipiētiſſimū
eē deū. Solus.n. elemētorū vnum non co
gnoſcet diſcordiā: mortalia aūt oīa. Ex om
nibus enī vnūquodqꝫ eſt.

¶Que talis eſt. Adhuc ēt ex dcā pōne ſcilicet ꝙ ſimile
cognoſcāt ſimili: accidet aliud incōueniēs emp. hoc vi/
delicet ꝙ deus ſit inſipiētiſſimus oīum aīalium: quod
ex hoc ſequit̄. Sciendum enī ꝙ ſicut dictū eſt: Emp.
poſuit iſta oīa inferiora cōpoſita eſſe ex .iiii. elemētis: ⁊
ex lite ⁊ amicicia: ⁊ ꝙ generatio ⁊ corruptio ꝓuenit in
rebus ex iſtis duobus .ſ. lite ⁊ amicicia. Celuꝫ vero di
xit eſſe diū ⁊ dixit ꝙ erat cōpoſitus ex .iiii. elemētis: ⁊
amicicia: ſed non ex lite: ⁊ ideo ē incorruptibile. Si ergo
ſimile cognoſcit̄ ſimili. cum deus non ſit compoſitus
ex lite: non cognoſcet litē: ⁊ ſic erit ſimpliciter inſipienci
or ceteris animalibus q̄ cognoſcunt litē tū ſint compo
ſita ex ea. ¶Septimā rōneꝫ ponit cū dicit.

Dio aūt ꝓpter quā cām nō oīa habent
aīam que ſūt. Quoniā oīa aut elementum:
aut ex elemēto: aut vno: aut pluribus: aut
omnibus. Neceſſe.n. ē vnum aliquod co/
gnoſcere: aut quedam. aut omnia.

¶Que talis eſt. Si aīa ē: compoſita ex oībus elemen
tis: ſequit̄ ꝙ oīa q̄ ſunt habēt aīam oē enim qd̄ eſt aut
ē ex oībus elementis: aut ex aliq̄bus: ſed oē quod eſt ꝯ
poſitū ex elementis: aut ex elemētis ē corpus: ergo oīa
corpora habent aīam ⁊ omnia q̄ ſunt. qd̄ falſum eſt.
¶Octauā rationem ponit cum dicit.

Dubitabit autem vtiqꝫ aliq̄s: ⁊ quid eſt
vnum faciens ipſa. Materie enī cōparan
tur elemēta. Maxime aūt ꝓprium ē illud
cōtinēs quodcūqꝫ ē. Aīa aūt aliquid eſſe
melius ⁊ antiquius īpoſſibile ē: impoſſibi
lius aūt adhuc ītellectu. Rōnabiliſſimū āt
eē hunc nobiliſſimū ⁊ diuinū ſecūdū natu/
rā: Elemēta aūt dicunt eſſe prima entium.

¶Que talis ē. Elementa ſunt plura ⁊ cōtraria: vbicū
qꝫ āt aliqua cōtraria cōueniūt ⁊ cōponunt̄: oꝫ ꝙ ſit ali
q̄d aliud qd̄ contineat ⁊ faciat ipſa vnum. Si ergo aīa
eſt cōpoſita ex oībus elementis: oportet ꝙ ſit aliq̄d ali
ud continens illa: Sed hoc ē valde dubiū q̄d ſit: quia
ſic eſſet nobilius ⁊ primus aīa qd̄ eſt impoſſibile: ⁊ ad
minus de intellectu: quia valde rōnale ē ꝙ intellectus
ſit nobiliſſimus oīum ⁊ dominus ſm nām. Item ſe/
q̄retur ꝙ illud eēt primus qꝫ elementa: quod eſt falſū
q: emp. ⁊ alii dicunt elementa eſſe prima inter oīa en/
cia. Non eſt ergo aīa compoſita ex elementis.
Co.83. ¶Nonam rationem ponit cum dicit.

Omnes aūt ⁊ qui ex eo quod cognoſcit
⁊ ſentit aīa: que ſunt ex elemētis dicūt ipſā
⁊ qui maxime motiuū nō de oī dicūt aīa.
Neqꝫ enī ſenſitiua omnia motiua. Viden/
tur enī eſſe quedā aīaliū manētia ſecūdum
locū: et tamē videtur hoc ſolo motu moue/
re aīa aīal. Similiter aūt et quicūqꝫ intelle
ctiuū et ſenſitiuū ex elementis faciūt. Vidē
tur enī plāte viuere nō ꝑticipātes loci mu/
tatione neque ſenſu: et aīalium multa ītelli
Co.84. gentiā nō habere. Si aūt aliquis et hec ſe/
gregauerit: poſueritque ītellectū partē ali
quā anime: ſimiliter āt ⁊ ſenſitiuū: nꝫ vtiqꝫ
ſic dicet de omni anima neqꝫ de tota: nꝫ de
vna. Hoc autem ſubſtinuit ⁊ q̄ eſt in orpha
nicis vocatis carminibus rō. Dicit.n. aīaꝫ
ex toto ingredi reſpirantiū que fert̄ a vētis.
Nō poſſibile itaqꝫ plātis hoc accidere ne
que animalium q̄buſdā: ſi quidē nō oīa re/
ſpirāt: hoc āt latuit ſic opinantes. Co.85.

¶Et oſtendit defectū ⁊ īſufficientiā poſitiōis emp. ⁊
alioꝝ omnium q̄ conſyderant aīam ex motu ſeu ſenſu
que talis eſt. Apparet etiam ꝙ omnes ⁊ quicunqꝫ di/
xerunt aīam eſſe aliquid motiuum ſed locum inſuffici/
enter dixerit. Nam multa animata ſunt q̄ non mouen
tur ſecundū locum: ſed manēt: ſicut plante ⁊ alia huiuſ
modi. Similiter autem ⁊ illi q̄ dixerunt aīam eē quid
intellectiuum. ⁊ ſenſitiuū inſufficienter dixerunt. Nam
multa ſunt aīata: que neqꝫ ſentiunt. neqꝫ intelligūt. Si
vero aliquis hoc ſegregauerit .ſ. intellectiuū ſenſitiuū
⁊ motiuum. ⁊ dicat intellectiuum vnā partē anime: ⁊ ſi
mul ſenſitiuum: nō tamē ꝓpter hoc dicet de omni aīa:
cum non omnes anime ſit intellectiue. Neqꝫ de tota:
cum intellectiuum ⁊ ſenſitiuū ſint partes anime. Ne/
qꝫ de vna: q: ſic non diceret omnes ꝓprietates anime
cuiuſcunqꝫ: cum in anima ſint alie proprietates: qꝫ
ſint intelligere ⁊ ſentire. ¶Et quia quidam phyloſo/
phus qui vocat orpheus. defectiue etiam de anima lo
cutus eſt: quaſi in ſimilem defectū incidit. ideo hec ad/
iungit eius defectum. ¶Sciendum ē autem ꝙ orphe
us iſte fuit vnus de primis phyloſophis qui erant q̄ſi
poete theologi loquentes metrice de phyloſophia ⁊ d̄
deo: ⁊ fuerunt tantum tres: ſanī orpheus. ⁊ quidā ali
us. Et iſte orpheus primo induxit homines ad habi/
tandum ſimul: ⁊ fuit pulcerrimus concionator: ita ꝙ
homines beſtiales ⁊ ſolitarios reduceret ad ciuilitatē:
⁊ ꝓpter hoc dicitur de eo ꝙ fuit optimus citharedus
in tantū ꝙ fecit vel faceret lapides ſaltare. i. ita fuit pul
cer concionator: ꝙ homines lapideos emoliuit. Poſt
hos vero tres fuerunt vii. ſapientes. quorū vnus fu/
it tales. Hic ergo orpheus volebat ꝙ totus aer anima
tus eſſet ⁊ aīa quedam: ⁊ ꝙ anima corpꝛm viuentium
nihil aliud eēt: niſi illud qd̄ attrahit animal de aere aīa
to ꝑ reſpirationem: ⁊ hoc dicebat metrice. Et ideo di
cit phyloſophus ꝙ rō orphei qua eſt in metricis car/
minibus de anima ſuſtinuit eundem defectum. quem
ſuſtinuerunt rationes p̄cedentium: q: ſicut dictum eſt
ipſe voluit ꝙ illud eſſet anima: quod attrahitur ꝑ reſpi
rationem animalium. Sed hoc inſufficienter dictum
eſt: q: multa animalium ſunt que non reſpirant: hoc
autem .ſ. ꝙ animalia multa non reſpirant latuit illos q̄
fuerunt predicte opinionis. ⁊ ſic patet ꝙ iſti reprehen/
duntur de inſufficientia.
¶Decimam rationem ponit cum dicit.

Si vero ex elementis aīam facere oꝫ: ni/
hil oꝫ ex oībus. Sufficiēs.n. ē altera ꝑs cō
trarietatis ſeipſam diiudicare ⁊ oppoſitā.
Recto enim ⁊ ipſum ⁊ obliquum cognoſci
mus. Iudex enim utrorumque canon eſt
recto. Obliquum autem neque ſui ipſius
neque recti.

¶Et arguit eos de ſuperfluitate: que talis eſt. Dicūt
enim iſti ꝙ adhoc ꝙ anima cognoſcat: oportet ꝙ ſit ꝯ
poſita ex elementis. ſed cum nos videamus ꝙ cogni/
tio omnes rei poſſit haberi per pauciora. ergo ⁊ ſi con
cedatur aīam cōponi ex elemētis: non tamen debet di

ei cõpoſita ex elementis oĩbus ſed ad plus ex duobus
Et ꝙ cognitio habeat̃ ꝑ paucioꝛa: patet: q: cũ cõpoſi
tum cõſtet ex aliquo ꝑfecto ⁊ imꝑfecto: rõ cognoſcendi
imꝑfectũ: eſt perfectũ ⁊ cũ contraria reducant̃ in pꝛiua
tionẽ ⁊ habitũ: ſufficiẽs ẽ altera ps. ſ. illa q̃ ſe habet per
modum habitus ⁊ ꝑfecti ad cognoſcendũ ſeipſam ⁊
alteram partem: que eſt ꝑ modũ priuationis ⁊ imper
fecti. Nam ꝑ rectũ diiudicamus ⁊ cognoſcimus ipſũ
rectũ: ⁊ etiam obliquũ. (Canon) enim ideſt regula ẽ
illud ꝑ quod habetur indicium de vtroqꝫ: ꝑ obliquũ
vero: nec ipſum cognoſcimus nec rectũ. Non ergo fu
it neceſſe animam facere. i. eam ꝯponere ex oĩbus ele
mẽtis ſed ex duobus. ſ. ex igne ⁊ terra. ⁊ per hoc co
gnoſceret ⁊ ſe ipſam ⁊ contraria: ſicut per ignem co
gnoſceret calida ⁊ frigida: per terram. ſicca ⁊ humida.

¶ Lectio tertia.

Co.86. Et in toto autem quidẽ ipſam miſceri di
cunt. Unde fortaſſis ⁊ Thales opinatus ẽ
omnia eſſe plena diis.

O ſt q̃ꝫ philoſophus poſuit opiniones po
nentium animam eſſe ex elementis ⁊ ratio
nes ipſoꝝ ⁊ impꝛobauit eas: hic ex inciden
ti ponit opinionem quoꝛundã dicentium
animam eſſe in elementis. Et circa hoc duo facit. pꝛi
mo enim ponit opinionem: ſo vero rõeꝫ opiniõis ibi
(opinari autẽ) Circa pꝛimuꝫ. d. ſ. pꝛimo ponit opinio
nem ſecundo iꝑꝛobat eã ibi (hoc autem ⁊c.) Dicit er
go ꝙ ſunt quidã qui dicunt aĩam miſceri in toto vni
uerſo: ponentes eã tam in elementis q̃ꝫ in elementatis
vnde quidam phyloſophus nomine thales foꝛtaſſis
motus ab hac opinione: opinatus eſt oĩa plena eẽ diis.
volebat enim ꝙ totũ vniuerſum eſſet aĩatum ⁊ eius
aĩa eſſet deus: Unde ſicut aĩa eſt in qualibet parte aĩa
lis: ⁊ tota: ita volebat ꝙ ĩ q̃libet parte vniuerſi eſſet de
us: ⁊ ſic oĩa eſſent plena diis: ⁊ foꝛte ex hoc ꝓuenit ido
latria. ¶ Conſequenter cũ dicit

Hoc autẽ hꝫ quaſdam dubitationes. ꝓꝑ
quam. n. cauſam ĩ aere aut ĩ igne aĩa cum ſit
nõ facit animal in mixto: ⁊ hec in his melioꝛ
eſſe putata: Queret. n. vtiqꝫ aliquis quã ob
cauſam q̃ in aere anima ea q̃ in aĩalibus me
Co.87. lioꝛ ⁊ immoꝛtalioꝛ. Accidit autẽ vtrobiqꝫ ĩ
conueniens ⁊ irrõnabile. Et namqꝫ dicere
animal ignem aut aerẽ magis irrationabili
um eſt. Et non dicere animalia: cum anima
inſit: inconueniens eſt.

¶ Improbat hanc opinionẽ dicẽs ꝙ hoc. ſ. ꝙ aĩa ſit ĩ
elementis ⁊ in elementatis: habet q̃ſdã dubitationes ⁊
oppoſitiones quarum vna eſt: q: ſi anima eſt in aere
⁊ in igne: ĩ iſtis enim duobus dicebant maxime eã eſſe:
difficile erit dicere ꝓpter quã cauſã aĩa in eis ñ facit ani
mal. i. quare iſta non ſunt animalia: cum in mixtis aĩa
faciat animal. i. mixta aĩata ſint animalia. ꝑcipue cũ pu
tandum ſit ꝙ hec. ſ. anima ſit melioꝛ in elementis ſim
plicibus q̃ꝫ in elemẽtatis ¶ Alia dubitatio eſt q: q̃ret ali
quis ex hiis vtiqꝫ motus. q̃re anima q̃ ſecundũ ipſos
eſt in elementis: ẽ melioꝛ ⁊ immoꝛtalioꝛ q̃ꝫ anima q̃ eſt
in elementatis. cũ hec q̃ eſt in elemẽtatis conſtituat ani
mal: ⁊ cognoſceus ⁊ ſenciens: illa vero q̃ eſt in elemẽ
tis non conſtituat. Ex hiis autem dubitationibus q̃cun
qꝫ ponat̃ accidit inconueniens ⁊ irrationabile: quia di
cere ꝙ ignis ſiue aer ſit animal. vt pꝛimo dubitatur. ẽ
maxime inconueniens ⁊ ad ſenſum apparet falſum: ⁊
eſt dictum non habentium rationem. ⁊ non dicere ea
in quibus eſt anima eſſe animalia valde inconueniens
eſt nam ſecundum hoc in nullo differt inter eſſe animã
in aliquo coꝛpoꝛe ⁊ non eſſe.

¶ Conſequenter cum dicit.

Opinari aũt vident̃ animam eſſe in his:
quoniã totũ partibus ſimilis ſpeciei. Qua
re neceſſariũ ipſis dr̃e animam ⁊ ſimilis ſpe Co.88.
ciei ꝑtibus eẽ: ſi intercipi aliquid continẽtis
in aĩalibus animata animalia fiunt.

¶ Ponit rõnem pꝛemiſſe opinionis: ⁊ circa hoc duo
facit. pꝛimo ponit rationem: ⁊ iꝑꝛobat eã: ſecundo con
cludit quid manifeſtũ ſit ex omnibus q̃ dicta ſunt ibi
(Manifeſtũ igit̃ ⁊c.) Circa pꝛimũ. d. ſ. pꝛimo enim
ponit rõem opinionis: dicens ꝙ rõ q̃re dicti phyloſo
phi opinari vident̃ animã (eſſe in his). i. in oĩbus ele
mentis: eſt q: ipſi volebãt q̃ꝫ totũ ⁊ ꝑtes in elementis:
cũ ſint ſimplicia ꝙ eẽn t ſimilis ſpẽi. vñ cũ viderẽt ⁊ opi
narent̃. ꝙ ps continentis. i. aeris intercepta in coꝛpoꝛi
bus animaliuꝫ ꝑ inſpirationem ⁊ reſpiratiõem ſit cau
ſa q̃re animalia fiãt animata: ⁊ ſit anima. neceſſe erat eis
dicere (aĩam eſſe ſimilis ſpeciei partibus: ideſt totum
continens eſſe aĩatũ. ¶ Secundo vero cũ dicit.

Si ãt aer quidẽ diſcerptus ſimilis ſpeci
ei. anima aũt diſſimilis ꝑtis. Hec quidẽ ali
qd ipſius exiſtet videlicet: aliud ãt non exi
ſtet. Neceſſe eſt igit̃ ipſam ſimilis ꝑtis eſſe:
aut non eſſe in qualibet parte omnis.

¶ Improbat dictã ratiõem dicens ꝙ q: aer diſcretus
⁊ attractus ẽ ſimili ſpeciei toti aeri: ſeq̃tur ꝙ anima ani
malis ſit ſimilis partis aĩe tocius aeris ſꝫ cõſtat ꝙ aĩa
animalis cuiuſlibet eſt diſſimilis partis aĩe aeris: quia
vna ipſius. ſ. aĩa aeris: (exiſtet) ideſt imoꝛtalis ſecun
dũ eos: vt pote q̃ ſẽꝑ viuificat ⁊ ſemꝑ viuificauit ⁊ oĩa
viua. (Aliud ãt). ſ. aĩa huius: uel illius aĩalis (nõ exi
ſtet. i. ẽ moꝛtalis ſecundũ eos. Neceſſe ẽ ergo alterum
duoꝝ inconuenientiũ ſeq ex hoc. ſ. ꝙ aer ſit ſimilis ꝑtis
. ſ. ille qui eſt intra: ⁊ ille q eſt extra ⁊ aĩa etiã: quod im
probatũ eſt. Aut ſi ipſa aĩa eſt diſſimilis ꝑtis: ⁊ aer ſi
milium: tunc ſequitur ꝙ anima non ſit in qualibet par
te (omnis. i. totius aeris. quod eſt cõtra eos: qui totum
aerem animatum ponebant.

¶ Conſequenter cum dicit.

Manifeſtum igit̃ ex dictis eſt ꝙ neqꝫ co
gnoſcere ineſt anime: propter id quod ẽ ex
elemẽtis: neqꝫ moueri ipſã bñ. nꝫ vere dr̃e.

¶ Concludit ex omnibus que dicta ſunt de opinioni
bus antiquorũ: ꝙ neutrum illorũ quod ipſi attribue
bant anime ſit rerum: ⁊ bene dictum: eo modo quo
ipſi dixerunt. ſcꝫ ꝙ neqꝫ cognoſcere ineſt anime ex eo
ꝙ eſt ex elementis: ſicut ipſi ponebant. Neque etiam
motus ſeu moueri ineſt ei ex hoc quod ex dictis elemẽ
tis conſtabat ſecundum eos ⁊ hoc ſatis aperte ⁊ clare
patet inſpicienti ad ſupꝛa dicta.

Quoniam autẽ cognoſcere anime eſt ⁊ ſẽ
tire ⁊ opinari: adhuc ãt concupiſcere ⁊ deli
berare ⁊ omnino appetitus: Fit autem ⁊ ſe Co.89.
cundum locum motus ab anima in animali
bus: Adhuc autem ⁊ augmentum: ⁊ ſtatus
⁊ decremenium: vtrum toti anime vnun
quodque horum inſit ⁊ omni: et intelligi
mus et ſentimus: et aliorum vnunquodque
facimus et patimur aut partibus alteris al
tera. Et viuere igitur vtrum in aliquo horũ
ſit vno aut pluribus: aut in omnibus: aut in

alia aliqu a cauſa.

¶Lectio quarta.

O ſitis opinionibus antiquorũ de anima ⁊
improbatis: conſequẽter phyloſophus mo
uet quaſdam dubitationes: ⁊ circa hoc.d.f.
primo enim mouet ipſas queſtiones: ſecun
do vero ſoluit eas ibi. (Dicunt itaque ⁊c. ¶Sciendũ
eſt autem ꝙ operatiões anime ſcʒ ſentire: intelligere:
appetere: moueri ſecũdũ locum: ⁊ augeri: poſſunt du
pliciter accipi: quia vel ſecundũ modum operandi: ⁊ ſic
ſunt tres potẽtie anime: ⁊ his attribuũt hmõi actiones
potentie videlicet vegetabili ſenſibili ⁊ intellectuali q̃
quidẽ differũt. Nam nutritiua ſiue vegetabilis agit me
diantibus qualitatibus actiuis ⁊ paſſiuis vt calidũ
frigidũ: ⁊ hmõi. Senſitiua vero ſeu ſenſus licet non in
digeat qualitatibus ſenſibilibus ad ſentiendũ: indiget
tamẽ organo corpali. Intellectus vero neutro iſtorum
indiget: q: nec qualitatibus nec per organũ intelligit: ſʒ
perficit abſqʒ aliquo organo. Si autem accipiamus
hmõi actiones ſecundũ genera actionũ: ſic ſunt quinqʒ
potentie.ſ. nutritiuũ: ſenſitiuum motiuum ſecundũ lo
cũ: appetitiuũ: ⁊ intellectiuum ⁊ actiones horũ ſunt ſen
tire. nutriri: mouere: appetere: ⁊ itelligere. Et ideo cũ
phyloſophus de anima ſm ſuã totalitatem ſm opinio
nes ãtiquorũ ſupra tractaſſet ⁊ reprobaſſet eas: hic inq
rit de partibus ⁊ operationibus ipſarum partium. ⁊
mouet duas queſtiones: quaꝝ prima talis eſt. Utrum
operationes anime que ſunt cognoſcere ⁊ ſentire q̃tũ
ad ſenſũ: ⁊ opinari q̃tum ad intellectum: adhuc concu
piſcere quamtum ad concupiſcibilem: deliberare q̃/
tum ad rationalem: ⁊ etiam apetitus qui eſt in plus: q:
concludit cum his duobus iraſcibilem: ⁊ moueri ſm
locum: ⁊ augeri: ⁊ ſtare ⁊ diminui: conueniant toti ani
me: vt.ſ. vnunquodqʒ eoꝝ ſit in omni parte anime.i.
ſecundum quamlibet ptem anime intelligamus: ſentia
mus: moueamur: appetamus: ⁊ nutriamur: Aut ſin/
gulum iſtorum habeat ſingulam partem anime deter
minatam: vt ſcilicet alio intelligamus ⁊ alio ſenciamus
⁊ ſic de aliis. Secunda queſtio eſt: quia dato ꝙ queli/
bet operatio anime habeat ſpãlem partem: item erit
queſtio: vtrum hoc qḋ eſt viuere conueniat alicui par
tium: ita ꝙ ſit in alieuo vno: aut in pluribus partibus:
aut in oĩbus: ⁊ ſi non in his: vtrum ſit in aliquo alio.

¶Conſequenter cum dicit.

Co.90. Dicunt itaqʒ quid am partibilem ipſam
⁊ alio autẽ itelligere: alio qdẽ concupiſcere.

¶Reſpondet ad qõnes poſitas: ⁊ primo ad primam:
ſecũdo vero ad ſecundã ibi. (Uidentur autem ⁊ q̃ ⁊c̃)
Reſpondens autẽ prime queſtioni: primo ponit opi/
nionem quorundam phyſicorum ad hoc: ſecundo im
probat eam ibi. (quod igitur continet ⁊c.) quidam
enim dicunt ꝙ hmõi operationes non conueniunt to/
ti anime ſed partibus: dicunt enim animam eẽ partibi/
lem: ⁊ alio intelligit: ⁊ alio concupiſcit: ſicut qui pone/
bant ſenſitiuam in cerebro. viuificatiuã in corde ⁊ hu/
iuſmodi. Sed huiuſmodi opinio eſt quodammodo
vera: ⁊ quodammodo falſa: q: ſi in anima intelligas
diuerſas partes potentiales: ſic eſt verum quod ani/
ma habet diuerſas partes ⁊ vires. ⁊ alia intelligit: ⁊
alia ſentit. Anima enim eſt quoddam totum potentia/
le: ⁊ pars accipitur ibi potentialis reſpectu tocius po/
teſtatiui. Si vero intelligatur quod anima ſit quedam
magnitudo ſeu quantitas: ⁊ diuidatur in diuerſas par
tes quãtitatiuas: ſic ẽ falſa. Iſti vero phyloſophi intelli
gebãt animã eſſe partibilem ſecundum hunc modum
⁊ addebant plus: quod huius potentie anime erant
diuerſe anime.

¶Conſequenter cum dicit.

Quid igitur continet animam: ſi partibi
lis eſt apta nata: Non.n. vtiqʒ corpus: vide
tur.n. contrarium magis anima corpus cõ/
tinere. Egrediẽte.n. expirat ⁊ marceſcit. Si
igiť alterum aliquid vnam ipſam facit: illud Co.91.
maxime vtiqʒ erit anima. Oportebit autez
iterum ⁊ illud querere: vtrum vnũ aut multi
partium ſit. Si quidem.n. vnum eſt: pp qḋ
non mox ⁊ animã vnum: Si vero diuiſibile
iterum rõ queret: quid eſt cõtinens: ⁊ ſic vti
que procedet in infinitum.

¶Improbat phyloſophus opinionem predictam p
tres rationes: quarum prima talis eſt. Diuerſa non
poſſunt conuenire niſi ab aliquo vniantur. Si igitur
ſunt diuerſe anime in corpore: oportet quod ab aliquo
contineantur ⁊ vniantur: ſed nihil eſt quod vnitat eas
⁊ contineat: ergo non ſunt diuerſe. Et quod nihil ſit cõ
tinens: ⁊ vniens animam ſic patet: quia aut eſt corpus
in quo eſt: aut aliquid aliud: ſed corpus non vnit eam
⁊ continet: imo magis anima continet corpus. vide/
mus enim quod egrediente anima a corpore corpus
deficit ⁊ marceſcit. Si autem aliquid aliud continet eã
tunc illud erit maxime anima: quia anime eſt contine/
re: ⁊ regere: ⁊ ſi illud erit anima: tunc iterum oporte/
bit querere vtrum ſit vna: aut multipartium. Et ſi di
catur quod multipartium eſt: iterum erit queſtio qḋ
vniat illud: ⁊ ſic in infinitum. Si vero dicatur quod ẽ
vnum (quare non dicunt mox): ideſt ab ipſo princi/
pio quod anima ſit vnum. Non igitur anima eſt diuiſi
bilis in partes quantitatiuas: ſicut ipſi dicunt.

¶Secundam rationem ponit cum dicit.

Dubitabit autem aliquis ⁊ de ipſius pti Co.92.
bus: quam poſitionem habet vnaqueqʒ in
corpore. Si.n. tota anima omne corpus cõ
tinet: conuenit ⁊ partium vnamquãqʒ cõti/
nere aliquid corporis. Hoc autem aſſimilať
impoſſibili. Qualem.n. partẽ aut quomõ
intellectus continebit graue eſt ⁊ fingere.

¶Quia ſi diuerſe partes anime ſunt diuerſis parti/
bus corporis: ſequitur quod cuilibet operationi anime
ſit determinata pars corporis. ſed organum corpora/
le: Sed hoc eſt impoſſibile: quia intellectus non habet
determinatam partem: ſeu organum in corpore: Nõ
igitur anima habet diuerſas partes: ſicut ipſi dicunt.

¶Terciam rationem ponit cum dicit. Co.93

Dicũť autem ⁊ plãte viuere diuiſe: ⁊ aĩa/
lium quandam inciſorum tãquã eandem ha
bentia animam ſpecie: ⁊ ſi nõ numero: vnaq̃
que quidem.n. partium ſẽſum habet: ⁊ mo/
ueť ſecũdum locum in quoddam tempus. Co.94
Si autem nõ permanet: nullum inconueni/
ens eſt. Inſtrã.n. nõ habent quibus ſaluẽt
naturam: ſed nihil minus ĩ vtraqʒ partium
omnes ĩ exiſtũt partes aĩe: et ſimilis ſpeciei
ſũt ad ĩuicem et toti. Ad inuicem quidem:
ſicut que ñ ſeparabiles ſũt. Toti autem aĩe
tãquam indiuiſibili exñte.

¶ Quia ſi diuerſe operationes aĩe ſunt in diuerſis partibus: tunc non erit inuenire partez in qua ſint plures operationes ſimul: nec erunt partes animalis ſimilis ſpeciei. ſed nos inuenimus partes aliquorum animatorum: que habent plures operationes ⁊ quoruz anima eſt eiuſdem ſpeciei in toto ⁊ in partibus: ſicut eſt in plantis ⁊ in quibuſdam animalibus que deciſa viuunt: ſicut eſt in animalibus anuloſis: quorum quelibet pars deciſa ſentit ⁊ mouetur in quoddam temp⁹ ⁊ ſi dicatur ꝙ non diu viuunt non refert: quia non habent inſtrumenta quibus ſaluent eorum naturam. nihilominus tamen exiſtũt in partibus diuerſis plures operationes anime ⁊ ſunt ſimilis ſpeciei ad inuicez ⁊ etiam toti. Non ergo ſunt diuerſe partes anime in diuerſis partibus corporis. Ratio autem quare deciſa viuunt eſt: quia quanto anima eſt perfectior: tanto exercet plures perfectas operationes ⁊ diuerſas. Et iđ ad exercenduz huiuſmodi operationes: neceſſaria ſũt ei plura ⁊ diuerſa organa corporalia. quia vero anima rationalis: quanto nobilior ⁊ perfectior eſt: tanto exigit maiorem diuerſitatem organorum: anima autẽ que eſt in animalibus anuloſis ⁊ in plantis: quia parũ habet de perfectione nec exercet diuerſas operatiões ideo requirit corpus magis ſimile ⁊ ſaluat̃ ĩ qualibet parte.

Conſr cum dicit.

Co.95. Uidetur autem ⁊ que in plantis anima principium quoddam eſſe. Hac enim ſola comunicant ⁊ animalia ⁊ plante: Et ipſa quidem ſeparatur a ſenſibili principio: ſenſum autem nullum ſine hac habẽt.

¶ Soluit ſecundam queſtionem. Circa quod ſciendũ ꝙ viuere proprie eſt eorum que habent motuz ⁊ operationez ex ſeipſis ſine hoc ꝙ moueantur ab aliis. Unde ⁊ viuere dupliciter accipitur: vno modo accipitur viuere quod eſt eſſe viuentis ſicut dicit phyloſophus ꝙ viuere eſt eſſe viuentibus: Alio modo operatio. Dicendum ergo ꝙ anima que eſt in plantis ſcilicet vegetabilis videtur eſſe quaſi quoddam principiuz quod manifeſtat vitam in rebus inferioribus: quia ſine hac nihil viuit: ⁊ in hac ſola communicant omnia que viuunt in aliis autem non omnia: animalia enim ⁊ plante in vegetabili conueniunt ſolummodo. Item vegetabile poteſt eſſe ſine ſenſibili ⁊ intelligibili: ſed hec nõ poſſunt eſſe ſine vegetabili. Nullum enim animal habet ſenſum: ſeu intellectum (: ſine hac) ſcilicet vegetabili: ergo ſic viuere attribuitur iſti principio ſcilicet vegetabili: ſicut ſentire tactui. non tamen ꝙ anima ꝑ ſolum vegetabile viuat ſed quia eſt primum principiuz in quo manifeſtatur vita.

## Ariſtotelis ſtragyrite de anima textus libri ſecundi.

Co.1. Ue quidem igitur a prioribus tradita de anima dicta ſint. Iterum autez tanquã ex principio redeamus tentantes determinare qđ eſt anima: ⁊ que vtiq̧ erit cõmuniſſima ratio ipſius.

¶ Diui thome aquinatis in ſecundum librum de anima Ariſtotelis preclariſſima commentaria.

¶ Lectio prima.

Oſtquam Ari. poſuit opinionez aliorum de anima in primo libro: accedit ad determinandum de anima ſecundum propriam opinionem: ⁊ veritatem. Et circa hoc duo facit primo dicit de quo eſt intentio continuans ſe ad precedentia: ſecundo proſequitur ſuam intentionem ibi. (Dicimus itaq̧ vnum quoddam ⁊c̃.) ¶ Dicit ergo primo ꝙ in primo libro dicta ſunt ea que tradita ſũt a prioribus de anima: ſed oportet iterum .q. redeundo a principio determinare veritatem: quod quidem propter ſuam difficultatem magis oportet temptare: q̃z ſecuritatem de veritate inuenienda preſumere. Et cum ſupra in proemio queſitum fuerit: vtrum prius de anima ipſa determinandum ſit aut de partibus eius: quaſi queſtionem determinans: dicit ꝙ in principio dicenduz eſt quid eſt anima: in quo notificatur ipſa anime eſſentia: poſtea autẽ determinabitur de partibus ſiue potentiis ipſius. Et quaſi huiuſmodi rationem aſſignans ſubiungit: (⁊ q̃ vtiq̧ erit communiſſima ratio ipſius): cum enim oſ̃ditur quid eſt anima: traditur id quod eſt commune cum autem determinatur de vnaquaq̧ partium aut potentiarum ipſius: traditur id quod eſt ſpeciale circa animam: hic eſt autem ordo doctrine: vt a communibus ad minus communia procedatur: ſicut oſtendit phyloſophus in principio phyſic̃.

¶ Deinde cũ dicit.

Dicimus itaq̧ vnum quoddam genus eorum que ſunt ſubſtantiam. Huius autez aliud quidem ſicut materiam: que ſecundũ ſe quidem non eſt hoc aliquid: aliud autem ſicut formam ⁊ ſpeciem: ſecundum quaz dicitur iam hoc aliquid: ⁊ tertiam que ex his Eſt autem materia quidem potentia: ſpẽs autem endelechia. Et hoc dupliciter: hoc q̃dẽ ſicut ſcia: illud ãt ſicut conſiderare. Co.2.

¶ Proſequitur ſuam intentionem: quam propoſuerat: ⁊ diuiditur in partes duas: in prima oſtẽdit quid eſt anima: in ſecunda determinat de partibus eius ſiue potentiis eius: ibi potentiarum autem anime ⁊c̃. Prima diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionem anime que eſt quaſi demonſtrationis concluſio: in ſecunda ponit diffinitionem anime que eſt quaſi demonſtrationis principium: ibi Quoniã autem ex certis quidem ⁊c̃. Sciendum eſt enim: ꝙ ſicut dicitur in primo poſteriorum: omnis diffinitio aut eſt concluſio demonſtrationis: ſicut hec tonitruum eſt continuus ſonus in nubibus: aut eſt demonſtrationis principiuz ſicut hec tonitruum eſt extinctio ignis in nube: aut eſt demonſtratio poſitione ideſt ordine differẽs: ſicut hec tonitruum eſt continuus ſonus in nubibus. propter extinctionem ignis in nube. In hac enim ponitur ⁊ demonſtrationis concluſio ⁊ principium: ⁊ non ſecundũ ordinẽ ſyllogiſmi. Prima autẽ ꝑs diuidit̃ in duas. In pria ponit diffinitionẽ primam aĩe: ĩ ſecunda manifeſtat eam: ibi: vniuerſaliter igitur dictum: ⁊c̃. Prima diuiditur in duas. in prima premittit diuiſiones ex quibus habetur via ad inueſtigandum diffinitio-

onez anime. In ſecunda inueſtigat anime diffinitionē
ibi. Quare omne corpus ⁊c̄. ¶ Sciendum autem eſt
ꝙ ſicut docet phyloſophus in. vii. metha. hec eſt diffe
rentia inter diffinitionem ſubſtantie ⁊ accidentis: ꝙ i
diffinitione ſubſtantie nihil ponitur quod ſit extra ſub
ſtantiam diffiniti: diffinitur enim vnaqueqȝ ſubſtantia
per ſua principia materialia vel formalia. In diffinitio
ne autem accidentis ponitur aliquid: quod eſt extra eſ
ſentiam diffiniti ſcilicet ſubiectum: oportet enim ſubie
ctum poni in diffinitione accidentis: ſicut cum dicitur
ſimitas eſt curuitas naſi. ⁊ hoc ideo eſt q: diffinitio ſi
gnificat qđ quidem eſt res: ſubſtantia autem eſt quid
completum in ſuo eſſe ⁊ in ſua ſpecie: accidens autem
non habet eſſe completum: ſed dependens a ſubſtan/
tia. Similiter etiam nulla forma eſt quid completum
in ſpecie: ſed complementum ſpeciei competit ſubſtā
tie compoſite. vnde ſubſtantia compoſita ſic diffinitur
ꝙ in eius diffinitione non ponitur aliquid quod ſit ex
tra eſſentiam eius. In omni autem diffinitione forme
ponitur aliquid: quod eſt extra eſſentiam forme ſcili/
cet proprium ſubiectum eius ſiue materia: vnde cum
anima ſit forma oportet ꝙ in diffinitione eis ponatur
materia ſiue ſubiectum eius. Et ideo in prima parte
ponit duas diuiſiones: quaruȝ prima neceſſaria eſt ad
inueſtigandum id quod in diffinitione anime ponitur
ad exprimendam eſſentiam eius. Alia que eſt neceſſa
ria ad inueſtigandum id quod ponitur in diffinitione
anime ad exprimendum ſubiectum ipſius: ibi. Sub/
ſtantie autem maxime ⁊c̄. ¶ Circa primum inuit tres
diuiſiones: quarum prima eſt: ꝙ ens diuiditur in de/
cem predicamenta: ⁊ hanc innuit per hoc quod dicit:
ꝙ ſubſtantia dicitur eſſe vnū genus entiū. Secūda di/
uiſio eſt ſecundum ꝙ ſubſtantia diuiditur in materiā
⁊ formam ⁊ compoſitum. Materia quidem eſt que
ſecundum ſe non eſt hoc aliquid: ſed eſt in potentia tā
tum vt ſit hoc aliquid: forma autem eſt: ſecundū quā
iam eſt hoc aliquid in actu. Subſtantia vero compo/
ſita eſt que eſt hoc aliquid: dicitur enim eſſe hoc aliqd
ideſt aliquid demonſtratum quod eſt completum in
eſſe ⁊ ſpecie: ⁊ hoc conuenit ſoli ſubſtantie compoſite
i rebus mālib⁹. ſ̄bē ſepate quāuis nō ſint ꝯpoſite
ex materia ⁊ forma: ſunt tamen hoc aliquid cum ſint
ſubſiſtentes in actu ⁊ complete in natura ſua. Anima
autem rationalis quantum ad aliquid poteſt dici hoc
aliquid: ſecundum hoc quod poteſt eſſe per ſe ſubſi/
ſtens: ſed quia non habet ſpecieȝ completam: ſed ma
gis eſt pars ſpeciei: non omnino conuenit ei ꝙ ſit hoc
aliquid eſt ergo differentia inter materiam ⁊ formam
ꝙ materia eſt ens in potentia: forma autem eſt ende
lechia: id eſt actus: quo ſcililicet materia ſit actu: vñ
ipſum compoſitum eſt ens actu. Tertia diuiſio ſt ꝙ
actus dicitur dupliciter: vno modo ſicut ſcientia eſt
actus: Alio modo ſicut conſyderare eſt actus. Et
differentia horum actuum ex potentiis perpendi pōt
dicitur enim aliquis in potentia grammaticus: ante/
quam acquirat habitum grammatice diſcendo vel
inueniendo. que quidem potentia in actum reducitur
qñ iam aliqs habet habitū ſcie: ſed tunc eſt iteȝ in po
tentia ad vſū habitus cum non conſyderat in actu: ⁊
hac potētia in actū reducitur: cū actu conſyderat. Sic
igitur ⁊ ſcientia eſt actus. ⁊ conſyderatio eſt actus.

Deinde cū dicit.

Co.3. Subſtantie autem maxime eſſe videtur
corpora ⁊ horum phiſica: hec enim alioruȝ
principia. Phiſicoꝝ autem alia quideȝ ha
bent vitam: alia autem non habēt. Vitā aūt
habere dicimus id quod per ſeipſuȝ alimē
tum ⁊ augmentum ⁊ decrementum.

¶ Ponit diuiſiones ex qbus inueſtigatur id qđ po/
nitur i diffinitiōe aīe ptinens ad eius ſubiectū: ⁊ inuit
tres diuiſiones: quaꝝ pria ē ꝙ ſubſtātiaꝝ quedā ſunt
corpa: ⁊ qdā nō ſūt corpa. iter q̄s ſubſtātias marie ſūt
mãifeſte corpales ſubſtātie: nã ſubſtātie icorpee q̄cūqȝ
ſint: imaifeſte ſūt: eo ꝙ ſūt a ſēſibus remote ſola rōne
īueſtigabiles: hoc ē ergo qđ dicit: ꝙ (corpa marie vi/
dent̄ eē ſbe.) Secūda diuiſio ē ꝙ corpoꝝ qdā ſūt cor
pora phy. i. nãlia: qdā nō naturalia ſed artificialia: hō
.n. ⁊ lignū ⁊ lapis ſūt nãlia corpa. dom⁹ ⁊ ſecuris ſūt
artificialia. magis aūt vident̄ ſubſtātie corpa nãlia q̄ȝ
artificialia: q: corpora naturalia ſunt principia artificia
liuȝ: ars. n. operatur ex materia quā nã miniſtrat: for
ma autē que p artē inducitur ē forma accidentalis ſi/
cut figura vel aliqd huiuſmodi: vnde corpa artificia/
lia nō ſūt in genere ſubſtātie per ſuā formā: ſed ſolum
p ſuā materiā que ē naturalis: hñt ergo a corporibus
naturalibus ꝙ ſint ſubſtātie: vñ corpora nãlia ſunt ma
gis ſubſtantie q̄ȝ corpora artificialia: ſunt enim ſubſtā/
tie non ſolum ex parte materie ſed ēt ex parte forme.
Tertia diuiſio eſt ꝙ corpoꝝ naturalium quedam ha
bent vitā ⁊ quedā non habent. Illud aūt dicitur ha/
bere vitā: qđ per ſeipſum hȝ alimentum: augmentuȝ
⁊ decrementū. Sciendū aūt eſt ꝙ hec explanatio ma
gis eſt per modū exempli: q̄ȝ per modum diffinitio/
nis: non. n. ex hoc ſolo ꝙ aliquid habet augmentum
⁊ decrementum viuit: ſed etiam ex hoc ꝙ ſentit ⁊ in/
telligit: ⁊ alia opera vite exercere poteſt: Unde in ſub
ſtantiis ſeparatis eſt vita ex hoc ꝙ habent intellectum
⁊ voluntatem: vt patet in. xi. meta. licet non ſit in eis
augmentum ⁊ alimentum. Sed quia in iſtis genera/
bilibus ⁊ corruptibilibus aīa q̄ eſt in plantis ad quam
ptinent alimētū ⁊ augmentū: vt i fine primi dictuȝ eſt
principiū vite: ideo hic. q. exemplariter expoſuit hñs
vitā id quod habet alimentū ⁊ augmentū. ppria autē
ratio vite ē ex hoc ꝙ aliqd eſt natū mouere ſeipſū: lar
ge accipiēdo motū: put ēt intellectualis opatio motus
quidā dicitur: ea. n. ſine vita eſſe dicimus que ab exte/
riori tantum principio moueri poſſunt.

¶ Deinde cū dicit.

Quare omne corpus phiſicum partici/
pans vita ſubſtantia erit. Subſtātia aūt ſic Co.4.
ſicut compoſita. Quoniam autē eſt corpus
et huiuſmodi vitam habens: non vtiqȝ erit
corpus anima. Nō eſt enim eorum que in
ſubiecto corpus. Magis autem ſicut ſub/
iectum et materia eſt. Neceſſe eſt ergo ani/
mam ſubſtantiam eſſe: ſicut ſpeciem corpo
ris phiſici potentia vitam habētis: ſubſtan
tia autem actus: hmōi igitur corpis actus.

¶ Inueſtigat anime diffinitionē ſuppoſit p̄miſſis diui
ſionibus. Et circa hoc tria facit: primo inueſtigat ptes
diffinitiōis: ſcđo ponit diffinitionem: ibi. (Si aūt aliqđ
cōmune ⁊c̄.) Tertio ex diffinitione data excludit du/
bitationem: ibi: (vnde non oportet querere ⁊c̄.) Cir
ca primū. d. ſ. primo inueſtigat particulas diffinitiōis
que pertiuent ad eſſentiā aīe: ſecundo eam que perti/
net ad eſſentiā ſubiecti: ibi: Tale autem: quodcunqȝ or
ganicum. Circa primū. d. ſ. primo inueſtigat hanc par
ticulam: ꝙ anima eſt actus: ſecundo hanc ꝙ eſt actus
prim⁹: ibi (hic aūt dicit̄ dupliciter.) Cōcludit ergo p
mo ex p̄dictis ꝙ cū corpora phyſica maxime videant̄
eſſe ſubſtantie: ⁊ omne corpus habens vitam ſit cor/
pus phyſicū: neceſſe eſt dicere ꝙ omne corpus hñs
vitā ſit ſubſtātia: ⁊ cū ſit ens actu: neceſſe eſt ꝙ ſit ſub
cōpoſita. Q: vo cū dico corp⁹ hñs vitā duo dico. ſ. ꝙ
ē corp⁹ ⁊ ꝙ ē hmōi corp⁹. ſ. hñs vitā: nō pōt dici ꝙ ſi

la pars corpis hñtis vitam que dicitur corpus ſit aĩa: per aĩam..intelligimus id quo habens vitam viuit. vnde oportet qḋ intelligatᷣ ſicut aliqd in ſubiecto exiſtens: vt accipiatᷣ hic large ſubiectũ non ſolum prout ſubiectũ dicitur aliqd ens actu: per quẽ modum accidens dicitur eſſe in ſubiecto: ſed etiã ſcḋm ꝙ materia prima q̃ eſt ens in potentia dicitur ſubiectũ. Corpus aũt quod recipit vitã magis eſt ſicut ſubiectũ ⁊ materia: qȝ ſicut aliquid in ſubiecto exiſtens. Sic igitur cuȝ ſit triplex ſubſtantia. ſ. compoſitum: materia: ⁊ forma ⁊ aĩa non eſt ipſũ compoſitũ quod eſt corpus habens vitã: neqȝ eſt materia q̃ eſt corpus ſubiectũ vite relinqtur; per locũ a diuinatione ꝙ aĩa ſit ſubſtantia ſicut forma: vel ſpecies talis corporis: ſcilicet corporis phyſici habentis in potẽtia vitã. Dicit aũt (habentis vitã potentia:) ⁊ non ſimpliciter habẽtis vitã nã corpus hñs vitam intelligitur ſubſtãtia compoſita viuens: cõpoſitum autẽ non ponitur in diffinitione forme ſed materia: materia autẽ corporis viui eſt id qḋ comparatur ad vitam ſicut potentia ad actũ. ⁊ hoc eſt anime actus ſecundum quẽ corpus viuit: ſicut ſi dicerẽ ꝙ figura ẽ actus: non qdem corporis figurati in actu: hoc .n. eſt compoſitũ ex figura ⁊ corpore: ſed corporis qḋ ẽ ſubiectum figure quod cõparatur ad figurã ſicut potentia ad actũ. ¶ Et ne aliquis crederet ꝙ anima ſic eſſet actus ſicut aliqua forma accidẽtalis actus eſt: Ad hoc remouendũ ſubdit ꝙ anima eſt ſic actus ſic ſubſtãtia eſt actus. i. ſicut forma. ⁊ q̃ omnis forma ẽ in determinata materia: ſeqtur ꝙ ſit forma talis corpis quale dictũ eſt. ¶ Sciendũ autẽ eſt: ꝙ hec ẽ differẽtia forme ſubſtantialis ad formã accidentalẽ: ꝙ forma accidẽtalis non facit ens actu ſimpliciter: ſed ens actu tale vel tm̃. vtputa magnũ vel albũ vel aliqd aliud hmõi. forma aũt ſubſtãtialis: facit eſſe actu ſimpliciter: vñ forma accidentalis aduenit ſubiecto iã exiſtẽti actu: forma aũt ſubſtãtialis non aduenit ſubiecto iã preexiſtenti in actu: ſed exiſtẽti in potẽtia tantũ. ſ. materie prime. Ex quo pȝ ꝙ ĩpoſſibile eſt vnius rei eſſe plures formas ſubſtãtiales: q̃ pͥma faceret ens actu ſimpliciter: ⁊ oẽs alie aduenirẽt ſubiecto iã exiſtenti in actu: vñ accidentaliter aduenirẽt ſubiecto iã exiſtẽti in actu: nõ .n. faceret ens actu ſimplici. ſed ſcḋm quid. ꝑ quod tollitᷣ poſitio auicebron in lib. fontis vite: q poſuit ꝙ ſcḋm ordinem generꝝ ⁊ ſpẽꝝ eſt ordo pluriũ formaꝝ ſubſtantialiũ in vna ⁊ eadẽ re: vtputa ꝙ i hoc indiuiduo hoĩs eſt vna forma per quam eſt ſubſtãtia: ⁊ alia ꝑ quã eſt corpus: ⁊ tertia ꝑ quã ẽ animatũ corpus ⁊ ſic de aliis. oportet .n. ſcḋm premiſſa dicere ꝙ vna ⁊ eadẽ forma ſubſtantialis ſit ꝑ quã hoc indiuiduũ ẽ hoc aliqd ſiue ſubſtãtia: ⁊ ꝑ quã eſt corpus ⁊ animatuȝ corpus ⁊ ſic de aliis. forma .n. ꝑfectior dat materie hoc qḋ dat forma minus ꝑfecta: ⁊ adhuc amplius: vñ aĩa non ſoluȝ facit eſſe ſubſtantiã ⁊ corpus: qḋ etiã facit forma lapidis: ſed ẽt facit eſſe animatũ corpus. Nõ ergo ſic ẽ intelligendum ꝙ aĩa ſit actus corpis. ⁊ ꝙ corpus ſit eius materia: ⁊ ſubiectũ. quaſi corpus ſit conſtitutũ ꝑ vnã formã q̃ faciat eũ eẽ corpꝰ: ⁊ ſuꝑueniat ei aĩa faciẽs ipſũ eẽ corpꝰ viuũ: ſed q̃ ab aĩa ẽ: ⁊ ꝙ ſit ⁊ ꝙ corpꝰ ſit: ⁊ ꝙ ſit corpus viuũ: ſed hoc qḋ eſt eſſe corpus qḋ eſt iꝑfectius eſt qd materiale reſpectu vite. ⁊ inde ẽ ꝙ recedẽte anima nõ remãet idẽ corpus ſpecie: nã oculus ⁊ caro in mortuo nõ dicunᷣ niſi equoce: vt patet ꝑ phyloſophum in. vii. meta. recedente .n. anima ſuccedit alia forma ſubſtãtialis q̃ datᵃ aliud eſſe ſpecificũ: cuȝ corruptio vnius non ſit ſine generatione alterius.

¶ Deinde cũ dicit.

**Hic autem dicitur dupliciter. Alius quidem ſicut ſcientia: alius autem ſicut conſyderare. Manifeſtum ergo ꝙ ſicut ſcientia. inexiſtere enim animam ⁊ ſomnus ⁊ vigilia eſt: proportionale autem vigilantia quideȝ ipſi conſiderare: Somnus autem ipſi habere ⁊ non operari. Prior autem generatione** Co. 7.
**in eodẽ ſcientia eſt. Unde anima ẽ actus primus corporis phiſici potẽtia vitã hñtis.**

¶ Que talis eſt. Omnia aĩalia habent ſenſum quo cognoſcunt ſuũ alimẽtum.ſ.ſenſum tactus qui eſt ſenſus alimenti. Et quia neceſſariũ eſt omnibus animalibus vti alimento vt dictũ eſt ideo neceſſariũ eſt ꝙ habeãt ſenſum tactus quo percipiãt ſibi alimentũ conueniens Quod autem tactus ſi ſenſus alimenti manifeſtũ eſt. ſicuti enim coꝛpoꝛa viuentia conſtant ex calidis ⁊ humidis ⁊ frigidis ⁊ ſiccis: ita ex his nutriunť: tactus autẽ eſt ſenſus diſcretiuus horum. (Sed alioꝛum ſenſibilium.i.) aliis ſenſibilibus non nutriunť viuentia niſi ſecũdum accidens: inquantũ videlicet coniunguntur tangibilibus. Sonus enim ⁊ odoꝛ ⁊ coloꝛ nihil conferunt ĩ alimentum inquantũ huiuſmodi: ſed ſolum inquãtum contingit coloꝛata ⁊ odoꝛata ⁊ ſonantia eſſe calida vel frigida: humida vel ſicca: humoꝛ autem.i.ſapoꝛ eſt qđdam de numero tangibilium qualitatũ: ſicut ⁊ guſtus eſt quidam tactus. Sic igitur patet ꝙ omnia animalia habent ſenſum alimenti: quibuſcunqȝ autem ineſt ſẽſus alimenti his ineſt eſuries ⁊ ſitis: quoꝛum vtrunqȝ ẽ concupiſcentia alimenti: eſuries quidẽ eſt concupiſcentia calidi ⁊ ſicci: ꝙ habet rationem cibi: ſitis autem frigidi ⁊ humidi: ꝙ habet rõnem potus. Sapoꝛ autem ẽ quoddam horũ delectamentũ. ſapoꝛ enim delectabilis indicat conuenientẽ pꝛopoꝛtionem calidi ⁊ frigidi: humidi ⁊ ſicci in alimento. Unde magis pertinet ad delectionẽ alimenti q̃ȝ ad neceſſitatem. Sic igiť vbicunqȝ ẽ ſenſus tactus: eſt appetitus. Quomodo aũt phantaſia ſe habȝ et ad appetitiuum ⁊ ſẽſitiuum poſterius dicetur. Quibuſdam autem aĩalibus ſupꝛa hec tria.ſ. vegetatiuum: ſenſitiuũ: ⁊ appetitiuũ ineſt etiam motiuum ſecũdum locum. Aliis vero ſupꝛa hec quattuoꝛ ineſt etiam intellectiuum ⁊ intellectus ipſe.ſ.hominibus: ⁊ ſi aliqđ aliud genus rerum eſt ſimile hoĩbus: aut etiam honorabilius hominibus inueniť autem aliquid honoꝛabilius hominibus quibus ineſt intellectus: eſt enim in ſubſtantiis ſeparatis: ⁊ in coꝛpoꝛibus celeſtibus: ſi tamen ſũt animata: ſȝ in viuentibus moꝛtalibus non eſt aliquod genus viuentiũ habentiũ intellectiuũ niſi in ſpecie humana. Cum enim intellectus non habeat oꝛganum coꝛporale non pñt diuerſificari habentia intellectum ſecundum diuerſam complexionem oꝛganoꝛum: ſicut diuerſificantur ſpecies ſenſitiuorum ſecundum diuerſas complexiones: quibus diuerſimode ſe habent ad operationes ſenſus.

¶ Deinde cum dicit

Manifeſtum igitur ẽ: ꝙ eodem modo vna vtiqȝ erit ratio anime ⁊ figure. Neque .n.ibi figura eſt preter triangulum ⁊ figuras: ⁊ que conſequenter fiunt: neqȝ hic anima preter pꝛedictas eſt. fiet autem vtiqȝ ⁊ in figuris ratio cõmunis: que conueniet quidem omnibus: pꝛopꝛia autem nullius erit figure. Similiter autem ⁊ in dictis animabus: vnde ridiculum eſt querere cõmunem rationem ⁊ in his ⁊ in alteris: que nullius erit eorũ que ſunt pꝛopꝛia ratio: neqȝ ſecũdum pꝛopꝛiam ⁊ ĩdiuiduam ſpeciem dimittentibus huiuſmodi. Similiter autem ſe habent ei quod de figuris eſt: ⁊ que ſecundũ aĩam ſunt. Semper.n.in eo quod eſt conſequenter eſt potentia. quod pꝛius eſt in figuris ⁊.ĩ aĩatis: ut in tetragono quidẽ trigonũ eſt: in ſenſitiuo autem vegetatiuum. Co.30.

¶ Oſtendit qualiter ſe habet pꝛedicta diffinitio anĩme ad partes enumeratas. Et ad huius intellectum ſciendum eſt quod plato poſuit vniuerſalia eſſe ſeparata ſecundum eſſe tamen in illis que ſe habent conſequenter non poſuit vnam ideam cõmunem ſicut in numeris ⁊ figuris. non enim poſuit vnam ideam numeri pꝛeter omnes numeros: ſicut poſuit vnam ideam hominis pꝛeter omnes homĩnes eo quod numeroꝛum ſpecies naturali oꝛdine conſequenter ſe habent. Et ſic pꝛima earum: ſcilicet dualitas eſt cauſa omnium conſequentiũ. Unde non opoꝛtet ponere aliquam ideam cõmunem numeri ad cauſandum ſpeciem numeroꝛum. Et ſimilis ratio eſt de figuris. Nam eius ſpecies conſequenter ſe habent ſicut ⁊ ſpecies numeroꝛum: trigonum enim eſt ante tetragonum: ⁊ tetragonum ante pentagonum. Dicit ergo Manifeſtũ eſſe quod eodem modo vna eſt ratio anime ſicut vna eſt ratio figure: ſicuti enim inter figuras non eſt aliqua figura que ſit pꝛeter triangulum ⁊ alias ſpecies conſequentes vtpote que ſit idea cõmunis omnium figurarũ: ita nec in pꝛopoſito ẽ aliqua anima.q.ſeperata exiſtens pꝛeter omnes pꝛedictas partes. Sed quamuis non ſit vna figura ſeparata ineſſe pꝛeter omnes figuras etiam ſecundum platonicos qui ponunt ſpecies cõmunes ſeparatas: tamen inuenitur vna ratio cõmunis que conuenit omnibus figuris: ⁊ non eſt pꝛopꝛia alicuius earum: ita eſt ⁊ in animalibus: ⁊ ideo ridiculum eſt quod homo querat vnã rationem cõmunem tam in animalibus: quam in aliis rebus que non conueniat alicui animarum que ſunt in rerum natura particulariter. Neque etiam eſt conue

niens ꝙ homo querat diffinitionem anime ſecundum vnāquāq; ſpeciem anime: ⁊ dimitat diffinitionem cō/munem omnibus aīabus. ergo neq; diffinitio cōmu/nis anime pretermittenda fuit. neq; ſic eſt aſſignanda diffinitio communis anime ꝙ non conueniat ſingulis animalibus. Et quia dixerat ꝙ eodem modo ſe habet ratio anime ſicut ratio figure oſtendit conuenientiā in/ter vtrūq;. ⁊ dicit ꝙ ſimiliter ſe habent figure ⁊ anime adinuicem in vtriſq; enim illud qđ eſt prius ē ponā in eo qđ eſt ɔſequenter. Manifeſtū eſt. n. in figuris ꝙ tri gonū qđ eſt prius eſt potentia in tetragono: pōt enim tetragonum diuidini duos trigonos.



¶ Et ſimiliter in anima ſenſitiua vegetatatiuum eſt. q. quedam potentia eius: ⁊ quaſi anima per ſe. Et ſimili ter eſt de aliis figuris ⁊ aliis partibus anime.

Quare ⁊ ſecundum vnunquodque que/rendum quid ſit vniuſcuiuſque anima: aut que plante: ⁊ que hominis: aut beſtie.

¶ Lectio ſexta.

Oſtēſo philoſophus enumerauit genera po tentiorum anime: ⁊ quomodo ſe habet dif finitio cōmunis anime ſuprapoſita ad par/tes eius. Hic oſtendit qdammodo deter/minandū ſit ⁊ quo ordine. Et diuiditur in. p. d. In pri ma oſtendit quid determinandū reſtat de anima. ſecun do oſtendit quo ordine determinare oporteat. ibi (Ne ceſſariū autem eſt debentē.) Circa primū oſtendit duo reſtare ad determinandū: quorum vnū concludit ex p̄ dictis dictū eſt ſupra: ꝙ ſicut non ē querēda talis diffi/nitio cōis aīe: que nulli aīe partiū conueniat: ita nō de/bemus eſſe contēti diffinitione cōmuni: ſed oportet ꝓ pria im diffiintionem cuiuſlibet partis aīe inquirere. Et ex hoc cōcludit hoc ꝙ ſm vnunqđq; animatū q̄ rendū eſt q̄ ſit vniuſcuiuſq; anima. vt. ſ. ſciat quid eſt aīa plante: ⁊ qd aīa hominis: ⁊ quid aīa beſtie ⁊ hoc ē ſcire de vnaquaq; parte anime quid ſit.

¶ Secundo ibi.

Propter quamautem cauſam conſeq̄n/ter ſic ſe habent: conſyderandum eſt. Sine .n. vegetatiuo ſenſitiuum non eſt: a ſenſitiuo autem ſeparatur vegetatiuum in plantis. Iterum autem ſine quidem eo quod poteſt tāgere: aliorū ſenſuū neq; vnus eſt. Tactus autem ſine aliis eſt. Multa. n. aīaliū neq; vi ſū neq; auditū habēt. neq; odoratus ſenſū. Et ſenſitiuorum autem alia quidem habent ſecundum locum motiuum: alia vero nō ha bent: vltimum autem ⁊ minimum rationem ⁊ intellectum: vt homo: aut huiuſmodi aliud Quibus. n. ineſt ratiocinatio corruptibili/um. his ⁊ reliqua omnia. Quibus autem il/lorū vnunquodq;: non omnibus ratiocina/tio: ſed quibuſdam quidem neque imagina/tio. Alia autem hac ſola viuunt. De ſpecula tiuo autem intellectu alia rō eſt. Quod qui/dem igitur de horum vnoquoq; ratio hec ꝑ priſſima: ⁊ de anima manifeſtum eſt. Co. 32.

¶ Ponit aliud qđ reſtat ad determinādū dictū ē eni; ſupra ꝙ ꝑtes anime ɔſequēter ſe habent adinuicē ſicut ſpēs figure. Sed cōſyderandū eſt ꝑꝑ quā cām partes aīe hoc modo ſe habeāt cōſequenter: hmōi. n. cauſam in fine libri aſſignabit. Exponit aūt qualiter ſe habeant ɔſequenter. qa ſenſitiuū nō pōt eſſe ſine vegetatiuo: ſed vegetatiuū ſepat a ſenſitiuo ī plantis. nec ē mirū: quia ſupra dictu; eſt ꝙ opera vegetatiui ordinant ad adipi ſcēdū ⁊ cōſeruandū eſſe mālē quod ſubiacet. q. funda/mentū. ¶ Iterū etiā ɔñtia quedā inuenit in ipſis ſenſi bus quia ſine ſenſu tactus nullus aliorū ſenſuu; eſſe po teſt: tactus autē inuenit ſine aliis ſenſibus. Multa eni aīaliū: neq; viſū hñt neq; auditū: neq; ſenſum odora/tus ſed ſolū tactū. Et hoc etiā rōnabiliter accidit. nā ta ctus eſt ſenſus ꝑceptiuus eo₄ que ꝑtinēt ad ɔſiſtētiam aīalis: ex qbus. ſ. aīal conſtat ⁊ nutrit. Alia vero ſenſibi lia non cōferūt ad hoc niſi ꝑ accidēs. Unde alii ſenſus nō ſunt de neceſſitate aīalis: ⁊ ꝓpter hoc nō inueniunt in oībus animalibus: ſed in ꝑfectis. ¶ Eſt etiā ɔſyde/rāda ɔſequentia ſenſitiui ⁊ motiui. Nā motiuū nō ē ſi ne ſenſitiuo: ſenſitiuum aūt pōt eſſe ſine motiuo: aliqua enim habētiū ſenſum habēt etiā motū ſm locū: ſed ali qua non habēt. Sed intelligendū eſt de motu ꝓgreſſi/uo aīaliū: ſm ꝙ aīalia mouēt de loco ad locū. Hic eni motus nō ineſt oībus aīalibus ſed que carent hoc mo tu habēt aliquē motu; localem. ſ. dilatatiōis ⁊ cōſtricti onis: ſicut apparet ī oſtreis. Illud autē quod ē vltimū īter oēs partes anime ⁊ minimū: quia nō diuidit in di uerſa ſm ſpeciē: eſt ꝙ habet rationē ⁊ intellectū. quia q buſcunq; de numero corruptibiliū ineſt rō: his inſunt ⁊ omnia alia predicta. hoc autem dicit vt preſeruet ſe a ſubſtantiis ſeparatis: ⁊ a corporibus celeſtibus ſi ſūt animata: quia cum ſint ſine generatione ⁊ corruptione: nō indigent vegetatiuo. Iterum eorū intellectus per ſe ſpeculatur ea que ſunt ſecundum ſe intelligibilia: vnde non indigent ſenſibus ad cognitionem intellectiuam conſequendam. Sed in mortalibus habentibus intel lectum: neceſſe eſt omnia alia preexiſtere ſicut quedam inſtrumenta ⁊ preparatoria ad intellectum: qui eſt vlti tima perfectio intenta in operatione nature. Non au/tem omnibus quibus ineſt aliquod predictorum ineſt ⁊ ratio. ¶ Et quia imaginatio videtur habere quan/dam affinitatem ad intellectum: cum ſupra dictum ſit quod intellectus vel eſt phantaſia quedam: vel non ſi/ne phantaſia: addit de imaginatione ⁊ dicit: quod qui/buſdam animalibus non ſolum non ineſt intellectus ſed nec etiam imaginatio. ¶ Videtur tamen hoc eſſe contrarium ei quod ſupra dixerat. quia ſi pars deciſa habet ſenſum ⁊ appetitum: quod habet etiam phanta/ſiam ſi tamen phantaſia eſt idem cum imaginatione vt

videt. Dicendū eſt igit ꝙ aīalia īmperfecta: vt in ter
tio dicet: hñt quidē phantaſiā: ſed indeterminate. quia
ſcilicet motus phantaſie non remanent in eis poſt ap/
prehenſionem ſenſus: in animalibus autem perfectis
remanet motus phantaſie: etiam abeuntibus ſenſibi/
libus: ⁊ ſecundum hoc dicitur hic ꝙ imaginatio non
eſt eadem omnibus animalibus ſed quedam anima/
lia ſunt que hac ſola viuunt carentia ſcilicet intellectu ⁊
directa in ſuis operationibus per imaginationem: ſi/
cut nos dirigimur per intellectuꝫ. Et licet non omni/
bus animalibus inſit imaginatio: ſicut nec intellectus:
tamen de intellectu ſpeculatio eſt alia ratio: qꝫ de ima
ginatione. Differūt .n. ad inuicē: vt infra patebit. Ma
nifeſtum eſt igitur ꝙ de vnaquaqꝫ parte anime pro/
priiſſime dicatur hec diffinitio que aſſignata ē de aīa.

¶ Deinde cū dicit.

Lo.33. Eceſſariū aūt eſt debentem de his
perſcrutationem facere: accipe vnū
quodqꝫ eorū quid eſt. Poſtea ſic
de habitis aut ⁊ de aliis inueſtigare.

¶ Oſtendit quo ordine determinandum ſit de parti/
bus anime. ¶ Et aſſignat ordinem quantum ad duo
¶ Primo quantum ad hoc: ꝙ ille qui debet de par/
tibus anime perſcrutari. primo debet accipere vnū/
quodqꝫ horum quid eſt. Et poſtea debet conſydera/
re de habitis ideſt conſequētibus partibus: ⁊ de aliis
que ſunt conſyderanda circa partes anime ⁊ circa ip
ſa animata: ſicut de organis ⁊ de aliis hmōi. ⁊ iſte or/
do neceſſarius eſt: quia ſi ſimul de omnibus determi
naretur eſſet confuſa doctrina.

¶ Secundum tangit ibi.

Si autem oportet dicere quid vnum
quodqꝫ ipſoruꝫ: vt quid intellectiuum: aut
ſenſitiuum: aut vegetatiuum prius adhuc
dicendū quid ſit intelligere: ⁊ quid ſentire.
Priores .n. potentiis actus ⁊ operatione
ſcd̄m rationem ſunt. Si aūt ſic: aut his pri/
ora oppoſita oꝫ conſyderare. De illis pri/
mum vtiqꝫ oportebit determinare propter
eandem cām: vt de alimento ⁊ ſenſibili ⁊ in/
telligibili.

¶ Dicens ꝙ ſi oportet de aliqua parte anime dicere
quid eſt ſcilicet quid eſt intellectiuum: aut ſenſitiuum
aut vegetatiuum: prius oportet dicere de actibus ſci/
licet qd ſit ītelligere: ⁊ qd ſētire. Et hoc ideo: quia ſecū
dum rationem diffinitiuam: actus ⁊ operationes ſūt
priores potentiis: potentia enim: ſecundum ħ ipſuꝫ ꝙ
eſt importat habitudinem quandam ad actum: eſt .n.
principium agendi vel patiendi. vnde oportet ꝙ act⁹
ponantur in diffinitionibus potentiarum. Et ſi ita ſe
habet circa ordinem actus ⁊ potentie ⁊ actibus ad ħ
ſunt priora oppoſita ideſt obiecta. ſpecies enim actuū
⁊ operationum ſumuntur ſecundum ordinem ad ob
iecta. omnis enim anime operatio vel eſt actus potē/
tie actiue vel paſſiue. obiecta quidem potentiaꝝ paſſi/
uarum comparantur ad operationes eaꝝ: vt actiua
qꝛ reducunt potentias in actum: ſicut viſibile viſuꝫ: ⁊
omne ſenſibile ſenſum. obiecta vero potentiaꝝ actiua
rum comparantur ad opationes ipſaꝝ. vt fines. ob/
iecta enim potentiaꝝ actiuaꝝ ſunt opata ipſaꝝ: mani/
feſtum eſt aūt ꝙ in quibuſcunqꝫ preter operationes:
ſunt aliqua operata ꝙ operata ſunt fines opationum
vt dicitur in primo eth. ſicut domus eſt finis edifica/
tionis. Manifeſtū eſt igitur ꝙ omne obiectū compa-
ratur ad operationē anime vel vt actiuū: vel vt finis
ex vtroqꝫ aūt ſpecificatur opatio. manifeſtum eſt .n.
ꝙ diuerſa actiua ſecundum ſpeciem: habent operatio
nes ſpecie differentes: ſicut calefactio eſt a calore: ⁊ in/
frigidatio a frigore. Similiter etiam ex termino ⁊ fi/
ne ſpecificatur operatio: ſicut ſanatio ⁊ egrotatio dif/
ferunt ſpecie ſecundū differentiam ſanitatis ⁊ egritu/
dinis. Sic igitur obiecta ſunt priora opationibus ani/
me in via diffiniendi. Unde ⁊ prius oportebit deter/
minare de obiectis qꝫ de actibus propter eandē cau/
ſam propter quam ⁊ de actibus prius determinatur
qꝫ de potentiis. Obiecta autem ſunt ſicut alimentum
reſpectu vegetatiui: ⁊ ſēſibile reſpectu ſēſus: ⁊ ītelligibi
le reſpectu intellect⁹. ¶ Sed ſciēdū eſt ꝙ ex obiectis
diuerſis nō diuerſificātur actus ⁊ potentie aīe: niſi qñ
fuerit differētia obiectoꝝ inqꝫtū ſunt obiecta ideſt ſecū
dum rationem formalem obiecti: ſicut viſibile ⁊ ab
audibili. Si autem ſeruetur eadeꝫ ratio obiecti ⁊ ſecū
dum quecunqꝫ alia diuerſitas non inducit diuerſita/
tem actuum ſecundum ſpeciem ⁊ potentie. eiuſdē .n.
potentie eſt videre hominem coloratum ⁊ lapidē co/
loratum. quia hec diuerſitas per accidens ſe habet in
obiecto inquantum eſt obiectum. ¶ Sciendum eſt āt
ꝙ intellectus noſter poſſibilis eſt in potentia tantum ī
ordine intelligibiliū: fit autem actu per formā a phan/
taſmatibus abſtractam: nihil autem cognoſcitur niſi
ſecundū ꝙ eſt actu. vnde intellectus poſſibilis noſter
cognoſcit ſeipſum per ſpeciem intelligibilem: vt ī ter/
tio habebitur: non autem intuendo eſſentiam ſuā di/
recte. Et ideo oportet ꝙ in cognitione anime proceda
mus ab his que ſunt magis extrinſeca: a quibus ab/
ſtrahuntur ſpecies intelligibiles: per quas intellectus
intelligit ſeipſum: vt ſcilicet per obiecta cognoſcamus
actus ⁊ per actus potentias ⁊ per potentias eſſentiaꝫ
anime. Si autem directe eſſentiam ſuam cognoſceret
anima per ſeipſam eſſet contrarius ordo ſeruandus
in anime cognitione: quia quanto aliquid eſſet propin
quius eſſentie anime: tanto per prius cognoſceretur
ab ea.

Quare primum de alimento ⁊ generatio Lo.34.
ne dicēdum eſt. Uegetatiua .n. anima ⁊ aliis
ineſt prima: ⁊ maxime communis potentia
eſt anime: ſcd̄m quā ineſt viuere oībus: cu/
ius ſunt opa generare ⁊ alimento vti.

¶ Lectio ſeptima.

Oſtqꝫ phyloſophus diſtinxit potētias aīe
ab inuicem ⁊ oſtendit quid ⁊ quo ordine
de eis tractandum ſit: hic ſecundum per/
taxatum ordinem de eis determinat. Et di
uiditur in .p. d. in prima determinat de ſingulis parti
bus anime qd ſit vnaqueqꝫ. In ſecunda aſſignat cau
ſam quare talem conſequentiam habent ad inuicem
ibi. (Uegetabiles igitur habent animam ⁊c̄.) in pe/
nultimo capitulo libri. Prima diuiditur in partes qꝫt
tuor. in primo determinat de vegetatiuo. In ſecunda
de ſenſitiuo. ibi (Determinatis autem his dicamus
communiter de omni ſenſu. ⁊c̄.) In tertia de intelle/
ctiuo. ibi. (De parte auteꝫ anime qua cognoſcit. ⁊c̄.)
In quarta de motiuo ſecundum locum. ibi. (De mo
uente auteꝫ ꝙ forte anime ſit. ⁊c̄.) De appetiuo autē
non facit ſpecialem tractatum: quia appetitiuum non
conſtituit aliquem ſpecialem gradum viuentiuꝫ: ⁊ qꝛ
ſimul cum motiuo de eo determinatur. Prima autē
pars diuiditur in duas. In prima premittit quedaꝫ q̄
ſunt neceſſaria ad cognitionem partis vegetatiue. In
ſecunda determinat de parte vegetatiua. ibi. (Quo/
niam autem eadeꝫ potentia anime vegetatiue ⁊ gene
ratiue. ⁊c̄.) pria diuiditur ī .d. in prima dicit de quo ē

intentio: in ſecunda premanifeſtat quedam que preexiguntur ad cognitionem partis vegetatiue ibi. naturaliſſimum enim operum ꝛc. ¶ Concludit ergo primo ex predictis: ꝙ cum dicendũ ſit primo de obiectis ꝛ actibus ꝙ̃ de potentiis: ꝛ primo de prima potentia ꝙ̃ de conſequentibus: ꝙ primo dicendũ eſt de alimẽto quod eſt obiectum anime vegetatiue: ꝛ de generatione que eſt actus eius. ꝛ ideo primo dicendũ eſt de obiecto ꝛ actu huiuſmodi partis: ꝙ̃ aliarum: quia iſta pars eſt prima inter alias partes anime in ſubiectis inquibus inuenitur cum aliis. eſt enim .q. fundamentum aliarum: ſicut eſſe materiale ad quod ptinẽt operationes eius: eſt fundamentum eſſe ſenſibilis ꝛ intelligibilis. Et alia ratio eſt quare prius de ea dicendum eſt: q: ipſa eſt cõmunis omnibus viuentibus. ipſa .n. ſeparatur ab aliis: ſed alie non ſeparantur ab ea: ꝛ de cõmunibus prius eſt agendũ. Hᵒ moi aũt partis opa ſunt generare ꝛ alimento vti: ꝛ iõ de iſtis primo agendum eſt. ¶ Deinde cũ dicit.

**Naturaliſſimum .n. opeꝝ viuentibus ẽ quecũqꝫ pfecta ꝛ non orbata: aut generationem ſpontaneã habent: facere alterũ quale ipſũ: animal de in animal: planta aũt plantam: quatenus ipſo ſemp ꝛ diuino eſſe: ꝛ immortali participẽt: ſcdꝫ ꝙ poſſunt. Oĩa .n. illud appetunt: ꝛ illius cã agunt oĩa quecun**

Co.35. **qꝫ agunt ſcdm naturaꝫ. Id aũt ꝙ cuius cã fit: dupliciter eſt: hoc qdẽ cuius: illud vero quo. Quoniã igitur cõmunicare nõ poſſũt ipſo ſemp ꝛ diuino ꝯtinuatiõe: pp id ꝙ nihil cõtingit corruptibiliũ idẽ ꝛ unũ numero pmanere: ſcdꝫ ꝙ põt participare vnũqdqꝫ ſic cõmunicat: hoc quidẽ magis: illud vero minus: ꝛ pmanet nõ idẽ: ſed vt idẽ: numero quidẽ non vnum: ſpecie aũt vnum.**

¶ Determinat quedã que preexiguntur ad cognitionem partis vegetatiue. Et diuiditur in .d. p. In pria oſtendit ꝙ generare ptinet ad partem vegetatiuã. qd ideo neceſſariũ fuit: q: ſupra huic parti non attribuit generationẽ ſed ſolum augmentũ ꝛ decrementũ. In ſecunda oſtendit ꝙ opera potentie vegetatiue ſint ab anima: quod iõ neceſſarium fuit: q: cũ his operibus deſeruiant qualitates actiue ꝛ paſſiue poſſet alicui videri ꝙ eſſent a materia ꝛ nõ ab anima: ꝛ precipue q: in plantis eſt vita occulta ꝛ latens: ꝛ h ibi. (eſt autem anima viuentis corpis ꝛc.) Primum oſtendit tali rõne: omnis operatio que naturaliter inuenitur in oibꝰ viuentibus ptinet ad potentiam vegetatiuã ſecunduꝫ quã prĩo viuere ineſt oĩbus: vt dictũ eſt: ſed generare naturaliter ineſt omnibus viuentibus ergo pertinet ad potentiam vegetatiuaꝫ. Dicit ergo ꝙ iõ generare eſt opus anime vegetatiue: q: inter alia opera eſt magis naturale omnibus viuẽtibus. ꝛ dicitur naturaliſſimum: q: in hoc cõuenit etiã cũ aliis rebus inanimatis ꝙ̃ generationeꝫ hñt licet alio mõ. hñt .n. inanimata generationem ab extrinſeco generãte: ſed viuentia a pncipio intrinſeco inquantũ generant̃ ex ſemine qd proficit in rem viuã. ¶ Sed ab iſta generalitate viuentiũ excipiũtur tria quibus h opus non competit. prĩo illa que ſunt imperfecta: ſicut pueri non generant. qd .n. poteſt alteꝝ facere tale quale ipſũ eſt in vnoquoqꝫ genere perfectũ eſt. Secundo excipit illa que patiunt̃ aliquem defectum alicuius principii naturalis: ſicut ſunt ſpadones ꝛ frigidi. Tertio animalia ꝛ plante que generantur ſine ſemine ex putrefactione. In his .n. propter ſui imperfectionem ſufficit ad eoꝝ productionem agens vniuerſale. ſ. virtus corporis celeſtis ꝛ materia diſpoſita. In animalibus aũt pfectis plura requiruntur principia: non .n. agens vniuerſale ſufficit: ſed requirit agens pprium vniuocũ. Dicit ergo ꝙ viuentia poſſunt facere alteꝝ quale ipſa ſũt (quecunqꝫ ſũt pfecta) ad excludendũ pueros. (ꝛ non orbata:) ad excludendum eunuchos: ꝛ hñtes ſimiles defectus. (Aut quecunqꝫ non habent generationẽ ſpontaneã:) ad excludendum ea que generantur ex putrefactiõe: que dñr quaſi ſpõte naſci: q: pducuntur ex terra ſine ſemine p illam ſimilitudinẽ que dicitur aliqs ſponte facere illud ad qd ab extrinſeco non inducit̃. ſic aũt intelligitur ꝙ res viua facit alteꝝ quale ipſũ eſt: q: animal facit animal: ꝛ planta plantã: ꝛ vlterius ſecundũ ſpẽꝫ tale animal facit tale animal. vt hõ generet hominem: ꝛ oliua oliuam. iõ aũt eſt naturale viuẽtibus facere alteꝝ tale quale ipſũ eſt: (vt ſemp participẽt ſecundũ ꝙ poſſũt diuino ꝛ imortali). i. vt aſſimilent̃ ei ſcdꝫ poſſe. ¶ Cõſyderandũ eſt .n. ꝙ ſicut ſũt diuerſi gradus pfectionis in aliquo vno ꝛ eodẽ quod exit de potentia in actũ: ita etiam ſũt diuerſi gradus pfectionis in diuerſis entibꝰ vnde quanto aliqd fuerit magis perfectum: tanto perfectioribus magis aſſimilatur. Sicut igitur vnũqdqꝫ quando fuerit exiens de potẽtia in actum: cũ fuerit in potentia ordinatur ad actũ ꝛ appetit ipſũ naturaliter ꝛ cũ fuerit in actu minus pfecto deſyderat actũ perfectiorem: ita vnunquodqꝫ qd eſt in inferiori gradu rerum deſyderat aſſimilari ſupioribus quantum poteſt ꝛ hoc eſt ꝙ ſubiungit ꝙ (omnia appetunt illud) ſcilicet aſſimilari diuino ꝛ imortali: (ꝛ illius cauſa agunt quecunqꝫ naturaliter agunt.) ¶ Sed intelligendum eſt ꝙ id cuius cã agit̃ dicitur dupliciter. vno modo id cuius cauſa agitur directe: ſicut ſanitatis cã agit medicus. Alio mõ ſicut quo: quod põt intelligi dupliciter. vno modo vt intelligamus ꝙ finis dicitur ꝛ ſbm habens id cuius cã agitur: vt ſi dicamus ꝙ finis medicine eſt non tm̃ ſanitas: ſed corpus hñs ſanitatem. alio modo vt dicamus ꝙ finis eſt non tm̃ principale intentum ſed etiam illud quo illud adipiſcimur. vt ſi dicamus ꝙ finis medicine eſt calefacere corpus q: calore habetur equalitas complexionis: que eſt ſanitas. Sic igitur ꝛ h poteſt dici ꝙ ipſum eſſe perpetuum eſt cuius cauſa agitur: vel res habens ppetuitatẽ: cui naturalia intendunt aſſimilari per generationẽ: in quo. ſ. ẽ perpetuitas: vel etiam ipſa generatio qua perpetuitatem adipiſcuntur: q: igitur non poſſunt communicare inferiora viuentia ipſi eſſe ſempiterno ꝛ diuino per modum continuationis. i. vt maneant eadem numero propter h ꝙ nihil corruptibiliũ contingit vnũ ꝛ idem numero manere ſemper: cum neceſſitas corruptionis ſit neceſſitas abſoluta: vtpote pueniens ex ipſa materia: nõ ex fine: ſequitur ꝙ vnunquodqꝫ cõmunicet perpetuitate ſecundum ꝙ poteſt: h quideꝫ magis quod eſt diuturnius: illud vero minus quod eſt min diuturnum: ꝛ tamen permanet ſemper per generationem non idem ſimpliciter: (ſed vt idem) id eſt in ſimili ſecundum ſpeciem. vnde exponẽs ꝙ dixerat: ſubdit ꝙ non permanet vnum numero quod eſt vnum ſimpliciter: ſed permanet idem ſpecie: quia vnũqdqꝫ generat ſibi ſimile ſecundum ſpeciem.

¶ Deinde cũ dicit.

**Eſt aũt aĩa viuẽtis corpis cã ꝛ principiũ** Co.36.
**Hec aũt multipliciter dicuntur. Attamen aĩa ſecunduꝫ determinatos modos tres cã dicitur. Et .n. vnde motus cã eſt: ꝛ cuius cã ꝛ ſicut ſubſtãtia animatorum corporum anima cauſa.**

¶ Oſtendit ꝙ opa que attribuuntur potētie vegetatiue ſunt ab anima. Et circa hoc. d. ſ. primo oſñdit veritatē. ſcd̄o excludit errorē. ibi. (empe. aūt nō bene dixit ⁊c̄.) Circa primū. d. ſ. primo proponit ꝙ itēdit: ⁊ dic̄ ꝙ anima eſt principiū ⁊ cā viuentis corporis. Et cum principiū ⁊ cauſa dicatur multipliciter: aīa dicitur tribus modis principiū ⁊ cā viuentis corporis. vno mō ſicut vnū eſt principiū motus: Alio modo ſicut cuius cauſa. i. finis: tertio ſicut ſubſtantia. i. forma animatoꝝ

¶ Secundo ibi.

Co. 38. Quod qdē igitur ſit ſicut ſubſtantia: manifeſtuꝫ eſt. Cā. n. ipſius eſſe omnibus ſubſtantia eſt. Viuere autem viuentibus eſſe ē. Cauſa autem ⁊ principium horum anima.

¶ Probat qd̄ ſuppoſuerat: ⁊ primo ꝙ aīa ſit cā viuētis corporis vt forma: ⁊ hoc duplici ratiōe: quaꝝ prima talis eſt. Illud ē cā alicuius vt ſubſtantia ideſt vt forma quod eſt cauſa eſſendi. Nam per formam vnū quodqꝫ eſt actu: Sed anima viuentibus eſt cauſa eſſēdi: per animam enim viuunt: ⁊ ipſum viuere eſt eſſe coꝝ. ergo aīa eſt cā viuentis corporis vt forma.

¶ Secundaꝫ rationē ponit ibi.

Amplius āt eius qd̄ potētia: rō act⁹ eſt.

¶ Que talis eſt. Id qd̄ eſt actus alicuius eſt rō ⁊ forma eius qd̄ eſt in potētia. Sed aīa eſt actus corporis viuentis vt ex ſupioribus pꝫ. ergo aīa eſt rō ⁊ forma viuentis corpis.

¶ Secundo ibi.

Manifeſtum auteꝫ eſt ꝙ ⁊ cuius gratia anima cauſa. Sicut enim intellectus gratia huius facit: eodeꝫ modo ⁊ natura: ⁊ hoc eſt ipſius finis: huiuſmodi autē in animalibus anima ⁊ ſecundum naturā. Omnia. n. phyſica corpora anima inſtrumēta ſunt ſicut animalium: ſic et plantarum tanquā gratia anime exiſtentia. Dupliciter autem dicitur ꝙ cuius gratia: et ꝙ cuius. et ꝙ quo.

¶ Oſtendit ꝙ aīa eſt cā vt finis: ⁊ ꝙ ſit cā vt finis viuentium corpoꝝ ſic oſñdit: ſicut. n. intellectus operatur ꝓpter finem: ita ⁊ natura: vt ꝓbatur in ſecundo phi. Sed intellectus in his que fiunt per artem materiam ordinat ⁊ diſponit propter formam: ergo ⁊ natura. Cum igitur anima ſit forma viuentis corporis ſequit̄ ꝙ ſit finis eius. Et vlterius non ſoluꝫ anima eſt finis viuentium corpoꝝ: ſed etiam omnium naturaliuꝫ corporum in iſtis inferioribus. quod ſic ꝓbat: Videmus enim ꝙ omnia naturalia corpora ſunt. q. inſtrumenta anime: non ſolum in animalibus: ſed etiam in plantis. Videmus enim ꝙ homines vtuntur ad ſui vtilitateꝫ animalibus ⁊ plantis: ⁊ rebus inanimatis: animalia vero plantis ⁊ rebus inanimatis: plante auteꝫ rebus inanimatis inquantum ſcilicet alimentum ⁊ iuuamentum ab eis accipiunt. Secundum autē ꝙ agitur vnū quodqꝫ in rerum natura: ita natum eſt agi. Unde videtur ꝙ omnia corpora inanimata ſint inſtrumenta animatorum: ⁊ ſint propter ipſa. Et etiam animata minus perfecta ſint propter animata magis perfecta ⁊ conſequēter diſtinguit id cuius cā eſt ſicut ⁊ ſupra.

¶ Tertio ibi.

At vero et vnde principium q ſecunduꝫ locum motus anima eſt: non omnibus autē viuentibus ineſt potentia hec. Eſt auteꝫ et alteratio et augmentum ſecundum animam Senſus. n. quedam alteratio eſſe videtur. Nihil autem ſentit: quod non habet animā Similiter autem et de augmento et decremento ſe habet: nihil. n. decrementum patitur: neqꝫ augmentatur phyſice: niſi alatur: alitur autē nihil: quod non cōmunicet vita.

¶ Oſtendit ꝙ anima eſt principium viuentis corpis ſicut vnde motus ⁊ vtitur. q. tali ratione. Oīs forma corporis naturalis eſt principiuꝫ motus proprii illius corporis ſicut forma ignis eſt principium motus eius Sed quidam motus ſunt proprii rebus viuentibus ſcilicet motus localis quo animalia mouent ſeipſa motu proceſſiuo ſecundum locum: licet hoc non inſit omnibus viuentibus. Et ſimiliter ſentire eſt alteratio quedam: ⁊ hoc non ineſt niſi habentibus animam. Item motus augmenti ⁊ decrementi non ineſt niſi illis que aluntur: ⁊ nihil alitur niſi habens animaꝫ: ergo oportet ꝙ anima ſit principium omnium iſtoꝝ motuum.

Empe. autem non bene dixit hoc addēs augmentum accidere plantis: deorſum quidem radicem mittentibus: propter id ꝙ terra ſic fertur ſecundum naturam: ſurſum aūt propter ignem ſimiliter. Co. 39.

¶ Lectio octaua.

Uperius oſtendit phyloſophus ꝙ opera que attribuuntur potentie vegetatiue ſunt ab anima: Nunc excludit quoſdam errores contra determinatam veritatem: ⁊ diuiditur in. p. d. ſecundum duos errores quos remouet. ſecunda pars incipit ibi. (Videtur auteꝫ quibuſdam) Circa primū. d. ſ. primo ponit errorem. ſecundo improbat ipſum. ibi. (Neqꝫ. n. ſurſum ⁊ deorſū) Sciendum eſt igitur circa primum ꝙ ſicut emp. alias vtilitates que in rebus viuentibus proueniunt non dixit procedere ex intentione nature ſed ex neceſſitate materie: puta ꝙ pedes animalium ſic ſunt diſpoſiti: non vt ſint vtiles ad greſſum: ſed quia ſic cōtingit: materiam diſpoſitam fuiſſe circa partes: ⁊ ita etiaꝫ ⁊ augmētum viuentium non attribuit anime ſed motui grauiū ⁊ leuium. videbat enim ꝙ viuentia augentur in diuerſas partes puta ſurſū ⁊ deorſū. quod apparet manifeſte in plantis que radices in deorſū mittūt: ⁊ rami in ſurſum eleuantur. Dicebat igitur ꝙ augmentum plātarum in deorſum cauſatur ex motu terre que eſt in cōpoſitione plante: ⁊ naturaliter deorſuꝫ fertur ꝓꝓ ſui grauitatē. Augmentū āt in ſurſū cauſat̄ ex motu ignis qui propter ſui leuitatem naturaliter ſurſum fertur.

¶ Deinde cū dicit.

Neqꝫ. n. ſurſum et deorſuꝫ bene accipit Non. n. idem omnibus ſurſum et deorſum et omni: ſed ſicut caput animalium: ſic radices plantarum ſunt: ſi congruit inſtrumēta dicere altera et eadem operibus.

¶ Reprobat p̄dictā opinionē dupliciter: ⁊ p̄mo qdē ꝑ hoc ꝙ nō bñ accipit ſurſū ⁊ deorſū. ¶ Ad cui⁹ euidentiā ſciēdū ē ꝙ ſurſū ⁊ deorſū ⁊ alie poſitionū differētie. ſ. añ ⁊ retro: dextrū ⁊ ſiniſtꝝ: i qbuſdā qdē diſtiguunt̄ ſm naturā: i qbuſdā vō ſolū poſitione quo ad nos. In qb⁹. n. ſunt determinate ptes q̄ ſūt nāliter p̄ncipia aliquoꝝ motuū i his diſtinguunt̄ p̄dicte poſitionū differētie ſm nāꝫ: ſicut i vniuerſo: ad cuius mediū nāliter ferunt̄ grauia: ad circūferētiā ferunt̄ nāliter leuia. vñ i vniuerſo ſurſū ⁊ deorſū nāliter diſtinguūt̄ ⁊ ſurſū dicit̄ locus ad quē ferunt̄ leuia: deorſū ſiue mediū ad quē ferunt̄ nāliter grauia. In viuētib⁹ ēt mortalib⁹ ſm locū augmēti ⁊ decremēti determinant̄ ſurſum ⁊ deorſū. nā ſurſū dicit̄ illa pars vñ viuētia alimētum accipiunt: deorſum autem pars oppoſita: vnde

ſuperflu〈i〉tates emittunt̃. Ante vero ⁊ retro determinantur in quibuſdã viuentibus ſcđm ſenſũ, dextruʒ ⁊ ſiniſtrũ ſcđm motum localẽ. In his vero in qbus nõ eſt aliqua determinata ps principiũ aut terminus alicuius motus in eis nõ determinant̃ poſitionũ differẽtie ſecundũ naturã: ſed ſolũ poſitiõe quo ad nos: ſicut in rebus inanimatis. vñ eadẽ columna dicit̃ ſiniſtra ⁊ dextra ſcđm ꝙ eſt in mõi dextra vel ſiniſtra. In qbuſdam autẽ viuẽtiuʒ in qbus determinatur ſurſũ ⁊ deorſum ſecundum naturã eodẽ modo determinantur ſicut in vniuerſo. vt in hoĩe cuius ſupior pars. i. caput eſt verſus ſurſũ vniuerſi: inferior autẽ eſt verſus deorſum ipſius: in plãtis autem eſt ecõuerſo: nam radices plantaꝝ ſunt ꝓportionabiles capiti ad eundẽ. n. actuʒ ordinantur. nã ſicut animalia cibũ accipiunt ore qđ eſt in capite: ita plãte radicibus. Inſtrumẽta aũt dicũtur eadẽ ⁊ altera: ſiue ſimilia ⁊ diſſimilia ex opibus q̃ ſũt fines eaꝝ. vnde radices plantaꝝ ſũt ſimiles capitibus animalium: ⁊ tñ ſunt verſus deorſum. vnde mõ contrario ſe habet ſurſũ ⁊ deorſum in plãtis: ⁊ in vniuerſo. In brutis autẽ animalibus nõ eodẽ modo ſe habet q: coꝝ capita nõ ſe hñt verſus ſurſum vniuerſi neqʒ deorſum ipſius: hoc ẽ ergo qđ dicit ꝙ ſurſum ⁊ deorſum non eſt idẽ omnibus. ſ. viuentibus. ⁊ omni. i. vniuerſo. Sed emp. ſic accipit ſurſum ⁊ deorſuʒ: ac ſi eodem mõ eſſet in oĩbus viuẽtibus ⁊ in vniuerſo. ſi eniʒ motus augmẽti ſecũdum quẽ determinatur ſurſuʒ ⁊ deorſum in viuentibus ſit ſcđm motum grauium ⁊ leuium ſecundum quem determinatur ſurſum ⁊ deorſum in vniuerſo: ſequetur ꝙ eodem modo ſit ſurſum ⁊ deorſum in oĩbus viuentibus: ⁊ in vniuerſo: ⁊ ideo etiã ipſe in plãtis augmẽtũ radicũ dicit eſſe deorſum.

¶ Secũdo ibi.

Co.39. Adbuc autem quod eſt continens in con
traria que feruntur ignem ⁊ terraʒ. Diſtra
hentur enim niſi aliqd ſit prohibens. Si ve
ro erit: hoc eſt aĩa: ⁊ cã augmẽti ⁊ alimenti.

¶ Reprobat predictam poſitionem alio mõ. Ad cuius euidẽtiã ſciẽdũ eſt: ꝙ cũ elementa non ſint actu in mixto: ſed virtute nõ hʒ in eo qđlibet elementũ ſeorſũ propriũ motũ: ſed totũ mixtũ mouet̃ motu elementi ꝑdñantis in ipſo. Si aũt qđlibet elementũ hẽret ꝓpriũ motũ vt emp. ponere videbat̃ cũ naturalis mot⁹ elementoꝝ ſit ad ꝯtraria loca ſequeretur ꝙ totaliter ab inuicẽ ſeparent̃: niſi eſſet aliqd ꝯtinẽs elemẽta: qđ nõ ſineret totaliter abſcedere elemẽta ab inuicẽ. Illud aũt qđ ꝯtinet elemẽta ne totaliter ab inuicẽ ſegregẽtur maxime videt̃ eſſe cã alimẽti ⁊ augmenti: ſed augmentũ ſcđm diuerſas ꝑtes ꝯtingit ex diuerſis motibus elemẽtoꝝ: nõ. n. poſſet imaginari qualiter eſſet augmẽtũ elementis in ꝯtraria motus: niſi ꝑ hoc ꝙ manẽt ad inuicẽ ꝯiuncta: q: ſi totaliter ſeparent̃ eſſet diuiſio nõ augmẽtũ. Illud igit̃ ꝑncipaliter eſt cã augmẽti qđ ꝯtinet elemẽta ne totaliter ab inuicẽ ſeꝑentur: hoc aũt eſt aĩa in rebus viuẽtibus: aĩa igitur eſt principiũ augmẽti.

¶ Deinde cũ dicit.

Videtur autem quibuſdam ignis natu
Co.40. ra ſimpliciter cauſa augmenti ⁊ alimenti eẽ.
Et namqʒ ipſum videtur ſolum corporum
⁊ elementorum quod alitur et augmentatur
Unde et in plantis et in animalibus putabit
vtiqʒ quis hoc eſſe quod operatur.

¶ Ponit aliã poſitionẽ: ⁊ circa hoc. d. ſ. primo ponit cã. ſcđo iprobat ibi. hoc autem ꝯcã ⁊c̃. Sciendũ ẽ aũt ꝙ hec opinio differt in hoc a ꝑma: ꝙ ꝑma attribuebat cãm augmẽti ⁊ alimenti diuerſis elemẽtis. ſ. igni ⁊ terre: hec aũt attribuit eoꝝ cãm, igni tñ ⁊ mouebant̃ ad hoc hac ratiõe. q: illud videt̃ eẽ ꝑncipiũ alicuius paſſionis vel motus ĩ aliquo: qđ ſcđm ſe habet illã paſſionẽ vel motũ: ſicut ignis q ſecũduʒ ſe calidus eſt: eſt cã caloris in rebus mixtis ⁊ terra que ſcđm ſe eſt grauis: eſt cã grauitatis in eis. Inter aũt elemẽta videtur ſol⁹ ignis nutriri ⁊ augeri: ſi ſuꝑficialiter de nutrimento ⁊ augmento loquemur: ſolus igitur ignis videtur eſſe faciẽs augmẽtũ ⁊ alimẽtũ ĩ plãtiſ. Utrũ vero ignis nutriatur ⁊ augeatur inferius erit manifeſtum.

¶ Deinde cũ dicit.

Hoc autem concauſã quodammodo eſt: Co.41.
non tamen ſimpliciter cauſa: ſed magis ani
ma. Ignis enim augmentum in infinitum ẽ
quouſqʒ fuerit combuſtibile. Natura autẽ
conſtantium omnium terminus eſt et ratio
magnitudinis et augmenti: hoc autem ẽ ani
me: ſed non ignis: et rationis magis quam
materie.

¶ Improbat predictã poſitionẽ. Sciendum tñ eſt ꝙ predicta poſitio aliqd habet veritatis neceſſe eſt enim omne alimentũ decoqui: qđ quidẽ fit per ignẽ: vnde ignis aliquo modo operatur ad alimentũ: ⁊ ꝑ conſequens ad augmentũ: non quidẽ ſicut agens principale: hoc. n. eſt anime: ſed ſicut agens ſecundariũ ⁊ inſtrumentale. Et ideo dicit ꝙ ignis quodãmodo concauſa eſt augmenti ⁊ alimenti: ſicut inſtrumentũ concauſa ẽ principalis agẽtis: nõ tñ eſt ꝑncipaliter cã vt pricipale agẽs: ſed hoc mõ cã eſt aĩa: qđ ſic ꝓbat. Illud eſt ꝑncipale in qualibet actione: a quo imponitur terminus ⁊ ratio ei quod fit: ſicut patet in artificialibus: ꝙ terminus vel ratio arche vel domui non imponitur ab inſtrumentis ſed ab ipſa arte. Nã inſtrumenta ſe habent indifferentur: vt cooperenter ad hanc formam: vel quantitatem: vel aliam: ſerra enim q̃ʒtum eſt de ſe apta eſt ad ſeccandum lignum ſcđm ꝙ cõpetit ⁊ hoſtio ⁊ ſic armāo ⁊ domui: ⁊ in quacunqʒ quantitate: ſed ꝙ ſic ſeccetur lignum ꝙ ſit aptum ad talem formaʒ ⁊ ad talem ⁊ quantitatem: eſt ex virtute artis. Manifeſtuʒ eſt autem ꝙ in omnibus que ſunt ſecundum naturaʒ eſt certus terminus ⁊ determinata ratio magnitudinis ⁊ augmenti: ſicut ei cuilibet ſpeciei debentur aliq̃ accidentia propria: ita ⁊ propria quantitas: licet cũ aliqua latitudine propter diuerſitatẽ materie: ⁊ alias cãs indiuiduales: non enim omnes homines ſunt vnius quantitatis: ſed tamen eſt aliqua quantitas tã magna vltra quam ſpecies humana non porrigitur: ⁊ alia q̃ʒtitas tam parua vltra quam homo non inuenitur. Illud igitur quod eſt cã determinationis magnitudinis ⁊ augmẽti eſt principalis cã augmenti: hoc autẽ non ẽ ignis. manifeſtũ eſt. n. ꝙ ignis augmentũ nõ eſt vſqʒ ad determinatã quãtitatem: ſed in infinitũ extendit̃: ſi in infinitum materia combuſtibilis inueniatur. Manifeſtum eſt igitur ꝙ ignis non eſt principale agens in augmento ⁊ alimento: ſed magis anima. Sed hoc rationabiliter accidit: quia determinatio quantitatis in rebus naturalibus eſt ex forma: que eſt principiũ ſpeciei: magis q̃ʒ ex materia: anima autem comparat̃ ad elementa que ſunt in corpore viuente ſicut forma ad materiam. Magis igitur terminus ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmenti eſt ab anima: quam ab igne.

Quoniam autem eſt eadem potentia Co.42.
aĩe vegetatiua et generatiua: de ali
mento neceſſarium eſt determina
re primum: ſeparatur. n. ab aliis potentiis
opere hoc.

¶ Lectio nona.

O ſtq̃ phyloſophus oſtendit ꝙ aĩa eſt p̃n cipium operationũ que attribuunt̃ potentie vegetatiue: hic intẽdit de his determinare. ⁊ circa hoc tria facit. ¶ Primo determinat de obiecto ſecundũ ſe. ſ. de alimento. ſecũdo determinat de eo ſcd̃m ꝙ congruit opationibus aĩe vegetatiue. ibi. Q̃m aũt non alit̃. tertio potentias diffinit que principia haꝝ opationũ. ibi. Quare hmõi aĩe ⁊c̃. Circa primũ tria facit. primo dicit de quo eſt intentio. ſecundo proponit id quod primo aſpectu apparet de alimento. ibi. ( Videtur autem eſſe alimentum. ⁊c̃ ) tertio mouet circa hoc dubitationem. ibi. dubitationẽ autem habet. ¶ Dicit ergo primo: ꝙ cum vegetatiua ⁊ generatiua ab eadem cõmuni potentia anime contineatur: licet vegetatiua ideſt nutritiua ſit quedã ſpecialis potentia diſtincta a generatiua: oportet primum determinare de alimento: quod eſt obiectum generatiue ſiue nutritiue: hoc enim opere. ſ. nutritione diſtinguitur hec pars anime ab aliis. ſ. ĩtellectiuo ſenſitiuo ⁊c̃. Nam alie operationes huius partis ideſt anime

Co. 43. hanc preſupponũt. ¶ Deinde cũ dicit.

**Videtur autẽ eſſe alimentũ contrariũ cõtrario: non omne autem omni: ſed quecũq3 contrariorum non ſolũ generationẽ habent ex inuicẽ: ſed ⁊ augmentũ: fiunt. n. multa ex inuicẽ ſed nõ oĩa augẽtur: ut ſanũ ex laborãte: vidẽtur autẽ neq3 illa eodem modo ad inuicem eſſe alimentũ: ſed aqua quidem igni alimentum eſt: ignis autem non alit aquam. In ſimplicibus quidem igitur corporibus hoc eſſe videtur maxime aliud quidẽ alimẽtum. aliud vero quod alitur.**

¶ Proponit illud quod primo aſpectui de alimento apparet. ⁊ proponit tria. quoꝝ primum eſt: ꝙ alimẽtum videtur contrariuz ei quod alitur. ⁊ hoc ideo: q: nutrimentum conuertitur in id quod nutritur: generationes autem fiunt ex contrariis. Secundum eſt ꝙ non videtur quodcunq3 contrariũ ſufficere ad rationem alimenti: ſed oportet ꝙ ſit de illis contrariis que habent generationem ex inuicem: nutrimentum enim conuertitur in ſubſtantiam nutriti: vnde quecunq3 cõtraria inſunt in ſubſtantia ſecundum que fiunt alterationes ad inuicem ⁊ non generationes non ꝑtinent ad rationem alimenti. Non. n. dicimus ꝙ infirmum ſit nutrimentum ſani: vel album nigri: aut aliquid huiuſmodi. quomodo autem in ſubſtantiis ſit aliqua contrarietas. alia queſtio eſt. Tertio oportet ꝙ ſit de illis contrariis que augmentum ſuſcipiunt ex inuicem: q: ad alimentum videtur ſequi augmentum. Unde licet ex igne generetur aqua ſicut ecõuerſo: non tamẽ dicitur ꝙ igne nutriatur aqua: ſed ꝙ ex aqua nutriatur ignis inquantum liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum: quia. ſ. dum ignis in aquam conuertitur apparet noua aque generatio. Sed ignis preexiſtens ad ſui conſeruationem ⁊ augmentuz videtur in ſe humorem cõuertere: ⁊ ideo melius videtur ſolus ignis nutriri: ⁊ ſola aqua eſſe eius nutrimentum ſecundum quod ad aquam pertinent oẽs humores ⁊ liquores.

¶ Deinde cũ dicit.

Co. 44. **Dubitationem autẽ habet. Dicunt. n. hi quidez ſimile ſimili ali ſicut ⁊ augeri. Aliis autem ſicut diximus econtrario videtur ali contrarium contrario tanquam ĩpaſſibile ſit ſimile a ſimili: alimentum autem mutari ⁊ decoqui. Mutatio autem omnibus in contrarium aut in medium. Adhuc autem pati** Co. 45.
**tur aliquid alimentũ ab eo quod alitur: ſed non hic ab alimẽto: ſicut nec inſtructor a materia: ſed ab illo hec. Inſtructor antem mutur ſolum in actum ex ocio.**

¶ Mouet quandam dubitationem circa predeterminata: ⁊ primo obicit ad vtranq3 partem: ſecundo ſoluit eam ibi: ( vtrũ autez ſit alimentũ ⁊c̃. ) Oritur aũt dubitatio circa hoc quod ſupra dictũ eſt: ꝙ alimentũ oportet eſſe cõtrariũ. quibuſdã aũt videt̃ ꝙ alimentũ oporteat eſſe ſimile ei quod alit̃: alimentũ enim eſt cã augmenti. oportet autẽ ꝙ ſimile ſimili augeat̃: ſi enim aliquid diuerſũ apponeret̃ alicui non eſſet eiuſdẽ augmentum: ſed nature extranee adiunctio. videt̃ igitur ꝙ oporteat ſimile ſimili ali. Aliis autem videtur ꝙ alimentum oportet eſſe contrarium ei quod alitur ſecundum id qd̃ ſupra dictũ eſt. ⁊ ad hoc inducunt̃ dupli ci ratione: quaꝝ prima ẽ: ꝙ alimentũ decoqtur ⁊ mutatur in id qd̃ nutrit̃: nihil aũt mutat̃ niſi in contrariũ aut mediũ: ſicut albũ mutat̃ in nigrũ aut pallidũ: medium aũt eſt quodãmõ contrariũ: pallidũ. n. albo cõparatum ẽ nigꝝ: nigro vero cõparatũ eſt albũ: eſt. n. cõpotum ex vtroq3. ergo nutrimẽtũ eſt ꝯtrariũ ei qd̃ alit̃ in qd̃ mutat̃. Secũda rõ eſt: q: agẽs ẽ contrariũ patienti: nõ. n. ſimile a ſimili patit̃. alimẽtũ aũt patit̃ ab eo qd̃ alit̃: alterat̃. n. ab eo ⁊ digerit̃. id aũt qd̃ alit̃ non patit̃ ab alimẽto: neq3 artifex patit̃ a mã: ſed ecõuerſo: mã. n. mutat̃ nõ aũt artifex niſi forte ꝑ accñs ſcd̃m qd̃ exit de potẽtia in actũ: videt̃ igit̃ ꝙ alimentũ ſit cõtrariũ ei qd̃ alit̃. Pria igit̃ haꝝ rationũ ſumit̃ ex contrarietate: quã oportet eſſe ĩter terminos mutationis. Secũda võ ex ꝯtrarietate quã oz eſſe ĩter agẽs ⁊ patiens: id. n. qd̃ alit̃ ⁊ agit ĩ alimẽtũ ẽ terminus in quez alimentũ mutat̃. ¶ Deinde cũ dicit.

**Utrum autem ſit alimentum: quod vltio aduenit: aut quod primo: habet differentiã Si vero vtrunq3 ſed hoc quidem non coctum: illud autem coctum: vtrobiq3 vtique continget alimentum dicere. Inquantũ. n. nõ coctũ cõtrariũ ꝯrio alit̃: Inquantũ aũt coctum: ſimile ſimili. Quare manifeſtuz qd̃ dicunt quodãmõ vtriq3 ⁊ recte ⁊ non recte.**

¶ Soluit ꝓpoſitã dubitatõnẽ: dicẽs ꝙ differt q̃ʒtũ ad ꝓpoſitaz q̃ſtionẽ: vtꝝ alimẽtũ dicat̃ id qd̃ vltio aduenit. ſ. poſt decoctionẽ ⁊ digeſtionẽ: an illud qd̃ prĩo aſſumit̃. ſ. anteq̃ digerat̃ ⁊ decoquatur. ⁊ ſi dici poſſit vtrũq3 hoꝝ alimentũ vnũ qdẽ hoꝝ q̃ſi alimẽtũ decoctũ: aliud võ q̃ſi nõ decoctũ: ſm vtrãq3 ꝑtẽ queſtiõis poterit iudicari de alimẽto: q: inq̃ʒtũ alimẽtũ dicit̃ nõ decoctũ: ſic ꝯtrariũ ꝯtrario alit̃: hoc. n. eſt qd̃ patit̃ ⁊ mutat̃ inq̃ʒtũ võ eſt coctũ ſic alit̃ ſimile ſimili: agẽs. n. aſſimilat ſibi patiẽs: vñ ĩ fine paſſiõis oz paſſũ eẽ ſimile agẽti. ⁊ ꝑ hũc modũ põt augere id qd̃ alit̃ ⁊ ſic pz ꝙ vtriq3 ꝓdictoꝝ opinãtiũ aliquo mõ dñt recte: ⁊ aliquo mõ dicũt nõ recte. Deinde cũ dicit.

**Quoniam autem nihil alitur non partici pans vita: animatum vtiq3 erit corpus qd̃** Co. 46.
**alitur inquantum animatum: quare et alimẽtũ ad animantũ eſt: et non ſcd̃m accidens.**

¶ Determĩat de alimẽto ſm ꝙ cõuenit opatiõib⁹ aĩe vegetatiue: ⁊ prĩo ſm ꝙ cõgruit nutritiõi ſcd̃o ſm ꝙ congruit augmẽto: ibi: ( eſt aũt alteꝝ alimẽto ⁊c̃. ) tertio ſm ꝙ cõgruit generatiõi: ibi: ( ⁊ generatiõis autẽ factiuũ ⁊c̃. ) Dicit ergo primo ꝙ nihil nutritur quod non participet vita: omne autem participans vita

eſt animatum: ſequitur ergo ꝙ corpus quod alitur ſit animatum. alimentum autem eſt in potentia ad id quod alitur: conuertitur enim in ipſum: relinquitur ergo ꝙ alimentum inquantum eſt nutritionis obiectum ſit aliquid exiſtens in potentia ad animatum per ſe ⁊ non ſecundum accidens. ¶ Conſyderandum eſt autem ꝙ nihil proprie nutritur niſi animatum: ignis autem videtur quidem per quandam ſimilitudinem nutriri: non autem proprie nutritur: quod ſic patet. Id proprie nutriri dicimus quod in ſeipſo aliquid recipit ad ſuiipſius conſeruationem: hoc autem in igne videtur quidem accidere ſed tamen non accidit: cum enim igni accenſo alicui materia combuſtibilis additur: in illa materia combuſtibili nouus ignis generatur: non autem ita ꝙ illud combuſtibile additum cedat in conſeruationem ignis in alia materia prius accenſi: puta ſi aliquod lignuz de nouo ignitur: per hanc ignitionem non conſeruatur ignitio alterius ligni prius igniti: totus enim ignis qui eſt ex congregatione multoꝝ ignitoꝝ non eſt vnus ſimpliciter: ſed videtur vnus aggregatione: ſicuti aceruus lapidum eſt vnus: ⁊ propter talem vnitatem eſt ibi quedam ſimilitudo nutritionis: ſed corpora animata vere nutriuntur: quia per alimentum conſeruatur vita in illa parte eadem que prius fuit. ⁊ propter hoc etiā ſola animata vere augentur: quia quelibet pars eoꝝ ⁊ nutritur ⁊ augetur: quod non cōuenit in rebus inanimatis que videntur per additionem creſcere: non. n. creſcit id quod prius fuit: ſed ex additiōe alterius conſtituitur quoddam aliud totum maius. Ideo autem ſimilitudo augmenti ⁊ nutrimenti precipue apparet in igne: quia ignis habet plus de forma quam alia elementa: ⁊ eſt potētior in virtute actiua: vnde propter hoc ꝙ manifeſte alia conuertit in ſe videtur nutriri ⁊ augeri.

¶ Deinde cū dicit.

Co.47. **Eſt autem alterum alimento ⁊ augmentato eſſe. Secundum enim ꝙ quantum aliquod animatum eſt augmentatiuum: ſecundum autem quod hoc aliquid ⁊ ſubſtantia alimentum eſt: ſaluat enim ſubſtantiam: ⁊ vſque ad hoc eſt quouſque alatur.**

¶ Oſtendit quomodo alimentum congruit augmento. ⁊ dicit ꝙ licet idem ſit ſubiecto quod eſt obiectum nutritionis prout dicitur alimentum: ⁊ quod eſt obiectum augmenti prout dicitur augmentatiuum: tamē differt ratione. dictum eſt enim ꝙ alimentum eſt in potentia ad corpus animatum: corpus autem animatuz ⁊ eſt quoddam quantum ⁊ eſt hoc aliquid ⁊ ſubſtātia: ſecundum igitur ꝙ eſt quoddam quantum ſecunduz hoc alimentum adueniens ei quod etiam ⁊ ipſum quantum eſt: facit augmentum: ⁊ dicitur augmentatiuum. Inquantum autem corpus animatum hoc aliquid ⁊ ſubſtantia eſt ſic habet rationem alimenti: hoc enim eſt de ratione alimenti quod conſeruat ſubſtantiam eius quod alitur. que quidem conſeruatio neceſſaria eſt propter continuam conſumptionem humidi a calido naturali ⁊ ideo tam diu durat ſubſtantia eius quod nutritur quandiu nutriatur.

¶ Deinde cū dicit.

**Et generationis autem factiuum non eius quod alitur: ſed quale id quod alitur. Iam enim eſt ipſa ſubſtantia. Generat autem nihil ipſum ſeipſum: ſed ſaluat.**

¶ Oſtendit quomodo alimentum congruat generationi: ⁊ dicit quod etiam alimentum eſt factiuum generationis ſemen enim quod eſt generationis principium eſt ſuperfluum alimenti: non tamen alimentuz eſt principium generationis eius quod alitur: ſed alterius quod eſt tale ſecundum ſpeciem quale eſt quod alitur: quia ſubſtantia que alitur iam eſt: ⁊ quod eſt non generatur: ⁊ nihil generat ſeipſum: quia quod generat iam eſt: quod generatur nondū eſt: ſed aliquid pōt agere ad ſui conſeruationē. ¶ Deinde cū dicit.

**Quare huiuſmodi anime principiuz potentia eſt poſſibilis ſaluare ſuſcipiens ipſaz ſecundum ꝙ eſt huiuſmodi: alimentum autem preparat operationem: vnde priuatuz alimento non poteſt eſſe.** Co.48.

¶ Ex premiſſis accipit diffinitionez potentiaꝝ anime vegetabilis: ⁊ primo potentie nutritiue: ſecundo totius anime vegetabilis: ibi. Quoniam autem a fine ⁊c. Circa primum primo ex premiſſis concludit diffinitionem potentie nutritiue: ⁊ dicit: ꝙ cum dictuz ſit ꝙ nutrimentum inquantum huiuſmodi ſaluat nutritum: manifeſtum eſt ꝙ hoc principium anime quod ſcilicet eſt principium nutritionis: nihil eſt aliud quam potentia potens ſaluare ſuum ſuſceptiuum inquantum huiuſmodi: alimentuz vero eſt quod preparat operationē huiuſmodi potentie: inquantū talis potentia mediante alimento ſaluat ſuum ſuſceptiuum: ⁊ propter hoc illud quod priuatur alimento non poteſt conſeruari. ¶ Et quia dixerat ꝙ principiuz nutritionis eſt potentia anime cuius principium eſt alimentum vt ex dictis patet

¶ Ideo ſecūdo ibi.

**Quoniam autem ſunt tria quod alitur: ⁊ quo alitur: ⁊ alens: alens quidem eſt prima anima: quod vero alitur eſt habens hāc corpus quo vero alitur alimentum.**

¶ Oſtendit quomodo differenter potentia anime ⁊ alimentum ſunt principia nutritionis. Dicit ergo quia in nutritione ſunt tria: quod alitur: quo alitur: ⁊ alens primum quod alens eſt prima anima ſcilicet anima vegetabilis: illud vero quod alitur eſt corpus habens hāc animam: ſed illud quo alitur eſt alimentum. Sic igitur potentia anime eſt principium nutritionis vt agēs principale: alimentum autem vt inſtrumentuz.

¶ Deinde cū dicit.

**Quoniam autem a fine appellari omnia iuſtum eſt. Finis autem eſt generaſſe quale ipſum erit vtique prima anima generatiuum quale ipſum.** Co.49.

¶ Diffinit ipſam primam animam que dicitur anima vegetabilis. que quidem in plantis eſt anima: in animalibus potans anime. ⁊ circa hoc duo facit: primo diffinit huiuſmodi animam. Ad cuius diffinitionis intellectum ſciendum eſt ꝙ inter tres operatiōes anime vegetabilis eſt quidam ordo: nam prima eius operatio eſt nutritio per quam ſaluatur aliquid vt eſt ſecunda autem operatio ⁊ perfectior eſt augmentum quo aliquid proficit in maiorem perfectionem ⁊ ſecūdum quantitatem ⁊ ſecundum virtutem: tertia autez perfectiſſima ⁊ finalis ē generatio per quaz aliquid iā quaſi in ſeipſo perfectum exiſtens alteri eſſe ⁊ perfectionem tradit. tunc enim vnunquodque maxime perfectum eſt vt in. iiii. meteorum. dicitur cum poteſt facere alterum tale quale ipſum eſt. Quia igitur iuſtuz eſt ꝙ omnia diffiniantur ⁊ nominentur a fine: finis autem operuz anime vegetabilis eſt generare alteꝝ tale quale ipſum eſt: ſequitur ꝙ ipſa ſit conueniens diffinitio prime anime ſcilicet vegetabilis: vt ſit generatiua alterius ſimilis ſecundum ſpeciem. ¶ Et quia dixerat ꝙ alimentum eſt inſtrumentum huius anime. ne credatur ꝙ non habeat aliud inſtrumentum.

¶ Secundo ibi.

Lo.50. **Eſt ãt quo alit̃ duplr̃: ſicut ⁊ quo gubernat̃ ⁊ manus ⁊ temo hoc qdẽ mouẽs ⁊ motũ: illd̃ ãt mouẽs ſolũ. Oẽ ãt alimẽtũ neceſſariũ ẽ d̃quoq. Opat̃ ãt d̃coctionẽ calidũ. Vñ oẽ aĩatũ hʒ calorẽ. Figuraliter quidẽ igitur alimentũ qd ſid dictũ ẽ. Certificandũ autẽ eſt poſterius de ipſo in ꝓpꝛis rõibus.**

primo quidem ex ſuo obiecto: nam aliqua cadunt ſub
viſu: ſecundum proprietates in quibus communicāt
inferiora corpora cum celeſtibus: tactus autem eſt pre
ceptiuus proprietatum que ſunt proprie elementis ſci
licet calidi ⁊ frigidi ⁊ ſimilium: guſtus autem ⁊ olfat⁹
proprietatum que competunt corporibus mixtis ſecū
dum diuerſam rationem commixtionis calidi ⁊ frigi
di: humidi ⁊ ſicci. Sonus autem cauſatur ex motu lo
cali: qui etiam communis eſt corporibus celeſtibus ⁊
inferioribus: licet ſpecies motus que cauſat ſonum nō
competat corporibus celeſtibus ſecundum ſententiā
ari. Unde ex ipſa natura obiecti apparet ꝙ viſus ē al
tior īter ſenſus: ⁊ auditus propinquior ei: ⁊ alii ſenſus
magis remoti. ¶ Secundo apparet ꝙ viſus eſt ſpiri
tualior ex modo: immutationis nam in quolibet alio
ſenſu non eſt immutationis ſpiritualis ſiue naturali: di
co autem immutatio prout qualitas recipitur in patiē
te ſecundum eſſe nature. ſicut cum aliquid infrigidatur
vel calefit: aut mō ſecundum locum mutatio vero ſpi
ritualis eſt ſecundum ꝙ ſpecies recipitur in orgāo ſen
ſus: aut in medio per modū intētionis ⁊ non per mo/
dum naturalis forme: non .n. ſic recipitur ſpecies ī ſen
ſu ſecundum id eſſe quod habet in re ſenſibili: patet
autē ꝙ in tactu ⁊ guſtu qui eſt tactus: fit alteratio na
turalis: calefit .n. ⁊ infrigidatur aliquid per contactum
calidi ⁊ frigidi: ⁊ non fit immutatio ſpiritualis tantū.
Similiter aūt immutatio odoris fit cum quadam fu/
mali euaporatione. Immutatio autem ſoni cum mo/
tu locali. Sed in mutatione viſus eſt ſola īmutatio ſpi
ritualis. vnde patet ꝙ viſus inter omnes ſenſus ē ſpi/
ritualior: ⁊ poſt hunc auditus. ⁊ propter h̄ ii duo ſen/
ſus ſunt maxie ſpirituales: ⁊ ſoli diſciplinabiles: ⁊ his
que ad eos pertinent vtimur in intellectualibus: ⁊ p̄/
cipue his que pertinent ad viſum. ¶ Quidam vero
dixerunt ꝙ lumen non eſt niſi euidentia coloris. Sed
h̄ aperte apparet eſſe falſum in his que lucent de no/
cte: ⁊ tamen eorū color occultatur. ¶ Alii vero dixerūt
ꝙ lux eſt forma ſubſtantialis ſolis: ⁊ lumen defluens
a luce habet eſſe intentionale: ſicut ſpēs colorū in aere.
Utrunq̧ autem horū eſt falſum: primo quidē q: nul
la forma ſubſtantialis eſt per ſe ſenſibilis: ſed ſolo ītel/
lectu comprehenſibilis. Et ſi dicatur ꝙ id quod vide
tur in ſole non eſt lux ſed ſplendor: non erit contenden
dum de nomine: dummodo hoc qđ dicimus lucē .ſ.
quod ex viſu apprehenditur non ſit forma ſubſtantia
lis. ¶ Scđm etiā falſum eſt: q: que habent ſolū eſſe
intentionale non faciunt tranſmutationem naturalem
radii autem corporū celeſtium tranſmutant totam na
turam inferiorem. ¶ Unde dicimus ꝙ ſicut corpora
elementaria habent qualitates actiuas per quas agūt
ita lux eſt qualitas actiua corporis celeſtis ꝑ quā agit:
⁊ eſt in tertia ſpecie qualitatis ſicut ⁊ calor. Sed in h̄
differt a colore: quia lux eſt qualitas primi corporis al
terantis: quod non habet contrariū: vnde nec lux cō
trarium habet: calori autem eſt aliquid contrarium.
Et quia luci nihil eſt contrarium in ſuo ſuſceptibili nō
poteſt habere contrariam diſpoſitionem: ⁊ propter h̄
ſuum paſſiuum .ſ. diaphanum ſemꝑ eſt in vltima diſ/
poſitione ad formam ⁊ propter h̄ ſtatim illuminatur:
non autem calefactibile ſtatim calefit. Ipſa igitur par
ticipatio vel effectus lucis in diaphano: vocatur lumē
⁊ ſi fit ſecundum rectam lineam ad corpus lucidum
vocatur radius. Si autem cauſetur ex reuerberatiōe
radii ad corpus lucens: vocatur ſplendor: lumen aūt
cōmune eſt ad omnem effectum in diaphano. ¶ His
igitur viſis circa naturā luminis de facili apparet rō
quare quedam corpora ſunt lucida actu: quedam dia
phana: quedam opaca. Nam cum lux ſit qualitas pri
mi alterantis quod eſt maxime perfectum ⁊ formale
in corporibus: illa corpora que ſunt maxime formalia
⁊ mobilia ſunt lucida actu: que autē ſunt propinqua
his ſunt receptiua luminis: ſicut diaphana: que autem
ſunt maxime materialia: neq̧ habent lumen in ſui na
tura: neq̧ ſunt luminis receptiua ſed ſunt opaca: qđ
patet in ipſis elementis: nam ignis habet lucem in ſui
natura. licet eius lux non appareat nobis niſi in natu/
ra aliena propter denſitatem: aer autem ⁊ aqua que
ſunt minus formalia ſunt diaphana: terra autem que
eſt maxime materialis eſt opaca. ¶ Circa tertium ve
ro ſciendum eſt ꝙ quidam dixerunt ꝙ lumen neceſ/
ſarium eſt ad videndū ex parte ipſius coloris: dicunt
enim ꝙ color non habet virtutem vt moueat diapha
nū niſi ꝑ lumen ⁊ huius ſignū dicunt: q: ille q eſt ī ob
ſcuro videt ea q̄ ſūt in lumīe: ſed nō econuerſo: rōnē ēt
ad hoc adducūt: q: oportet ꝙ cum viſus ſit vnus ꝙ
viſibile non ſit niſi per rōnem vnam: quod non eſſet ſi
color eſſet per ſe viſibilis non ꝑ virtutē luminis ⁊ itū
lumen eſſet per ſe viſibile. ¶ Sed hoc eſt manifeſtū
contra id quod ariſtoteles hic dicit: ⁊ quod habet in
ſe cauſā eſſendi viſibile: vnde ſecundum ſententiā ari

ſtotelis dicendum eſt ꝙ lumen neceſſarium eſt ad vi/dendum non ex parte coloris eo ꝙ facit colores eſſe actu quos quidam tantum dicunt eſſe in potentia cuȝ ſunt in tenebris: ſed ex parte diaphani inquantum fa/cit ipſū eſſe in actu: vt in littera dicitur. ¶ Et ad eius euidentiam conſyderandum eſt quod omnis forma inquantum huiuſmodi eſt principium agendi ſimile vnde cum color ſit quedam forma ex ſe habet ꝙ cau ſet ſui ſimilitudinem in medio. Sed tamen ſciendum eſt ꝙ differentia eſt inter virtutem perfectam ⁊ im/perfectam. nam forma que eſt perfecte virtutis ĩ agẽ do non ſolum poteſt inducere ſuam ſimilitudinem in ſuſceptibili: ſed poteſt etiam diſponere paciens vt ſit proprium eius ſuſceptiuum quod quidem non po/teſt facere cum fuerit imperfecte virtutis. ¶ Dicen/dum eſt igitur ꝙ virtus coloris in agendo eſt imper fecta reſpectu virtutis luminis. nam color nihil aliud eſt q̃ȝ lux quedam quodāmodo obſcurata ex admix tione corporis opaci. vnde non habet virtutem vt fa/ciat medium in illa diſpoſitione qua ſit ſuſceptiuū co/loris quod tamen poteſt facere lux pura. Ex quo etiā patet ꝙ cum lux ſit quodammodo ſubſtantia coloris ad eandem naturā reducitur omne viſibile: nec opor tet ꝙ color per lumen extrinſecum fiat actu viſibile. Quod autem colores illuminati videntur ab eo qui eſt in obſcuro contingit ex eo ꝙ etiam medium illumi natur: inquantum ſufficit ad immutationem ipſius.

Co.71. Eſt autem coloris ſuſceptiuum: quod ſi/ne colore. ſoni aūt abſonum: ſine colore aūt diaphanum: ⁊ inuiſibile autem qđ vix vide/tur: vt quod tenebroſum eſt: huiuſmodi aūt diaphanum quidem eſt non cum ſit actu dia phanum ſed cū potentia. Eadem. n. natura quandoqȝ qdẽ tenebra q̃nqȝ autẽ lumen ẽ.

¶ Lectio decimaquinta.

Oſtḗqȝ phyloſophus oſtendit ſuperius qd eſt color: ⁊ qd diaphanum: ⁊ quid lumen Hic oſtendit quō diaphanuȝ ſe habeat ad colores. Manifeſtū eſt autem ex premiſſis ꝙ diaphanum eſt ſuſceptiuū coloris: eſt. n. color mo/tiuus diaphāi vt ſupra dictū eſt. qđ aūt eſt ſuſceptiuū coloris oportet eſſe ſine colore: ſicut quod eſt ſuſcepti/uum ſoni oportet eſſe ſine ſono: nihil enim recipit qđ iam habet. ⁊ ſic patet ꝙ diaphanum oportet eſſe ſine colore. Cum autem corpora ſint viſibilia per ſuos co lores: ſequitur ꝙ diaphanum ſecundum ſeipſum ſit inuiſibile. q: vero eadem eſt potentia cognoſcitiua op poſitoꝝ: ſequitur ꝙ viſus qui cognoſcit lucem: cogno ſcat ⁊ tenebram. Licet igitur diaphanum ſecundum ſe careat colore ⁊ lumine quorum eſt ſuſceptiuū. ⁊ ſic ſecundum ſe viſibile non ſit eo modo quo ſunt viſibi/lia lucida ⁊ colorata: tamen poteſt dici viſibile ſicut vi detur tenebroſum: quod vix videtur. diaphanum igi tur eſt huiuſmodi. i. tenebroſum: cuȝ non eſt actu dia phanum: ſed in potentia tantum. Eadem. n. natura ẽ ſubiecta quandoqȝ quidem tenebraꝝ: quandoqȝ autẽ luminis. ⁊ ſic diaphanum carens lumine quod ei acci dit: dum eſt potentia diaphanum oȝ ꝙ ſit tenebroſū:

¶ Deinde cū dicit.

Co.72. Non omnia autem viſibilia ſunt in lumi ne: ſed ſolum vniuſcuiuſqȝ proprius color. Quedam. n. in lumine quidem non viden/tur: in tenebra autem faciunt ſenſum: vt que ignea videntur ⁊ lucentia. Non autem no/minata ſunt hec vno nomine vt quercus pu tride: cornu: capita piſciuȝ: ⁊ ſquame: ⁊ ocu li: ſed nulli horum videtur proprius color: pp quam igitur cām hec videntur: alia rō.

¶ Nunc iam determinatū eſt de colore qđ videtur ĩ lu/mine: determinat de alio viſibili qđ ſupra dixit eſſe in/nominatū. Et dicit ꝙ nō oīa ſunt viſibilia in lumine: ſed ſolū ꝓprius color vniuſcuiuſqȝ corporis in lumĩe viſibilis eſt. quedā. n. nō videnť in lumine ſed in tene bris: ſicut aīalia que in tenebris videnť ignita ⁊ lucen/tia. ⁊ hec ſunt multa: ſed nō hn̄t vnū nomẽ cōmune: ſicut putredines quercuū: ⁊ aliqđ cornu alicuius aīa/lis: ⁊ capita quorūdā piſciū ⁊ ſquāe: ⁊ oculi quorūdā aīaliū. Sed lȝ iſta videanť ĩ tenebris: nullius tn̄ horuȝ ꝓprius color ĩ tenebris videť. Videnť ergo iſta ĩ tene bris ⁊ ĩ lumine: ſed ĩ tenebris vt lucētia: in lumine aūt vt colorata. Sed pp quā cām ſic videanť ĩ tenebris lu centia: Alia rō eſt. nō. n. h̄ inducit hoc niſi quaſi ꝑ acci dēs: ad oñdendū cōparationẽ viſibilis ad lumẽ. ¶ Vi detur aūt viſibilitatis eoꝝ ĩ tenebris h̄ eſſe rō. q: hui⁹ ex ſua cōpoſitiōe hn̄t aliqd lucis: ĩquātū lucidū ignis ⁊ diaphanū aeris ⁊ aque nō ẽ totaliter ĩ eis ꝯphenſū ꝑ opacū terre: ſed q: modicū hn̄t de luce: coꝝ lux ad p̄/ſentiā maioris luminis occultať. Vñ in lumine nō vi/denť vt lucētia: ſed vt colorata. lux aūt coꝝ pp ſui de/bilitatẽ nō pōt diaphanū ꝑfecte reducere ĩ āctū ſm ꝙ natū ẽ moueri a colore. vñ ſub eoꝝ luce nec eoꝝ color nec alioꝝ videť: ſed ſolū lux ipſoꝝ. lux. n. cū ſit efficati/or ad mouēdū diaphanū q̃ȝ color: ⁊ magis viſibilis cum minori immutatione diaphani videri pōt.

¶ Deinde cū dicit.

Nunc auten intantum manifeſtū eſt: quo niam quod quideȝ in lumine videtur: color eſt: vnde nō videtur ſine lumine: hoc. n. erat ipſi colori eſſe motiuū eſſe ſcđm actū diapha ni: actus aūt diaphāi lumẽ eſt. Signū auteȝ huius manifeſtū. Siqs. n. ponat habẽs co/lorem ſuper ipſū viſū non videbitur: ſed co lor mouet diaphanum: puta aerem: ab hoc autem iam continuo exiſtente mouetur qđ ſenſitiuum eſt. Co.

¶ Oñdit quō color ꝑueniat ad viſū. Et circa h̄. d. ſ. p̄ mo oñdit qd ẽ neceāriū ad h̄ ꝙ viſus moueať a colore ſcđo oñdit aliqd ſimile qđ ẽ neceāriū in aliis ſenſibilib⁹ ibi. (eadẽ āt rō.) Circa. p̄. d. ſ. p̄mo determīat verita/teȝ. ſcđo excludit errorẽ ibi. (nō. n. bn̄ h̄.) Dicit ergo p̄mo ꝙ ꝑ ſupradcā ĩ tm̄ māifeſtū ſit ꝙ illud qđ videť in lumĩe ẽ color: ⁊ ꝙ ſine lumĩe videri nō pōt: q: vt ſ̄ dictū ẽ: h̄ ẽ de rōne coloris ꝙ ſit motiuū diaphāi: qđ q dẽ ſit ꝑ lumẽ qđ ẽ actus diaphani. iđ ſine lumine color videri nō pōt. Cuius ſignū ẽ: q: ſi aliqs pōat coloratū ſuꝑ organū viſus nō videť: q: nō ẽ ibi diaphanum in actu qđ moueať a colore. nā ⁊ ſi pupilla ſit quoddaȝ diaphanū nō tn̄ erit diaphanū ĩ actu: ſi ſuꝑ ponať ſibi corp⁹ coloratū. Oȝ aūt ꝙ color moueat diaphanū ĩ ac tu: puta aerẽ vel aliqd hmōi: ⁊ ab h̄ moueť ſēſitiuū. i. organū viſus ſicut a corꝑe ſibi ꝯtinuato: corꝑa. n. nō ſe ĩmutāt niſi ſe tangant. ¶ Deinde cū dicit.

Nō. n. bn̄ hoc dicit Democritus opina tus ſi eſſet vacuū quod mediū ꝑſpici vtiqȝ certe ⁊ ſi formica in celo eſſet: hoc enim im/poſſibile eſt. patiente enim aliquid ſenſiti/uo ſit ipſum videre. Ab ipſo igitur qui vi/detur colore impoſſibile eſt. Relinquitr āt Co.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Univ. im. A. Mickiewicza

ꝙ a medio. Quare neceſſe eſt aliqđ eſſe medium: vacuo autē facto non aliquid certe: ſꝫ omnino nihil videbitur: propter quā quidem igitur cauſam colorem neceſſe eſt in lumine videri dictum eſt.

¶ Excludit errorē dicens ꝙ non bene dixit democritus: q opinatus fuit ꝙ ſi hoc medium qđ eſt inter rem viſam ⁊ oculū eſſet vacuum: ꝙ poſſet aliqd quantuncunqꝫ paruū videri ꝑ quantūcūqꝫ diſtantiā: puta ſi formica eſſet in celo: ſed hoc ē īpoſſibile: oꝫ.n.ad hoc ꝙ aliquid videatur ꝙ organū viſus patiatur a viſibili. oſtenſum eſt aūt ꝙ non patitur ab ipſo viſibili īmediate: q: viſibile ſuperpoſitum oculo non videtur: Relinquitur ergo ꝙ oporteat organum viſus pati a viſibili per aliquod medium. neceſſe eſt ergo eſſe aliquod medium inter viſibile ⁊ viſum: Si autem eſt vacuum nihil eſt medium quod poſſet immutare ⁊ immutari. Relinquitur ergo ꝙ ſi eſſet vacuum omnino nihil videretur. Incidit autem in hanc opinionem democritus q: putabat ꝙ cauſa quare diſtantia impedit viſionem alicuius rei ſit per medium ꝙ reſiſtit immutationi viſibilis. hoc aūt eſt falſum. Non.n. diaphanum habet ꝯtrarietatem ad lumē vel colorē: ſed eſt in vltima diſpoſitione ad eoꝝ receptionē: cuius ſignū eſt ꝙ ſubito īmutatur a lumine vel colore. ¶ Cā aūt quare diſtantia īpediat viſū eſt q: omne corpus videtur ſub quodā angulo cuiuſdā trianguli: vel magis piramidis: cuiꝰ baſis eſt in re viſa: ⁊ angulus ē in oculo videntis. Neqꝫ differt q̄ꝫtum ad hoc vtꝝ viſus fiat extra mittēdo: ita ꝙ linee ꝯcludentes triāgulum vel piramidem ſint linee vel viſuales progredičtes a viſu ad rē viſam vel econuerſo fiat. dū modo viſus ſit ſub predicta figura trianguli vel piramidē: qđ ideo neceſſe eſt: q: cuꝫ res viſa ſit maior quantititate q̄ꝫ pupilla: oꝫ ꝙ proportionaliter diminuendo proueniat immutatio viſibilis vſqꝫ ad viſum. Manifeſtum eſt aūt ꝙ quanto latera trianguli vel piramidis ſunt longiora dū mō ſit eadē baſis: tanto angulus eſt minor. ⁊ iđ q̄ꝫto aremotiori videtur minus. videt̄ ⁊ tanta pōt cē diſtātia ꝙ oīno nō videtur. ¶ Deinde cū dicit.

Ignis aūt in vtriſqꝫ videtur ⁊ in tenebra ⁊ in lumine: ⁊ hoc ex neceſſitate: diaphanuꝫ .n. ab hoc lucidum fit.

¶ Oſtēdit qūo videatur ignis ⁊ lucida corpora. ⁊ dicit ꝙ videntur non ſolū in lumine ſicut colorata: ſed ēt in tenebris ſicut illa de quibus ſupra dixit. ⁊ hoc ex neceſſitate ꝯtingit: q: ignis habet tantū de lumine ꝙ poteſt diaphanum omnino facere in actu: ita vt ⁊ ipſū ⁊ alia videantur. Nec ē tm̄ debile lumē eius ꝙ ad preſentiā maioris obumbretur ſicut accidit in hiis q̄ ſūt dicta ſ. ¶ Deinde cū dicit.

Lo.75. Eadem.n. ratio eſt ⁊ de ſono ⁊ de odore Nihil.n. ipſorum tangēs ſenſitiuū facit ſenſum. Sed ⁊ ab odore quideꝫ ⁊ ſono media mouentur: ab hoc autem ſenſitiuoꝝ vtrūqꝫ Cum autem ſuper ipſū ſenſitiuum aliquis apponit odorans aut ſonans: neqꝫ vnū ſenſum faciet. De tactu auteꝫ ⁊ guſtu habet ſe ſimiliter: non autē videtur. propter quā aūt cauſam poſterius erit manifeſtū. Medium autē ſono quidem aer eſt. Odori autem in-

Lo.76. nominatum eſt. Communis.n. quedaꝫ paſſio eſt ab aere ⁊ aqua: ſicut diaphanum colori: ſic eſt habēti odorem ꝙ eſt in vtriſqꝫ his Videntur.n. animaliū aquatica habere odoris ſenſum. Sed homo ⁊ pedibus ambulātium quecunqꝫ reſpirant impoſſibilia ſunt odorare niſi reſpirantia. Cauſa autē de his poſterius dicetur.

¶ Oſtendit ꝙ ſimiliter ſe habet in aliis ſenſibus ſicut in viſu. ⁊ dicit ꝙ eadeꝫ ratio eſt de ſono ⁊ odore ſicut ⁊ de colore. nullū.n. eoꝝ ſentitur ſi tangit organuꝫ ſenſus ſed ab odore ⁊ ſono mouentur media: a medio āt vtrunqꝫ organoꝝ auditus. ſ. ⁊ olfatus. Sed cuꝫ aliqs ponit corpus odorans aut ſonans ſuper organum ſenſus nō ſentitur: ⁊ ſimiliter eſt in tactu ⁊ guſtu: licet nō videatur ꝑꝑ cauſam que inferius dicetur. ¶ Deinde oſtendit qđ ſit mediū in his ſenſibilibus. ⁊ dicit ꝙ illđ quod mouetur a ſono eſt aer: mediū aūt quod mouetur ab odore eſt aliqd commune aeri ⁊ aque: ſicut ⁊ vtrunqꝫ eoꝝ eſt mediū qđ mouetur a colore: ſed a colore mouetur vtrunqꝫ hoꝝ ſecundū ꝙ diaphanū paſſio aūt communis aeri ⁊ aque ſecundū quā mouet̄ ab odore eſt īnominata: non.n. mouetur ab odore ſcđm ꝙ ſūt diaphana Et ꝙ vtrūqꝫ hoꝝ moueat̄ ab odore manifeſtat per hoc ꝙ animalia aquatica hn̄t ſenſuꝫ odoris: ex quo manifeſtum eſt ꝙ aque mouent̄ ab odore homo autem ⁊ animalia greſſibilia ⁊ reſpirantia non odorant niſi reſpirando. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ aer eſt mediū in odoratu: Hoꝝ aūt cā poſterius dicetur. Lo.77.

Unc autem primū de ſono ⁊ olfatu determinemus. Eſt aūt duplex ſonus: Hic quidem.n. actu quidam alius autem potentia: alia.n. non dicimus hr̄e ſonum: vt ſpongiam: lanam: pilos. Quedā autem habent: vt es ⁊ quecunqꝫ plana ⁊ lenia ſunt: quoniam poſſunt ſonare. Hoc aūt eſt ipſius medii ⁊ auditus facere ſonū actu.

¶ Lectio decimaſexta.

Oſtq̄ꝫ phyloſophus determinauit de viſibili: hoc determinat de audibili .i. de ſono. ⁊ diuiditur in.d.p. In prima determinat de ſono in coī. In ſcđa determinat de quadā ſpē ſoni. ſ. voce. ibi. (Vox auteꝫ.) prima in.d.i pr̄ia determinat de ſono. In ſcđa de differētiis ſonoꝝ. ibi. (Differentie autem ſonorum.) Prima in.d. in prima determinat de ſono. in ſecunda mouet quandam dubitationem circa predeterminata. ibi. (Utrum autē ſonat.) Pr̄ia in.d. in prima determinat de generatione ſoni: in ſecunda de immutatione auditus a ſono. ibi. (Uacuum autem.) Si autem queratur quare determinat hoc de generatione ſoni cum ſupra non determinauerit de generatione coloris: ſed ſolum de immutatione ſenſus ⁊ medii a colore: Sciendum eſt ꝙ color ⁊ odor ⁊ ſapor ⁊ qualitates tangibiles habent eſſe permanens. ⁊ fixū in ſuo ſubiecto. Unde eſt alia conſyderatio ipſarum qualitatum ſecundum ſe: ⁊ ſecūdum ꝙ immutāt ſenſum. ⁊ ꝑꝑ hoc alterius eſt conſyderationis vtrūqꝫ Unde phyloſophus de generatione coloris ⁊ ſaporis ⁊ odoris determinat in libro de ſenſu ⁊ ſenſato: de qualitatibus autem tangibilibus in libro de generatione ⁊ quantum ad aliqua in libro meteo. in hoc autem li. non intendit determinare de ſenſibilibus niſi inquantum ſunt immutatiua ſenſus. Sonus autem cauſatur ex motu: ⁊ non habet eſſe fixum ⁊ quieſcens in ſubiecto: ſed in quadam immutatione conſiſtit. vnde ſimul determinatur de eo ſcđm ꝙ generatur in ſua ſpē: ⁊ ſcđm ꝙ immutat ſenſum. ¶ Prima autem pars diuiditur

in duas. in prima determinat de prima generatione ſoni. in ſecunda de ſecunda que fit ꝑ reflexionem ibi. (echon aūt fit.) Circa primū. d. ſ. primo oñdit ꝙ ſonus quandoqȝ eſt in actu: quandoqȝ in potentia. ſecundo oſtendit qūo fit ſonus in actu ibi. (fit aūt ſecundum actū.) Dicit ergo primo ꝙ anteq̄ȝ determinet de tactu ⁊ de guſtu: dicendū eſt de ſono ⁊ olfatu: ſed primo de ſono q: ſpiritualior eſt vt ſupra oñſum eſt. Sonus autem dupliciter dicitur: dicit. n. ſonus actu: ⁊ ſonus in potentia. dicimus aūt aliquam reȝ habere ſonum: ⁊ quando actu ſonat: ⁊ quãdo habet potentiam ſonandi. ſicut dicimus hec campana bene ſonat: q̄ȝuis non ſonet in actu. ⁊ ſecundum hunc modū dicim⁹ ꝙ quedam non habent ſonū: q: non habent potentiã ſonandi: ſicut ſpongia ⁊ hm̄ōi mollia: Quedã auteȝ dicuntur habere ſonū q: poſſunt ſonare: ſicut es ⁊ alia hm̄ōi plana ⁊ lenia. Sic ergo patet ꝙ ſonus quãdoqȝ dicitur ſecundum potentiã: quandoqȝ ſecundū actuȝ ſed ꝙ fiat ſonus in actu: hoc ptinet ⁊ ad mediuȝ ⁊ ad auditum. Omne. n. ſenſibile dupliciter dicitur in actu vno modo qñ actu ſentitur: hoc eſt dū ſpecies eius ē in ſenſu: ⁊ ſic ſonus eſt actu ſcd̄m quod eſt in auditu: Alio modo ſecundū ꝙ habet propriam ſpēm ꝑ quaȝ ſentiri pōt: prout eſt in ſuo ſubiecto: ⁊ ſic alia ſenſibilia ſunt in actu: prout ſunt in corporibus ſenſibilibus: ſicut color prout eſt in corpore colorato: ⁊ odor ⁊ ſapor ꝓut ſunt in corpore odorifero ⁊ ſaporoſo. Sic aūt non eſt de ſono. nã in corpore ſonante non eſt ſonus niſi in potentia: in medio autem quod mouetur ex percuſſione corporis ſonantis fit ſonus in actu. ⁊ propter hoc dicitur ꝙ ſonus in actu eſt medii ⁊ auditus: non aūt ſubiecti ſonabilis.

¶ Deinde cū dicit.

Co. 78. **Fit autē qui ſecundum actum ſonus ſemper alicuius ad aliqd ⁊ in aliquo: percuſſio. n. eſt faciens. Unde impoſſibile eſt cum ſit vnum fieri ſonū. Alteꝝ. n. eſt verberans: ⁊ quod verberatur: quare ſonans ad aliquid ſonat. Tangit. n. aliquid. Cum aūt ictu tangitur: ſonat. Ictus autem non fit ſine motu.**

¶ Oſtēdit quomodo ſonus fiat in actu. Et circa hoc d. ſ. Primo oſtendit quot concurrunt ad hoc ꝙ ſon⁹ conſtituatur in actu. ſecundo oſtendit qualia eſſe oporteat ibi. (Sicut autē diximus.) Dicit ergo pr̄io ꝙ ad hoc ꝙ ſonus fiat in actu oportet tria concurrere. fit enim ſemper alicuius: ⁊ ad aliquid: ⁊ in aliquo: ⁊ iō ſi ſit vnum tantum non poteſt ſonum facere. Et hui⁹ ratio eſt. quia percuſſio eſt cauſa ſoni. oportet igīt eſſe aliquid ideſt percutiens: ⁊ aliquid percuſſum. Et ꝓpter hoc dicit ꝙ (ſonus eſt elicuius ad aliquid) ideſt percutiens ad percuſſum. Oportet enim ꝙ illud qđ facit ſonum tangat aliquid: ⁊ cum tetigerit ſuo ictu generetur tunc ſonus. Ictus autem percutiens non fit ſine motu locali: motus autem localis non eſt ſine medio. Unde relinquitur ꝙ oportet eſſe mediuȝ ad hoc ꝙ fiat ſonus in actu. ⁊ hoc eſt qđ dictū eſt ꝙ oȝ eſſe ſonum: non ſolum alicuius ⁊ ad aliquid: ſed in aliquo.

¶ Deinde cū dicit.

**Sicut aūt diximus: non contingentium ictus ſonus eſt: nullum. n. faciunt ſonum pili: ⁊ ſi percutiantur: ſed es ⁊ quecunqȝ lenia ⁊ concaua ſunt. Et quideȝ quoniam lene eſt Concaua autē ex repercuſſiōe: faciūt multos ictus poſt primum in potenti exire qđ motum eſt.**

¶ Oſtendit qualia oportet eſſe ea que requirūtur ad ſoni generationem. Et primo oſtendit qualia oportet eſſe percutiens ⁊ percuſſum. ſecundo quale oportet eē medium ibi. (amplius autem.) Dicit ergo primo ꝙ ſicut predictum eſt ſonus non fit ex percuſſione quorumcunqȝ contingentium corporum. Dictum eſt eniȝ ſupra ꝙ pili ⁊ ſpongia ⁊ huiuſmodi mollia non habent potentiam ſonandi: vnde nullum ſonum faciunt etiam ſi percutiantur. Cuius ratio eſt: quia mollia cedunt percutienti: vnde ex percuſſione non extruditur aer: vt ſic in eo poſſit formari ſonus ex ictu percutientis: ⁊ reſiſtentia percuſſi. Sed ſi huiuſmodi mollia comprimantur vt aliquam duriciem habeant ⁊ reſiſtant percutienti ſequitur ſonus: licet ſonus ſurdus. Sed es ⁊ corpora lenia ⁊ concaua ſua percuſſione faciunt ſonum: neceſſe eſt enim ꝙ illa ex quorum percuſſione ſonus redditur ſint dura vt aer extrudatur: que quidem extruſio eſt cauſa generationis ſoni. Requiritur etiam ꝙ ſint lenia vt ſit aer vnus ſicut infra dicetur. Concaua autem etiam percuſſa bene reddunt ſonum: quia in eis intus aer concluditur. Et cum illđ quod primo motum eſt non poſſit ſtatim exire: percutit alium aerem: ⁊ ſic ex percuſſione fiunt multi ict⁹ ⁊ multiplicatur ſonus. Et propter hoc etiam illa que in ſui compoſitione habent aerem bene diſpoſitum: ſunt bene ſonora: ſicut er ⁊ argentum. In quoꝝ autē compoſitione aer non bene ſe habet non ſunt bene ſonora: ſicut plumbum ⁊ alia huiuſmodi: que ſunc feculenta ⁊ terreſtria.

¶ Deinde cū dicit.

**Amplius auditus in aere ⁊ in aqua: ſed minus in aqua. Non eſt autē ſoni proprius aer neqȝ aqua. Sed oportet firmorū repercuſſione fieri ad inuicem ⁊ ad aera. Hoc āt fit: cū permaneat percuſſus aer: ⁊ non ſoluatur: vnde ſi velociter ⁊ fortiter percutiatur: ſonat. Oportet. n. preoccupare motū ferientis fracturam aeris. ſicut ſi congregationeȝ aut cumulum lapilloruȝ percutiat aliqs latum velociter.** Co. 79.

¶ Oſtendit quale ſit medium in quo generatur ſonus. ⁊ dicit ꝙ medium in quo ſonus auditur eſt aer ⁊ aqua: ſed minus auditur in aqua: quam in aere. vñ propinquiſſimum mediuȝ tam in generatione ſoni q̄ȝ in auditu eſt aer. Et quia medium in quolibet ſenſu qualitatibus ſenſibilibus ſecundum illum ſenſū caret vt poſſit omnes recipere. Manifeſtuȝ eſt ꝙ neqȝ aer neqȝ aqua hn̄t ꝓprium ſonū: ſed neceſſariū eſt ad ſoni generationē: in aere vel aqua: ꝙ aliqua corpora firma vel ſolida ⁊ dura percutiant aerem: ꝙ autem ſimul fiat percuſſio ſollidorum ad inuicem: ⁊ per conſequens ſonus: ⁊ ad aera contingit cum aer in ſua integritate manet vt poſſit percuti: ⁊ non diuiditur ante percuſſionem. ⁊ propter hoc videmus ꝙ ſi aliud tardo motu tangat alterum: non facit ſonum: quia prius recedit aer ⁊ diſſoluitur q̄ȝ contactus ſolidorum corporum fiat: ſed ſi percuſſio ſit velox ⁊ fortis tunc fit ſonus: quia ad hoc ꝙ fiat ſonus oportet ꝙ motus percutientis preueniat diuiſionem aeris: vt aer adhuc adunatus ſiue collectus percuti poſſit ⁊ in eo ſonus generari. Et eſt ſimile ſicut cum aliquid velociter fertur percutere poteſt aceruum lapidum anteq̄ȝ diſſoluatur: quod non contingit ſi tarde moueatur. ⁊ propter hoc etiam quando aliquid velociter fertur ipſo aere facit ſonum ex ſuo motu: quia ipſe aer adhuc adunatus ſe habet in ratione percuſſi: ⁊ non ſolum medii.

¶ Deinde cū dicit.

Co.80. Echon autē fit:cum ab aere vno facto ꝓ
pter vas determinans ⁊ ꝓhibens diffun/
di:iterum aer repellitur ſicut ſpera.

¶ Determinat de ſecunda generatione ſoni que fit ꝑ reuerberationem:q quidē ſonus vocatur echon:pͥo ergo determinat quō generetur.ſecundo oſtēdit quō diuerſificatur in eius generatione.ibi.(Videtur āt.) Conſyderandū eſt autem circa pͥmū ꝙ generatio ſoni in aere conſeqtur motū aeris: vt dictū eſt.ſic aūt cōtingit de īmutatione aeris apud generationem ſoni: ſicut de īmutatione aque cū aliquid in aqua ꝓiicitur. Manifeſtum eſt.n.ꝙ fiunt quedā regirationes ī circuitu aque percuſſe que qdē circa locū ꝑcuſſionis ſūt parue ⁊ motus eſt fortis.in remotis autē girationes ſunt magne ⁊ motus debilior:tandem autem motus totaliter euaneſcit ⁊ girationes ceſſant,. Si autē anq̄ motus ceſſet girationes ille aliquod obſtaculum inueniant fit motus girationis in contrarium: ⁊ tanto vehementius:quanto ꝓpinquis fiunt pͥme ꝑcuſſioni Sic igitur intelligendū eſt ꝙ ad percuſſionē corpoꝝ ſonantium aer in girum mouetur: ⁊ ſonus vndiq̄ diffunditur: ⁊ in vicino quidem giratiōes ſunt minores ſed motus fortior: vnde ⁊ ſonus ſonus fortius ꝑcipit in remotis autem girationes ſunt maiores ⁊ motus debilior ⁊ ſonus obſcurior auditur:tandem autem deficit totum. Si autem anteq̄ hmōi girationes deficiant fiat reuerberatio aeris ſic moti: ⁊ ſonum deferentis ad aliquod corpus:girationes reuertentur in contrarium: ⁊ ſic auditur ſonus.q.ex aduerſo ⁊ h̄ vocantur echon.quod precipue fit quando illud obſtans ad quod repercutitur aer motus eſt aliquod corpus concauum.q.quoddā vas detinens aerem in ſua vnitate: ⁊ ideo prohibens ipſum diuidi:tunc.n. ille aer fit vnitus ⁊ commotus:q2 non poteſt vlterius motum protendere propter corpus obſtans percutit iterum aerem a quo percutiebatur: ⁊ fit motus in contrariū ſicut accidit cum aliquis ꝓiicit pilam que h̄ ſpera dicitur ⁊ inueniens obſtaculum retro reſilit.

¶ Deinde cū dicit.

Videtur autē ſemper fieri echon : ſed nō certus:q2 accidit ī ſono ſicut ⁊ ī lumine. Et enim lumen ſemper repercutitur:neq̄ eniz fieret penitus lumen:ſed tenebra extra ſolem. Sed nō ſic repercutitur ſicut ab aqua aut aere aut ⁊ ab aliquo alio lenium: quare tenebram facit qua lumē determinamus.

¶ Oſtendit quomodo diuerſimode fit echon. ⁊ dicit ꝙ videtur ſemper fieri echon.ſed non ſemper fit certus.i.manifeſte perceptibilis . ⁊ h̄ oſtendit per ſimile dicit.n.ꝙ accidit in ſono ſicut in lumine:lumen.n.ſemper repercutitur:ſed quandoq̄ quidem eſt manifeſta repercuſſio luminis:quando repercutit̄ ab aliquo corpore fulgido:ita ꝙ cum quadam claritate fit luminis repcuſſi ſibi mō ꝑme luminis emiſſiōi. Immāifeſta aūt ē repercuſſio luminis qn̄ repercutit̄ ab aliquo corpore opaco:quia huiuſmodi percuſſio fit ſine claritate ⁊ radiorum emiſſione. niſi .n. a corporibus opacis fieret repercuſſio radiorum ſolis:non fieret lumē penitus.i.in qualibet parte aeris ſuperioris emiſperii:ſ3 vbiq̄ eſſet tenebra extra ſolem .i. extra loca atq̄ directe perueniunt radii ſolares:non tamen ſic repercutitur lumen a corporibus opacis ſicut ab aqua vel aere:aut aliquo de numero leuium corporum ⁊ terſoꝝ a quibus fit repercuſſio cum claritate ⁊ radioꝝ emiſſione. Et ideo repercuſſio que fit a corporibus opacis non eſt ſimilis repercuſſioni que fit a corporibꝰ fulgidis. repercuſſio.n.que fit a corporibus opacis facit tenebram ideſt vmbram ex illa parte vbi determinat lumen:quod eſt ex directa emiſſione radioꝝ ſolariū. Similiter autem quando repercuſſio ſoni fit ad corpus concauum in quo natus eſt multiplicari ſonus fit echon certus ideſt maxime comprehenſibilis. quādo autem ad aliqua corpora fit reuerberatio ſoni que nō ſunt nata multiplicare ſonū:non fit echon manifeſtus.

Vacuum autem recte dicitur proprium Co.81.
audiendi:videtur enim eſſe vacuū aer:hoc
autem eſt faciens audire:cum moueatur cō
tinuus ⁊ vnus. Sed propter id ꝙ fragilis
eſt non ſonat : niſi lene ſit quod percutitur:
tunc autem vnus fit . Simul enim propter
planum:vnum enim eſt lenis planum. So/
natiuum quidem igitur quod motiuum vni Co.82.
us aeris continuitate vſq̄ ad auditum.

¶ Lectio decimaſeptima.

Oſtq̄ phyloſophus determinauit de generatione ſoni:hic determinat de immutatione ſenſus a ſono: ⁊ pͥmo quantū ad immutationem medii:ſecundo quantum ad immutationem inſtrumenti ibi.(auditus autem)

¶ Dicit ergo pͥmo:ꝙ quia medium in ſono eſt aeris recte dicitur a quibuſdam ꝙ vacuum eſt ꝓpͥū ſenſui additus:quia videtur eis ꝙ vacuum ſit aer:aer autem facit audire ſonum cum moueatur exiſtens cōtinuus: vt in eo poſſit formari ſonus. Et quia ad hoc ꝙ formetur ſonus:neceſſaria eſt vnitas ⁊ continuitas aeris:ideo non fit ſonus niſi ſonabile quod percutitur ſit lene.lene.n.ē:cuiꝰ vna ꝑs nō ſupeminet alteri,aſpeꝝ āt:cuiꝰ vna ꝑs alicui ſupeminet.vn̄ māifeſtū ē ꝙ ſuꝑficies lenis corporis eſt ſimpliciter vna.⁊ propter hoc aer propter vnitatem plani ideſt ſuperficiei ſit vnus ⁊ ſimul exiſtens. Si autem corpus non ſit lene ſed aſperum:tunc ſuperficies non eſt vna. Et quia aer eſt fragibilis ideſt facile diuiſibilis ſeqtur ꝙ aer non ſit vnus ⁊ continuus: vnde non pōt in eo formari ſonus . Sic igitur patet ꝙ illud eſt ſonans tantum ideſt faciens ſonum quod mouet aerem vnum continuum exiſtentē a ſe vſq̄ ad auditum. Sic ergo patet ꝙ illi quiꝰ dicūt ꝙ vacuum eſt proprium ſenſui auditus: dicunt aliqd recte:quia competit aeri quem vacuum eſſe dicunt: non autem dicunt recte quantum ad hoc ꝙ plenum aere dicunt eſſe vacuum.

¶ Deinde cū dicit.

Auditus autem connaturalis eſt aeri: propter id autem ꝙ in aere eſt moto exteriori quod infra mouetur:propter quod quidem non vbiq̄ audit animal . neq̄ vbiq̄ tranſit aer. Non enim vbiq̄ habet aerem mouenda pars ⁊ animatum : ſicut pupilla humidnm.

¶ Determinat de immutatione auditus a ſono quantum ad ipſum organum ſenſus auditus. Et circa hoc tria facit.pͥmo oſtendit ꝙ aer appropriatur organo auditus.ſecundo oſtendit qualis ſit aer qui competit organo auditus ibi.( per ſe quidem igitur ).tertio oſtēdit quomodo auditus impeditur: vel non impeditur ex impedimento organi ibi .( propter hoc autem ⁊ aqua . ) Dicit ergo ꝙ auditus connaturalis eſt aeri:ita ꝙ ſicut humidum aque conuenit inſtrumento viſus:ita aer conuenit inſtrumento auditus . ⁊ hoc ideo.quia ſi attribuatur aer inſtrumento auditus ſequitur ꝙ eadem paſſio ſoni erit ī aere exterius moto

⁊ in aere qui mouet̃ intus: ⁊ eſt inſtrumentũ auditus ⁊ ideo animal non audit in qualibet parte corporis: neque aer ſonãs penetrat quãcunq; partem corporis animati. quia animatũ non habet in qualibet ſui parte aerẽ: vt quelibet pars eius poſſit eſſe mouẽda a ſono: ſicut etiam animatũ habet humidũ aque: non vbiq; ſed in quadã parte determinata. ſ. in pupilla.

¶ Deinde cũ dicit.

Co.83. Per ſe quidem igit̃ inſonabilis aer: propter id ꝙ facile ceſſabilis eſt. Cũ vero ꝓhibeatur defluere huiuſmodi motus ſonus ẽ. Hic autem ẽ in auribus edificatus: cum hoc ꝙ immobilis ſit: quatenus certe ſentiat omnes differentias motus.

¶ Oſtendit qualis ſit aer qui appropriat̃ inſtrumento auditus. Et dicit ꝙ cum omne habẽs ſonũ ſit aptum natũ reſiſtere percutiẽti: manifeſtũ eſt ꝙ aer per ſe non habet ſonum: eo ꝙ de ſe nõ eſt natũ reſiſtere percutiẽti ſed facillime cedit. ꝓhibetur enim ceſſio eius. ſiue defluxus ab aliquo corpore ſolido. ⁊ ideo cũ hoc accidit: motus aeris reddit ſonum. dictum eſt. n. ꝙ ad generationem ſoni oportet fieri percuſſionẽ duorũ ſolidorũ ad inuicem ⁊ ad aerem. Sed aer qui ẽ ↄnãlis auditui: (eſt hedificatus). i. firmiter diſpoſitus in auribus cum hac ꝓprietate ꝙ ſit immobilis ad hoc ꝙ animal poſſit ſentire ꝑ certitudinẽ omnes differẽtias motus. ſicut enim humidum aqueũ quod eſt in pupilla caret omni colore: vt poſſit cognoſcere oẽs colorũ differẽtias: ita oportet ꝙ aer qui ẽ intra timpanũ auris: careat omni motu ad hoc ꝙ poſſit diſcernere omnes ſonorũ differentias.

Denide cum dicit.

Propter hoc ãt ⁊ in aqua audimus quoniam non ingreditur ad ipſum connaturalez aerem: ſed neque in aurem propter reflexiones ipſius. Cum autem hoc accidat: non audit: neq; ſi miringa: ſicut que in pupilla pellis laboret.

¶ Oſtendit quomodo impediat̃ auditus ex impedimento organi. Ponit autẽ duo impedimẽta ſʒ duo q̃ dixit eſſe neceſſaria ad organũ auditus. Quorũ primũ eſt ꝙ ſit ibi aer. ſecundum eſt ꝙ ille aer ſit immobilis. Primũ ergo impedimẽtum eſt ex hoc ꝙ ipſe aer corrumpit̃. Et ideo ex predictis manifeſtũ eſt: ꝙ in aqua auditus ſit ita dũtaxat: ꝙ aqua nõ ingrediatur ad ipſuʒ cõnaturalem aerẽ quẽ dixit hedificatũ eſſe in auribus: ſed neq; etiam in aurem ingrediatur: qd̃ poſſibile eſt ꝓpter reflexiones q̃ ꝓhibent introitũ aque in aurẽ. Sed cum hoc accidit ꝙ aqua. ſ. ingrediat̃ ad naturalẽ aerẽ: non audit animal ꝑꝑ corruptionem aeris qui eſt neceſſarius ad audiendũ: ſicut etiã ſi corrũpat̃ humidũ pupille ex imiſſione alicuius extranei: impedit̃ viſio. ⁊ nõ ſolũ corruptõe aeris ipedit̃ auditus: ſed ẽt (ſi miringa). i. pellis circundãs aerẽ: aut aliqua pars coniuncta (laboret). i. infirmet̃: ſicut viſio impedit̃ ſi impediãt̃ pellis pupille: que cõtinet humorẽ aqueũ pupille. Quidaʒ ãt libri habent ꝙ in aq̃ nõ audimus. qd̃ eſt contra illud qd̃ dictũ eſt: ꝙ audimus in aere ⁊ in aqua: ⁊ cõtra illud qd̃ phs dicit i libro de hiſtoriis aĩaliũ: ꝙ aĩalia audiũt in aq̃. licet. n. aqua nõ ingrediat̃ ad interiorẽ aerẽ: tamen põt eũ cõmouere: ⁊ ſic iprimere in ipſuʒ ſpeciẽ ſoni.

Co.84. ¶ Secundũ aũt impedimentũ auditus ponit ibi.

Sed ſignum eſt audiendi: aut non ſonare ſemper aurem ſicut cornu. Semper. n. quodam proprio motu aer mouetur in auribus: ſed ſonus extraneus ⁊ non proprius. Et ꝓpter hoc dñt audire uacuo ⁊ ſonanti: quia audimus in habente determinatum aerem.

¶ Et hoc impedimentũ ꝓuenit ex hoc ꝙ aer q ẽ in auribus non eſt imobilis. vnde dicit ꝙ ſignũ ꝑ quod põt diſcerni vtrũ aliqs ſit boni auditus vel non eſt ꝙ ſemꝑ audiat tinnitũ in auribus ⁊ ſonũ: ſicut audit̃ cũ apponitur cornu ad aures ꝓpter motũ aeris i cornu: cũ. n. hoc accidit hõ non eſt boni auditus: qa aer i auribus ſic audiẽtis tinnitũ: ſemꝑ mouet̃ quodã ꝓprio motu: ſed ab inſtrumẽto auditus ſonus debet eſſe extraneus: ⁊ nõ ꝓprius: ſicut inſtrumentũ viſus recipit extraneũ colorez ⁊ nõ habet ꝓpriũ: ſi ãt haberet ꝓpriũ impediret̃ viſio. Et ſi aer q eſt i auribus hʒ ꝓprium motũ ⁊ ſonũ impedit̃ auditus. Quia igit̃ auditus ſit ꝑ aerẽ: ꝑꝑ hoc credẽtes aerẽ eẽ vacuũ: dicũt nos audire vacuo ⁊ ſonanti qa. ſ. pars q̃ audimus hʒ aerẽ determinatũ. i. imobilẽ ⁊ diſtinctũ ab aere exteriori.

¶ Deinde cũ dicit.

Utrum autem ſonet uerberãs: aut quod verberatur. aut vtrunq; : modo autem altero. Eſt eniʒ ſonus motus poſſibilis moueri hoc modo quo quidem ſaltantia a leuibus cum aliquis traxerit. Non igitur ſicut dictũ eſt: omne ſonat qd̃ verberatur ⁊ verberans: vt ſi obiiciatur acus acui: ſed oportet quod per cutitur regulare eſſe: vt aer ſubito diſſiliat: ⁊ moueatur. Co.85

¶ Mouet q̃õem circa generationẽ ſoni: vtrũ cã actiua ſoni ſit verberans aut quod verberat̃ ⁊ determinat ꝙ vtrũq; eſt cauſa: ſed alia ⁊ alio modo: q; enim conſequtur ſonus motũ neceſſe ẽ ꝙ ſicut aliqd eſt cã actiua motus: ita aliquid eſt cã actiua ſoni. generat̃ autẽ ſonus ex motu quo aliquid percutiens propter reſiſtentiã ꝑcuſſi reſilit: eo. ſ. modo quo (ſaltantia). i. reſilentia mouentur a leuibus ⁊ duris cũ aliquid (ea traxerit). i. fortiter ipulerit. Manifeſtũ ẽ igitur ꝙ primũ ꝑcutiens mouet: ⁊ iterũ percuſſum inq̃ʒtum facit reſilere ꝑcutiens: ⁊ ſic vtrũq; eſt cauſa actiua motus. Et quia in generatione ſoni neceſſe eſt ꝙ quedã reſilitio fiat ex reſiſtentia ꝑcuſſi non omne qd̃ verberat ⁊ verberatur ſonat: ſicut dictũ eſt prius. puta ſi obiiciatur acus acui: non fit ſonus: ſed ad hoc ꝙ generet̃ ſonus oportet hoc ꝙ percuitur eſſe regulare. i. eſſe ſic diſpoſitũ: vt aer ſubito diſiliat ex eius reſiſtentia ⁊ moueatur: ⁊ ex eius motu generetur ſonus.

¶ Deinde cum dicit.

Differentie autem ſonantium in ſono ſecundum actum oſtenduntur. Sicut. n. non videntur colores ſine lumine: ſic neque ſine ſono acutum ⁊ graue. Co.86.

¶ Determinat de differentiis ſonoꝝ. ⁊ circa hoc duo. ſ. primo oſtendit quomodo ꝑcipiant̃: ſ͠o quomõ nominent̃. ibi hec autem dicunt̃. ¶ Dicit ergo primo ꝙ diuerſe res ſonantes faciunt diuerſos ſonos: ſed huõi differentie ſonantiũ: ſ͠m ꝙ nate ſunt facere diuerſos ſonos: non manifeſtant̃ quando ſonus eſt in potentia: ſed ſolũ quando ſonus eſt in actu: ſicut enim nõ uident̃ colores ſine lumine: ſic nõ ꝑcipiunt̃ acutum ⁊ graue in rebus ſonatiuis niſi fiat ſonus in actu.

¶ Deinde eum dicit.

Hec autem dicuntur ſecundum metaphoram ab illis que tanguntur.

¶ Oſtendit quomodo differentie ſonoꝝ nominentur. ⁊ circa hoc quattuor facit. primo oſtendit vnde ſumantur nomina ſonorum. ⁊ dicit ꝙ ſumuntur ſ͠m metha. a qualitatibus tangibilibus. Manifeſtum eſt enim ꝙ acutũ ⁊ graue inter qualitates tangibiles cõputantur.

¶ Secundo ibi.

**Acutum.n. mouet ſenſum in pauco tp̄e multum. Graue autem in multo paucum.**

¶ Ponit rationes nominū. ⁊ dicit. ille ſonus acutus eſt qui multū mouet ſenſum auditus in pauco tēpore: grauis autem ſonus ē qui multo tp̄e mouet parum.

¶ Tertio ibi.

**Neqꝫ tamen velox eſt acutū: graue autē tardum: ſed fit hoc quidem propter velocitatē huius motus: illud autem ꝑꝑ tarditatē.**

¶ Quia predicte rationes videnť eſſe velocis ⁊ tardi: velox enim eſt qui in paruo tempore multum mouetur: tardum autem: qui in multo tempore parum. Oſtēdit qualiter ſe habet acutum ⁊ graue in ſonis ad velox ⁊ tardum in motibus ⁊ dicit quod uelox non eſt idem quod acutū: nec graue in ſonis ē idem quod tardum: ſicut nec ſonus cuius differētie ſunt graue ⁊ acutū eſt idem ꝙ motus cuius differētie ſunt velox ⁊ tardū. Sed ſicut motus eſt cauſa ſoni: ita velocitas motus eſt cā ſoni acuti ⁊ tarditas motus eſt cā ſoni graui: ſed hoc intelligendū eſt cū ſonus cauſať ab vno motu: cuꝫ autem cauſať ex pluribus motibus frequentia motuum eſt cā acuti ſoni: ⁊ tarditas eſt cā grauis. vt dicit boetius in muſica. Unde ⁊ corda magis tenſa acutius ſonat: q: ex vna ꝑcuſſione frequentius mouetur.

Quarto ibi.

**Et videntur ſimilitudineꝫ habere circa tactum cum acuto ⁊ hebeti: acutū.n. quaſi pūgit: hebes quaſi pellit ꝓpter id quod mouet hoc quidem in pauco: illud autem in multo. Quare accidit hoc quidem velox: illud aūt tardū eē. De ſono igitur ſic determinatū ſit.**

¶ Aſſimilat differentias ſonorum qualitatibus tangibilibus a quibus nominantur. ⁊ dicit ꝙ ea q̄ ſunt circa tactū habent ſimilitudinē cū acuto ⁊ hebeti in ſonis. q: acutus ſonus. q. ꝓūgit auditū eo ꝙ ī pauco tp̄e mouet ipſū. hebes aūt. q. pellit q: in multo tp̄e mouet. vnde vnū eorū accidit cū velocitate motus: aliud cū tarditate vltimo concludit ꝙ ſic de ſono determinatum ſit.

Co.87. **Vox autem ſonus quidā eſt animati. In animatorum.n. nullum uocat: ſed ſecunduꝫ ſimilitudinem dicitur vocare: vt tibia ⁊ lyra: ⁊ quecunqꝫ alia inanimatorum extenſionem habent ⁊ melos ⁊ locutionem. Aſſimilanť. enim quia ⁊ vox hoc habet.**

Lectio decimaoctaua.

Oſtēſo phyloſophus determinauit de ſono hic determinat de voce que eſt ſpecies ſoni. Et diuidiť in partes duas. In quarū. ꝑma ꝑmittit q̄dam que ſūt neceſſaria ad diffinitionē vocis. In ſecūda diffinit vocē ibi. (q̄re percuſſio) circa primū. d. ſ. primo oſtēdit quorū ſit habere voceꝫ ibi. (vox autē ſonus.) Circa primū. d. ſ. primo oſtēdit ꝙ habere vocē eſt animatorum. ſecūdo oſtēdit quorū animatorū ibi. (multa aūt animaliū.) Dicit ergo primo ꝙ vox eſt quedā ſpecies ſoni. ē enim ſonus animati: nō autē quolibet ſed quodam vt poſt patebit. Nullū autem inanimatū habet vocem: ⁊ ſi aliquādo aliqđ eorum dicať habere vocem: hoc eſt ſm ſimilitudineꝫ: ſicut tibia ⁊ lyra ⁊ huiuſmodi inſtrumēta dicunť habere vocē. habēt enim tria eoꝝ ſoni in quibus aſſimilanť voci. Quorū primū eſt extenſio. manifeſtū eſt enim ꝙ in corpibus inanimatis ex ſimplici percuſſione cauſať ſonus. vnde cū ꝑcuſſio ſtatim trāſeat: ſonus etiam cito tranſit ⁊ non cōtineāť. Sed vox cauſať ex ꝑcuſſione aeris ad vocalē arteriā: vt poſt diceť: que quidē ꝑcuſſio contineať ſm appetitū anime: ⁊ ideo vox extēdi poteſt ⁊ cōtinuari. Illa igiť inſtrumēta de quibus dictū eſt ex hoc ipſo ꝙ habēt quandā cōtinuitatē in ſuo: hn̄t ſimilitudinē vocis. ¶ Secundū aūt in quo aſſimilanť voci eſt melos. i. conſonātia. ſonus enim corporis inanimati cū ex ſimplici ꝑcuſſione ꝓueniat vniformis eſt nō hn̄s in ſe diuerſitatē grauis ⁊ acuti. vnde in eo non eſt conſonantia que ex eoꝝ propoſitione cauſať: ſed vox diuerſimode fit ſm appetitum animalis vocem emitentis. vnde cū in predictis inſtrīs diſtinctio ſit grauis ⁊ acuti in ſono: eorū ſonus ē cum quedā melodia ⁊ ſimilitudinem vocis. ¶ Tertium in quo ſonus horū inſtrumentorum habet ſimilitudinē vocis eſt locutio. i. interpretatio ſonorū ad ſimilitudinem locutiōis. manifeſtū eſt. n. ꝙ humana locutio nō eſt continua. vnde ⁊ in libro predicamentorum: oratio que in voce proferť ponitur ſpecies q̄titatis diſcrete. diſtinguitur enim oratio per dictiones: ⁊ dictio per ſyll'as: ⁊ hoc accidit propter diuerſas percuſſiones: vtpote diuerſaꝝ cordarū vel diuerſorum flatuum: aut aliquorum huiuſmodi.

¶ Deinde cum dicit.

**Multa autem animalium vocem non habent: vt que ſunt ſine ſanguine ⁊ ſanguinem habentium piſces. Et hoc rōnabiliter: ſiquidem motus ſonus ē. Sed qui dicunť vocare: vt qui in acheleo ſonāt brachiis: aut quodam altero huiuſmodi.**

¶ Oſtendit quoꝝ animatorum ſit habere vocem: ⁊ dicit ꝙ etiā multa animalia nō habent vocē: ſicut omnia carentia ſanguīe quorū quattuor ſunt genera: vt diciť in li. de aīalibus. ſ. molli q̄ habent mollē carnem exterius: vt pulpi ⁊ ſepie: ⁊ animalia mollis teſte: vt cauſa cācri. ⁊ animalia dure teſte: ⁊ animalia anuloſi corporis: vt apes ⁊ formice: ⁊ hmōi. nullū enim hoꝝ habet ſanguinē neqꝫ vocem. Et ſimiliter etiam aliqua animaliū habentiū ſanguinē nō habent vocē. ſ. piſces. ⁊ hoc rationabiliter accidit ſonus: q: eſt quidā motus aeris vt ſupra dictum: eſt hmōi autem animalia nō reſpirant aerē: ⁊ ideo nō habent ꝓprium ſonū qui ſit vox. Sed qđ aliqui piſces dicunť habere vocē: ſicut qui ſunt in acheleo qđ eſt ꝓprium nomē fluuii: non hn̄t ꝓprie vocē: ſed faciunt quendam ſonum cum branchiis quibus expellunt aquā: ⁊ attrahunt aerē aut aliquo inſtrumento.

¶ Deinde cum dicit. Co.88.

**Vox aūt ſonus animalis eſt ⁊ non qualibet parte: ſed quoniam omne ſonat verberāte aliquo ⁊ aliquid in aliquo: Hoc autem eſt aer. rationabiliter vtique vocabunt hec ſola quecunqꝫ ſuſcipiunt aera.**

¶ Oſtendit qđ ſit organum vocis. Et circa hoc tria facit primo oſtendit ꝙ idē eſt organū vocis ⁊ reſpirationis. ſecundo oſtendit ꝙ ad qđ reſpiratio ſit vtilis ibi (iā enim reſpiratio. tertio oſtendit qđ ſit organum reſpirationis ibi. organum autem). ¶ Dicit ergo primo ꝙ q̄uis vox ſit ſonus animalis: non tamen cuiuſcunqꝫ partis animalis ſonus eſt vox: ſed quia ad generationem ſoni requiritur ꝙ ſit percuſſio alicuius ad aliquid ⁊ in aliquo quod eſt aer rationabile eſt ꝙ illa ſola animata vocem habeant q̄ aerem reſpirando ſuſcipiunt: ⁊ ex eadem parte vnde reſpirant.

¶ Deinde cum dicit.

**Iam.n. aere reſpirato vtiť natura in duo opera: ſicut lingua ⁊ in guſtum ⁊ locutionē.**

Quorum qdem guſtus neceſſarius ē: vnde ⁊ pluribus ineſt. Interpretatio autem eſt ꝓpter bene eſſe: ſic ⁊ ſpiritu ⁊ ad calorem interiorem tanquam neceſſarium. Cauſa aūt in aliis dicta eſt. ⁊ ad vocem: vt ſit ꝙ bene.

¶ Dicit ꝙ natura vtit̄ aere reſpirato ad duo opa: ſicut etiam vtitur lingua ad guſtū: ⁊ ad locutionem: quorū duorum guſtus eſt neceſſarius: ē. n. diſcretiuus alimenti cōuenientis quo conſeruat̄ animal. ⁊ ꝓpter hoc pluribus animalibus ineſt. Sed iterꝑtatio q̄ ſit per locutionē ē ad bn̄ eſſe: ⁊ ſimiliter aere reſpirato natura vtit̄ ad mitigationē caloris naturalis: quod eſt neceſſariū: ⁊ huius cā dicta ē in libro de reſpiratione ⁊ expiratione: ⁊ vtit̄ aere reſpirato ad formationē vocis: quod eſt ad bene eſſe.

¶ Deinde cū dicit.

Co.89. Organum autem reſpirationis vocalis arteria eſt. Cuius autem cauſa hec pars eſt pulmo. Hac enim parte plus habent calore pedibus gradientia aliis. Indiget autē reſpiratione ⁊ circa cor locus primus. Unde neceſſe eſt interius reſpirante ingredi aerem.

¶ Oſtēdit quod ſit organum reſpirationis: ⁊ dicit ꝙ organum reſpirationis eſt vocalis arteria: que eſt ordinata ad pulmonem: vt ei deſeruiat per aeris attractionem. Aer enim neceſſe eſt vt recipiatur ī pulmone: q2 aīalia greſſiua habēt in hac parte plus de calore q̄3 in aliis partibus. pulmo. n. ꝯiungit̄ cordi: in quo ē principium caloris naturalis: ⁊ ideo locus qui eſt circa cor: indiget reſpiratione ad refrigerium caloris naturalis. dicit autē (locus primus): vel q2 ē primus poſt cor pulmo: vtpote ei vicinior: vel q2 cor eſt prima pars aīalis ⁊ quantū ad generationē: ⁊ quantum ad cauſalitatem motus: ⁊ ꝓpter hoc neceſſe eſt ꝙ aer ingrediat̄ ad pulmonem ad refrigeriū caloris naturalis cordis. vl' hoc ꝙ dicit ꝙ (in hac parte aīalia pedibus gradientia habent plus caloris aliis) intelligendum eſt aliis aīalibus Manifeſtum eſt enim ꝙ animalia habentia ſanguinē habent plus de calore naturali: carentibus ſanguine. ⁊ in genere habētiū ſanguinē: hn̄t piſces minus de calore naturali: ⁊ ꝓpter hoc aīalia carentia ſanguine. ⁊ piſces non reſpirant vt ſupra dictū eſt.

¶ Deinde cū dicit.

Co.90. Quare percuſſio reſpirati aeris ab anima que eſt in his partibus ad vocalem arteriam vox eſt.

¶ Ex premiſſis vocis diffinitionem concludit. Et circa hoc duo facit. ꝑmo ponit diffinitionē vocis: ſcḋo manifeſtat eā: ibi. (Nō eni ōis.) Dicit ergo primo ꝙ q2 vox eſt ſonus aīati: ⁊ ex illa parte qua aerē reſpirat: ōis aūt ſonus eſt ex aliqua ꝑcuſſione aeris: ſeqt̄ ꝙ vox ſit reſpirati ꝑcuſſio aeris ad arteriā vocalē: que quidē ſit ab aīa que eſt in his partibus. i. principaliter in corde: q̄uis enim aīa ſit in toto corpore vt forma animalis: tn̄ vis eius motiua eſt principaliter in corde. Datur autē hec diffinitio ꝑ cām. non enim vox eſt percuſſio ſ3 ſonus ex percuſſione cauſatus.

¶ Deinde cū dicit.

Non enim omnis animalis ſonus vox ē ſicut diximus. Eſt enim ⁊ lingua ſonare ⁊ ſicut tuſſientes. Sed oportet animatum verberans ⁊ cum imaginatione aliqua. Significatiuum enim quidam ſonus eſt vox ⁊ nō reſpirati aeris: ſicut tuſſis. ſed iſto verberat eum qui eſt in arteria ad ipſam.

¶ Manifeſtat predictam diffinitionē. Et primo q̄tū ad hoc qḋ dixerat: ꝙ ſonus vocalis eſt ab aīa: ſcḋo q̄tū ad hoc ꝙ dixit: ꝙ eſt aeris reſpirati: ibi (ſignū autē.) poſuerat enim tria in diffinitione vocis: ꝑcutiēs. ſ. aīa3 ꝑcuſſū. ſ. aerem reſpiratū: ⁊ ad qḋ ſit percuſſio. ſ. vocalem arteriā: quorū tertium ſupra manifeſtauerat: vnde reſtabat ꝙ duo prima manifeſtaret. Dicit ergo primo ꝙ ſicut ſupra dictū ē: nō omnis ſonus animalis ē vox: contingit enim linguā facere aliquos ſonos: qui tn̄ nō ſunt voces: ſicut ⁊ tuſſientes faciunt ſonū: q tamen nō eſt vox: oportet enim ad hoc ꝙ ſit vox ꝙ verberans aerē ſit aliquid animatū: ⁊ cū imaginatione ad aliquid ſignificandum. oportet enim ꝙ vox ſit ſonus quidā ſignificans: vel naturaliter vel ad placitum: ⁊ ꝓpter hoc dictum ē ꝙ hmōi percuſſio eſt ab aīa: operationes. n. aīales dicunt̄ que ex imaginatione ꝓcedunt: ⁊ ſic patet ꝙ vox non eſt percuſſio reſpirati aeris: ſicut accidit in tuſſi: ſed id cui principaliter attribuitur cauſa generationis vocis eſt anima: que vtitur iſto aere. ſ. reſpirato ad verberandum aerem qui eſt in arteria ad ipſa3 arteriam. Aer ergo non eſt principale in vocis formatione: ſed anima que vtitur aere: vt inſtrumento ad vocem formandam.

¶ Deinde cū dicit.

Signū aūt ē nō poſſe vocare reſpirātē ne Co.91.
q3 expirātē ſ3 detinētē. mouet. n. iſto retinēſ Manifeſtum autem ⁊ quia piſces ſine voce. Non enim habent guttur: hanc aūt partem non habent: quia non recipiunt aerem. neq3 reſpirant. Sed qui dicunt ſic: peccāt: propter quam igitur cauſam altera ratio eſt.

¶ Oſtendit aliam partem diffinitionis. ſ. ꝙ vox ſit ꝑcuſſio aeris reſpirati. ⁊ dicit ꝙ ſignum huius ē duplex: vnū q2 aīal non poteſt formare vocem neq3 dum attrahit aerem reſpirando: neq3 dum expellit expirando: ſed dum retinet aerem: q2 dum retinet iſto aere retento cauſat motum ad formationem vocis. Aliud ſignum eſt ꝙ piſces non habent vocem: non enim hn̄t guttur: ideſt vocalem arteriam: ⁊ hanc partem nō habent quia non recipiunt aerem neq3 reſpiraut. Sed q dicunt hoc ꝙ piſces reſpirant peccant: quare autē piſces non reſpirant: alia ratio eſt: pertinet enim ad ſcientiam in qua conſyderantur particularia accn̄tia aīaliū.

Lec. decimanona.

De odore autem ⁊ olfactibili minus Co.92.
bene determinabile eſt dictis. Nō enim manifeſtum eſt quale quid ſit odor ſicut ſonus: aut viſibile vt lumen. Cauſa autem eſt: quia ſenſum hūc non habemus certum: ſed peiorē multis animalibus. praue enim odorat homo. Et nihil odorat odorabilium ſine letitia ⁊ triſtitia: ſicut non exiſtente certo eo quo ſentimus. Rationabile Co.93.
autem ſic ⁊ fortes oculis colores ſentire. ⁊ non per manifeſtas ipſis eſſe differētias colorum niſi terrentium: ⁊ nō terrentiū: ſic autem ⁊ odores hominum genus.

Poſtq̄3 philoſophus determinauit de viſibili ⁊ audibili: nūc tertio determinat ḋ odorabili. ⁊ diuiditur in partes duas in prima

determinat de odorabili inquantum ſic: in ſecunda determinat de odorabili ſm ꝙ immutat ſenſū olfat⁹: ibi. (ē a ūt olfat⁹.) Circa primū. d. ſ. pr̄io determīat ꝺ odorabili: in ſecunda de non odorabili: ſȝ ꝙ odoratu percipitur. ibi. (Adhuc auteȝ.) Circa primū duo facit. primo oſtendit difficultatē terminādi de odorabili. ſecundo oſtendit quomodo accipiatur cognitio odorabiliū. ibi. (Videt̄ enim ꝛ ana.) Dicit ergo pr̄io ꝙ nō ita bene determinari pōt de odore ꝛ odorabili: ſicut de ꝑdictis ſenſibilibus: ſcilicet audibili ꝛ viſibili: quia non manifeſtum eſt nobis quid ſit odor. ſicut quid ē ſonus: aut quid eſt viſibilis: aut lumen vel aliquid huiuſmodi. ꝛ huius cauſam aſſignat qui ſenſum odoratus non habemus bonum qui perſpicaciter ꝛ per certitudinē cognoſcat ſuum obiectum: ſed habemus eum peiorem multis aliis animalibus. Cuius ratio eſt. quia cū īſtrumentū ſenſus debeat eſſe ꝓportionatum ſuo ſenſibili: ſicut odor cauſatur ex calido ꝛ ſicco: ita ad bonitatem inſtrumēti odoratus exigitur victoria calidi ꝛ ſicci. hō autē habet cerebrum in cuius vicino poſituȝ eſt inſtrumentum olfatus maius oībus aliis animalibus ſm ꝓportionem ſui corporis: vt phs dicit in libro de aīalib⁹ vnde cū cerebꝝ ſit humidū ꝛ frigidū in ſe conſyderatum, impeditur in homine bonitas olfatus: ꝛ ꝑpter hoc praue odorat homo: ꝛ nihil odorabilium percipit niſi quod eſt ſm aliquā excellentiam inducens delectationē aut cōtrariū quod contingit ꝑpter ſenſū qui nō eſt perſpicax ad certitudinaliter diſcernendum de ſuo obiecto: vnde rationabile eſt ꝙ hominuȝ genus ſic ſe habet ad percipiendos odores: ſicut ſe habent animalia habentia duros oculos: vt locuſte ꝛ quidam piſces ad percipiendos colores quos ꝑpter debilitatē viſus ex ineptitudine organi nō percipiūt: niſi quadā excellētia ꝑut ex eis ingreditur eis aliquis terror vel eius cōtrarium. ¶ Deinde cum dicit.

Videtur enim ꝛ analogiaȝ habere ad guſtum: ꝛ ſimiliter ſpecies humorum cum his que ſunt odoris: ſed certioreȝ habemus guſtum ꝑpter id qꝺ ipe quidaȝ tactus eſt: hūc autem habet homo ſenſum certiſſimum. In
Co.94. aliis enim deficit ab animalibus multis. Secundum autem tactum differenter certificat vnde ꝛ prudentiſſimum animalium eſt. Signum autem in genere hominum ſecunduȝ ſenſum ingenioſos eſſe ꝛ non ingenioſos: ſecundum alium autem nullum. Duri enim carne inepti mente. Molles autem carne bene apti.

¶ Oſtendit quomodo innoteſcāt nobis differētie odorum. ꝛ circa hoc. d. ſ. primo oñdit ꝙ differētie odoꝝ nobis innoteſcunt per cōparationem ad differentias ſapoꝝ. ſecundo oſtendit quō r̄ndent differentie odoꝝ differentiis ſapoꝝ: ibi. (eſt autem ſicut hu. Dicit ergo primo ꝙ ſenſus olfatus in hoīe videtur habere quandam cōuenientiam ꝛ ꝓportionem ad guſtum: ꝛ ſimiliter ſpecies humorum. i. ſaporum ad ſpecies odoris. Vnunquodqȝ autē ignotū cognoſcitur ꝑ id qꝺ eſt magis manifeſtum. Vnde cum ſpecies ſapoꝝ ſint nobis maxime manifeſte: ſpecies odoꝝ que ſunt nobis ignote ꝛ habent affinitatē ad ſpecies ſapoꝝ: ſub eorum ſimilitudine a nobis cognoſcunt̄. ſpecies autē ſapoꝝ ſunt nobis manifeſte: q: ſenſum guſtus habet homo certiorem q̄ȝ alia animalia: q: guſtus eſt tactus quidaȝ: tactum autem habet certiſſimum aliis animalibus: licet in aliis ſenſibus deficiat a quibuſdā animalibus. Sūt enim quedam animalia que melius vident: audiunt: ꝛ olfaciunt q̄ȝ homo: ſed homo ſm tactum multum differt in certitudine cognitionis ab aliis animalibus. Vnde quia homo habet optimum tactum: ſequitur ꝙ ſit prudentiſſimum omnium aliorum animalium. Et in genere hominum ex ſenſu tactus accipimus ꝙ aliqui ingenioſi ſunt vel non ingenioſi: ꝛ non ſm aliquem alium ſenſum: qui enim habent duram carneȝ ꝛ per cōſequens habent malum tactum: ſunt inepti ſȝ mentem: qui vero ſunt molles carne: ꝛ per conſequēſ boni tactus ſunt bene apti mente. vnde etiam alia animalia habent duriores carnes q̄ȝ homo. ¶ Sed videtur ꝙ aptitudo mentis magis reſpondeat bonitati viſus q̄ȝ bonitati tactus: quia viſus eſt ſpiritualior ſenſus ꝛ plures differentias rerum demonſtrat. Sed dicendum eſt ꝙ duplici ex cauſa bonitas mentis reſpondet bonitati tactus. Prima ratio eſt ꝙ tactus eſt fundamentum omnium aliorum ſenſuum. Manifeſtum eſt enim ꝙ organum tactus diffunditur per totum corpus: ꝛ quodlibet inſtrumentum cuiuſcunqȝ ſenſus ē etiam inſtrumentum tactus: ꝛ illud ex quo aliquid dicitur eſſe ſenſitiuum eſt ſenſus tactus. Vnde ex hoc ꝙ aliquid habet meliorem tactum: ſequitur ꝙ ſimpliciter habet meliorem ſenſitiuam naturam: ꝛ per conſequens ꝙ ſit melioris intellectus. Nam bonitas ſenſus eſt diſpoſitio ad bonitatem intellectus. Ex hoc autem ꝙ aliquis habet meliorem auditum vel meliorem viſum: non ſequitur ꝙ ſit melius ſenſitiuus vel melioris ſenſitiue ſimpliciter: ſed ſolum ſm quid. ¶ Alia ratio eſt quia bonitas tactus conſequitur bonitatem cōplexionis ſiue temperantie. cum enim inſtrumentum tactus non poſſit eſſe denutatum genere tangibiliū qualitatum: eo ꝙ eſt ex elementis compoſituȝ: oportet ꝙ ſit in potentia ad extrema: ſaltem ꝑ hoc quod eſt medium inter ea. ad bonam autem complexionem corporis ſequitur nobilitas anime: quia omnis forma eſt ꝓportionata ſue materie. vnde ſequitur ꝙ qui ſūt boni tactus: ſunt nobilioris anime ꝛ perſpicatioris mentis. ¶ Queritur autem cum tactus ſit certiſſimus ſenſuum: quare ſpecies odoꝝ denominātur magis a ſpeciebus ſaporum q̄ȝ a qualitatibus tangibilibus. Et dicendum ꝙ odor ꝛ ſapor cauſantur ex determinata cōmixtione qualitatum elementariū: ꝛ ideo ſpecies odoris magis correſpondet ſpeciebus ſaporis q̄ȝ ſimplicibus qualitatibus tangibilibus.

¶ Deinde cum dicit.

Eſt autem ſicut humor hic quidem dul- Co.95.
cis: ille vero amarus: ſic ꝛ odores ſunt. Sȝ alia quidem habent ꝓportionaliter odoreȝ ꝛ humorē. Dico aūt dulcē odorem ꝛ dulcē humorem: alia vero contrarium. Similiter autem ꝛ acer ꝛ auſterus ꝛ acutus ꝛ pinguis eſt odor: ſed ſicut diximus propter id quod non multum permanifeſti ſunt odores ſicut humores ab his acceperunt nomina ſm ſimilitudinem rerum. Dulcis quidem enim a croco ꝛ melle: acer autem a thimo ꝛ huiuſ modi. eodē autē modo ꝛ in aliis.

¶ Oſtendit quō ſpecies odoris corr̄ndent ſpeciebus ſaporis: ꝛ dicit ꝙ ſicut humor. i. ſapor quidam ē dulcis: ꝛ quidam amarus: ſic etiam odores diſtinguunt̄. Sed ſciendum eſt ꝙ quedam habent ꝓportionalem odorem ꝛ ſaporem. ſ. dulcem odorem ꝛ dulcem ſaporē: quedā vero ꝑ contrariū. ſ. ſuauē ſaporē ꝛ amaꝝ odorē vel ecōuerſo. Cuius rō eſt q: ſapor conſiſtit in humido aqueo aliqualiter digeſto: odor aūt conſiſtit in ſicco aereo aliqualiter cōtemperato. Contingit autē

quandoqꝫ vtranqꝫ ſubſtantiā.ſ.ſubtilē aereā ⁊ aqueā groſſioꝛē ſm debitā ꝓpoꝛtionē cōmixtā eē: ⁊ ſic ē ſua/ uitas ſapoꝛis ⁊ odoꝛis. Si vero ſit debita ꝓpoꝛtio in vno ⁊ non in altero erit in vno ſuauitas ⁊ in alio non. Et ſicut dictum eſt de dulci ⁊ amaro que ſūt extrema in ſapoꝛibus que trāſferunt̃ ad odoꝛes:ita etiā ⁊ aceto ſum ⁊ auſterum.i.ſtipicum:aut ponticum ⁊ acutum ⁊ pingue odoꝛibus attribuuntur. Sed licet non ſemꝑ in oībus coꝛreſpondeant odoꝛes ſapoꝛibus:tamen ſi/ cut dixi ꝓpter hoc ꝙ odoꝛes non ſunt multum mani feſti ſicut ſapoꝛes acceperunt nomina odoꝛum a ſapo ribus ſm ſimilitudinē rerꝫ:quia vt in pluribus odo/ res reſpondent ſapoꝛibus:dulcis enim odoꝛ cauſatur a croco,⁊ melle. Acer autē a thimo ⁊ a ſimilibus. Et ſimiliter de aliis odoꝛibus ⁊ ſapoꝛibus.

¶Deinde cum dicit.

Co.96. **Adhuc autem ſicut auditus ⁊ vnuſquiſ/ qꝫ ſenſuum hic quidem audibilis ⁊ non au dibilis:ille vero viſibilis ⁊ non viſibilis: ⁊ olfatus odoꝛabilis ⁊ non odoꝛabilis. Non odoꝛabile autem aliud quidem ſecundū id quod omnino impoſſibile eſt habere odoꝛē aliud vero paruum habens ⁊ prauum. Si/ militer autem ⁊ non guſtabile dicitur.**

¶Oſtendit etiam quomodo nō odoꝛabilia odoꝛatu percipiuntur: ⁊ dicit ꝙ ſicut auditus eſt audibilis ⁊ nō audibilis: ⁊ viſus eſt viſibilis ⁊ non viſibilis:cū ſit ea dem potentia cognoſcitiua oppoſitoꝝ ⁊ priuatio non cognoſcatur niſi per habitum:ſimiliter olfatus ē odo/ rabilis ⁊ non odoꝛabilis:ſed non odoꝛabile dicit̃ du/ pliciter. Aut qꝺ oīo nō pōt habere odoꝛē ſicut coꝛpo ra ſimplicia:Aut qꝺ habet parum de odoꝛe aut ma/ lum odoꝛē. Et ſimiliter intelligendū ē de guſtabili ⁊ non guſtabili.

Co.97. **Eſt aūt omnis olfatus per medium vt aerē aut aquam. Et nāqꝫ aquatica videntur odo rem ſentire. Similiter autem ⁊ quecūqꝫ cū ſanguine ⁊ ſine ſanguine:ſicut ⁊ que in aere. Et enim hoꝛum quedam a longe occurrunt ad alimentum:que ab odoꝛe mouentur.**

Poſtqꝫ phs determinauit de odoꝛabili:hic determinat de immutatione odoꝛatus ab ipſo. Et pmo quantum ad medium. ſe/ cundo quantum ad oꝛganum ſenſus.ibi. (Eſt aūt odoꝛ ſicci.) Circa primū duo.ſ.primo oſtē dit quid ſit medium inſtrumenti odoꝛatus. ſecundo mouet quandam queſtionem circa determinata ibi. (Unde dubium.) Dicit ergo primo ꝙ ſenſus olfa/ tus immutat̃ ab odoꝛabili per mediū.ſ. aerem :aut aquam: ⁊ ꝙ aer ſit medium in olfatu apparet q: nos per aerē odoꝛamus: vñ opoꝛtuit manifeſtare aquā eē mediū in olfatu:quod quidē oſidit per hoc ꝙ aīa/ lia aquatica odoꝛem ſentiunt:non ſolum illa que hñt ſanguinem:ſed etiam illa que ſanguine carent: ſicut ⁊ animalia que viuunt in aere:quod apparet ex hoc ꝙ quedam eoꝛum de longinquo veniunt ad alimentū: quod non poſſet eſſe:niſi inquantum ꝓuocantur ab odoꝛe:ſicut patet de vulturibus qui ex multis dieb⁹ dicuntur ad cadauera conuenire. ¶Quomodo autē odoꝛ ad tam remota ſpacia diffunditur: dubitatio ē. ¶Sciendum itaqꝫ eſt quoſdam poſuiſſe omnes ſen ſus quodam perfici tactu. dicebant enim opoꝛtere ꝙ ſenſus ⁊ ſenſibile ſe contingat ad hoc ꝙ ſentiatur. Al/ tamen eſtimabant hoc accidere in viſu: ⁊ in aliis ſenſi bus:dicebant enim ꝙ ex viſu egrediebantur linee vi ſuales pꝛogredientes vſqꝫ ad rem viſam: ⁊ ex earū ꝯtactu viſibile videbat̃. In aliis āt ſenſibus dicebāt ꝙ econuerſo ſenſibile perueniebat ad ſenſum: ⁊ ꝙ in tactu ⁊ guſtu hoc manifeſte videtur accidere. Nam tangibile ⁊ guſtabile quodam contactu ſentiuntur:in auditu etiam idem videtur eſſe. Nam aer motus vſ qꝫ ad auditum pertingit. Circa olfatum etiam idem eſſe dicebant:ponebant enim ꝙ a coꝛpoꝛe odoꝛabili reſoluatur quedam fumalis euapoꝛatio:que eſt ſub iectum odoꝛis: ⁊ perueniebat vſqꝫ ad ſenſum olfat⁹. Cauſa enim huius diuerſitatis hec eſſe videtur:quia antiqui non ponebant nec percipiebant aliquid de im mutatione ſpirituali:ſed ſolum de immutatione natu rali. In aliis autem ſenſibus apparet quedam immu tatio naturalis in medio ſed non in viſu. Manifeſtū eſt enim ꝙ ſoni ⁊ odoꝛes deferuntur per ventos vel impediuntur:coloꝛes autem nullo modo. Manife/ ſtum eſt etiam ꝙ cōtrarioꝛum coloꝝ ſpecies per ean dem partem aeris differuntur ad viſum : ſicut cum vnus videt album alius nigrum ſimul exiſtentes in eodem aere ⁊ eodem aere vtentes ꝓ medio : quod quidem in olfatu non accidit. Nam contrarii odoꝛes etiam in medio ſe impedire inueniuntur. Et ideo nō percipientes immutationem qua medium immutat̃ a viſibili: poſuerunt ꝙ viſus deferretur vſqꝫ ad rem viſam:ſed quia percipiebant ad īmutationē qua me dium immutat̃ ab aliis ſenſibus:credebāt ꝙ alia ſen ſibilia deferrentur ad ſenſum. ¶Sed manifeſtū eſt ꝙ hoc in olfatu non poteſt accidere. Cum enim odoꝛ cadaueris vſqꝫ ad quingenta milliaria vel amplius a vulturibus ſentiatur:impoſſibile eſſet ꝙ aliqua coꝛ poꝛalis euapoꝛatio cadaueris vſqꝫ ad tantum ſpaciū diffunderetur.pꝛecipue cum ſenſibile immutet medī um vndiqꝫ ſm eandē diſtantiā:niſi impediat̃. Non aūt ſufficeret ad occupandū tm̄ ſpaciū:etiā ſi totū ca/ dauer reſolueret̃ in fumalē euapoꝛationē: cum ſit cer tus terminus rarefactionis ad quē coꝛpus naturale ꝑuenire pōt:qui eſt raritas ignis: ⁊ ꝓcipue cū ꝑ hu/ iuſmodi odoꝛē cadauer nō appareat ſenſibiliter īmuta tū. ¶Et iō dicēdū eſt ꝙ ab odoꝛabili reſolui quidē pōt fumalis euapoꝛatio:que tñ nō pertingit vſqꝫ ad terminū vbi odoꝛ percipit̃:ſed immutat̃ mediū ſpi/ ritualiter vltra qꝫ dicta euapoꝛatio ꝑtingere poſſit. ꝙ autē ſpiritualis immutatio ſit a viſibili magis qꝫ ab aliis ſenſibilibus ratio ē q: viſibiles qualitates inſunt coꝛruptibilibus coꝛpoꝛibus ſm ꝙ cōicant cū coꝛpo/ ribus incoꝛruptibilibus. vñ hñt eē foꝛmalius ⁊ nobi lius qꝫ reliqua ſenſibilia que ſūt ꝓpꝛia coꝛruptibiliū coꝛpoꝝ.

¶Deinde cum dicit.

**Unde ⁊ dubium videtur: ſi omnia quidem que ſub odoꝛe fiunt ſimiliter odoꝛēt. Hō āt reſpirās odoꝛat:nō reſpirās āt ſed expirās aut retinens ſpiritum non odoꝛat neqꝫ a lō ge neqꝫ a pꝛope:neqꝫ ſi in naſum intus ap/ ponatur: ⁊ hoc quidem in ipſo poſitum quo ſentitur inſenſibile eſſe omnibus commune eſt:ſed ſine reſpiratione non ſentire ꝓpꝛiū eſt hominum. Manifeſtū autem eſt tentan tibus. Quare ſanguinem non habētia quo/ niam non reſpirant alterum vtiqꝫ quendā ſenſum habent pꝛeter eos qui dicti ſunt.** Co.98.

¶Mouet dubitationem circa ꝑdicta. Et primo obi icit ad vnā partē.ſcdo ad aliā:ibi:( ſed īpoſſibile ē.) tertio ſoluit ibi : ( videtur aūt.) Dicit ergo primo ꝙ

nota

cū etiā aquatica odorēt ꝑ aquā: dubiū videt̃ ſi oīa ſi/ militer odorēt: quaſi hñtia eundē ſenſū. ⁊ videt̃ ꝙ nō q: hō odorat dū attrahit aerē reſpirādo: qñ aūt non reſpirat attrahēdo aerē: ſ; emittēdo ipſū expirat aut retinet ſpiritū nō odorat: neq; de longe neq; de ꝓpe etiā ſi poneret̃ odorabile ītus in naſo. Sed hoc ꝙ ſē/ ſibile poſitū ſupra ſenſū nō ſentiat̃ cōe ē oībꝰ aliis ſen ſibus vel aīalibus. S; ꝙ odor nō ſentiat̃ ſine reſpira tiōe hoc ē ꝓpriū hoībus: ⁊ hoc manifeſtū ē ſi quis tē tare voluerit: vñ cū aīalia nō hñtia ſanguinē nō reſpi rent: videt̃ ꝙ habeāt aliū ſenſū ꝑter olfatū ⁊ alios ſen ſus qui dicti ſunt in hoīe. ¶ Deinde cum dicit.

Co.99. Sed impoſſibile eſt ſiquidē odorē ſenti/ unt. Odorabilis. n. ſenſus ⁊ mali odoramē ti ⁊ boni odoramēti olfatus ē. Amplius āt ⁊ corrumpi videntur a fortibus odoribus ex quibus homo corrumpitur: vt aſphalto ſul phure ⁊ hmōi. Olfatū quidē igitur habere neceſſariū etiam ſed non reſpirantia.

¶ Obiicit in ɔtrariū duabꝰ rōnibus. prima rō ē q: ſenſus diſtinguunt̃ ſm ſenſibilia. vñ cū ſenſus olfatꝰ ſit ſenſus odorabilis. ſ. boni ⁊ mali odoramēti: ⁊ h̄ cōi ter ſentiat̃ tā ab hoīe q̄; ab aīalibus aliis nō reſpirāti bus ſequit̃ ꝙ idē ſenſus olfatus ſit in hoīe ⁊ in aliis aīalibus. ¶ Alia rō ē q: eiuſdē ſenſus eadē ſunt corru ptiua: nō eni viſus patit̃ aliquid a ſonis: neq; auditꝰ a coloribus. Sed ſenſus aīaliū nō reſpirantiū vident̃ corrūpi a grauibus odoribus ⁊ excellētibus ex qbus ſenſus hoīs corrumpit̃. ſ. ab aſphalto que eſt quedā cōfectio ex ſuccis herbarū ⁊ a ſulphure ⁊ ab hmōi. er go alia aīalia hñt ſenſū olfatus ſicut hō: l; nō reſpirēt. ¶ Deinde cum dicit.

Co.100. Videtur aūt hominibus differre hoc ſen/ ſitiuum ad ea que aliorū animaliū: ſicut ocu li ad ea que duorū oculorū ſunt. Hec quidē .n. habent phragma ⁊ ſicut velamen palpe/ bras quas aliqs non mouēs neq; retrahēs non videt: fortia aūt oculis nihil hmōi hñt. ſed mox vident que fiunt in lucido: ſic igitur ⁊ odoratū aliis qdē ſine operculo eſt: ſicut oculis: aliis vero aerē recipiētibus habere cooperimētum: quod reſpirantibus diſco/ operitur ampliatis venis ⁊ poris: ⁊ ꝑꝑ hoc reſpirantia non odorant in aqua: neceſſari/ um. n. eſt odorem pati reſpirātia: hāt autem facere in humido impoſſibile.

¶ Soluit queſtionē q: iſta diuerſitas in modo reſpi/ rādi nō ē ex diuerſitate ſenſus: ſed ex diuerſa diſpoſi/ tione organi. organū. n. olfatus in hoīe differt ab or/ ganis aliorū aīalium: ſicut oculi hoīu; differūt ab ocu lis duris quorundā aīalium. oculi. n. hoīu; hñt qōdā phragma. i. pannū ad cooperiendū. ſ. palpebras: vñ hō nō pōt videre niſi quodā motu palpebre retrahā tur: qō nō accidit in aīalibus hñtibus duros oculos ſed ſtatim vident ea quorū ſpēs ſiūt in diaphano: ita etiā ⁊ in aīalibus nō reſpirātibus: organū odoratus eſt ſine operculo: ſed in aīalibus reſpirantibus habēt quoddā coopercul ū: quod oportet aperiri ampliatis poris per reſpirationem. ⁊ iō aīalia reſpirātia nō odo rant in aqua: q: oportet ꝙ patiant̃ ab odore reſpiran do: qō nō pōt fieri in aqua. ¶ Deinde cū dicit.

Eſt autē odor ſicci ſicut humor humidi. Odoratiuum aūt ſenſitiuū potētia hmōi ē.

¶ Determinat de inſtrumēto olfatus: ⁊ dicit ꝙ odor fundat̃ in ſicco: ſicut ſapor in humido: organū autem odoratus oportet eſſe in potentia ad odorem ⁊ ad ſic cū: ſicut organū viſus ē i potētia ad colores ⁊ ad lucē.

Guſtabile aūt eſt quiddā tangibile ⁊ hec eſt cā quare non ſit ſenſibile ꝑ mediū extraneū corpus. Neq;. n. tactus ⁊ corpus in quo eſt humor quod eſt guſtabile in humido ſicut in materia. Hoc aūt quiddam tangibile. Co.101.

¶ Lectio vigeſima prima.

Oſtq̄; pħs determinauit de viſibili ⁊ au/ dibili ⁊ olfatibili: hic quarto determinat ꝺ guſtabili. ⁊ diuidit̃ in partes duas. in pria determinat de guſtabili in cōi: in ſcd̄a de ſpēbus guſtabil̄. i. ſaporis: ibi: (ſpēs aūt.) Circa pri/ mū tria facit. primo inquirit an guſtabile percipiat̃ ꝑ mediū. ſcd̄o oñdit qd ꝑcipiat̃ ꝑ guſtū: q: guſtabile ⁊ nō guſtabile: ibi. (ſicut aūt.) tertio quale oporteat eē organū ſenſus guſtus: ibi. (qm̄ aūt humidū.) hec. n. tria circa alios ſenſus tractauit. ſ. medium in quo ſen/ titur: id qō ſenſu ꝑcipit̃: ⁊ organū ſenſus: q̄ i guſtu vt videt̃ oportet eē. Circa primū tria facit. pmo oñdit ꝙ guſtabile nō percipit̃ ꝑ mediū extraneū. ſcd̄o exclu/ dit quandā obiectionē ibi: (vnde ⁊ ſi in aqua.) tertio oñdit qd requirat̃ ad hoc ꝙ guſtabile percipiat̃ ibi. (nō aūt facit.) Dicit ergo primo ꝙ guſtabile ē qō/ dā tāgibile. i. qō tactu diſcernitur: ⁊ hec ē cā quare ñ ſentitur per mediū ꝙ ſit corpus extraneū: ⁊ dicit̃ ex/ traneū qō nō eſt pars aīalis: ſentiunt̃. n. ſēſibilia de q bus prius actū ē ꝑ aerē aut aquā q̄ nō ſūt ꝑtes aīalis ſ; tactus nō ſentit ſuū obiectū ꝑ mediū extraneū ſ; ꝑ mediū cōiunctū. nā caro ē mediū in ſenſu tactus vt infra patebit: ⁊ iō cū guſtus ſit quidā tactus: ⁊ guſta bile ſit quoddā tangibile nō ꝑcipiet̃ guſtabile ꝑ me/ diū extraneū. ꝙ āt guſtabile ſit qōdā tangibile oñdit ꝑ hoc ꝙ humor. i. ſapor q eſt guſtabile radicat̃ i hu/ mido ſicut i mā̄ ꝓpria. humidū. n. ē quoddā tāgibile ¶ S; ſi guſtus ē quidā tactꝰ videt̃ ꝙ nō debeat diſti gui ɔtra tactū cū ſpēs non diuidat̃ ex oppoſito ɔtra genus: ⁊ ſic ſequit̃ ꝙ nō ſunt qnq; ſenſus: ſ; tm̄ qua tuor. S; dicit̃ ꝙ guſtꝰ ⁊ tactus poſſūt ɔſyderari du pliciter. vno mō q̄;tū ad modū ſētiēdi: ⁊ ſic guſtus ē quidā tactus. Nā i tāgēdo ſuū obiectum ꝑcipit. Alio mō q̄;tū ad obiectū: ⁊ ita o; dicere ꝙ ſicut ſe h; obie ctū guſtus ad obiectū tactꝰ: ſic ſe h; ſenſus guſtus ad ſenſū tactus. Manifeſtū ē aūt ꝙ ſapor q ē obiectū gu ſtus nō ē aliq̄ q̄litas de q̄litatibus ſimpliciū corporū ex quibus aīal ɔſtituit̃: q̄ ſūt ꝓpria obiecta ſenſus ta/ ctus. ſed cauſat̃ ab eis i aliquo eorū ſicut i mā̄. ſ. in hu mido. vñ manifeſtū ē: ꝙ guſtus nō ē idē ꝙ ſenſus ta ctus: ſ; quodāmō radicat̃ in eo. vñ ⁊ ɔſueuit de gu/ ſtu diſtingui: ꝙ pōt accipi guſtus ꝓut ē diſcertiuꝰ ſa/ porū: ⁊ pōt accipi vt ē tactus qdā ꝓut diſcernit quali/ tates tāgibiles. ſ. alimēti: cuius ſenſus ē tactus vt ſu/ pra dictū ē. Vñ pħs dicit in tertio ethi. ꝙ circa dele/ ctationes guſtus ꝓut accipit̃ pmo mō nō ē tēperātia ſ; ſolū ꝓut ē tactus quidā. ¶ Deīde cū dicit.

Unde ⁊ ſi in aqua eſſemus: ſentiremus vtiq; appoſitum dulce: Non aūt eſſet tunc nobis ſenſus ꝑ mediū: ſed i eo qō miſcetur humido ſicut in potu: color aūt non ſic vide tur in eo qō miſcetur: neq; de fluxionibus vt qdē igitur mediū nihil eſt: vt aūt color vi ſibile: ſic guſtabile humor eſt.

¶ Excludit quandā obiectionē. Manifeſtum ē. n. ꝙ

ſialiquod corpus ſaporoſum diſſolubile per aquam
in aqua ponatur: vtpote mel vel aliquid huiuſmodi.
⁊ nos eſſemus in aqua: q̄uis diſtantes ab illo corpo/
re ſaporoſo: ſaporē tamen eius ſentiremus in aqua. ⁊
ſic videtur ꝙ guſtus ſuſcipiat ſuū obiectū ꝑ aquā qđ
eſt medium extraneū. Et iđ ad excludendū hanc obie
ctionē ↄcludit ex dictis: ꝙ cū guſtabile nō accipiatur
ꝑ mediū extraneū: ſeqtur ꝙ ſi eſſemus in aqua ſentire
mus vtiqꝫ corpus dulce appoſitū in aqua diſtans a
nobis: non tñ eſſet nobis ſenſus ꝑ mediū: Sed ex eo
ꝙ ſapor ille ꝑmiſcetur aqueo humido: vt accidit ī po/
tu: puta cū ꝑmiſcetur aque vel vino mel vel aliqđ hu
iuſmodi: ipſa. n. aqua imutatur naturali imutatione a
corpore ſaporoſo. vnde guſtus non percipit ſaporem
corporis diſtantis vt eſt talis corporis ſapor: niſi ſꝫ ꝙ
aqua eſt imutata a tali corpore. Cuius ſignū eſt ꝙ gu/
ſtus non imutatur ab aqua ſic intenſe: ſicut natus eſt
imutari a ſapore corꝑis diſtantis: eo ꝙ ſapor ille debi
litatur ꝑ admixtionē aque. Sed color nō ſic videtur ꝑ
medium: ꝙ. ſ. corpus coloratū admiſceatˀ medio aut
aliquid eius defluat ad viſū: vt democritus ponebat
ſed ꝑ ſpiritualem imutationē mediū. vnde viſus non ꝑ
cipit colorē vt aeris vel vt aqua: ſed vt corporis colo
rati diſtantis: ⁊ ſcđm eādē menſurā. Si ergo velimꝰ
mus ↄparare guſtū ad viſū nihil eſt qđ ſit mediūꝫ in
guſtu. ſicut illud qđ eſt mediū in viſu. Sed ſicut color
eſt viſibile. i. obiectū viſus: ſic humor. i. ſapor eſt gu/
Co. 102. ſtabile ideſt obiectū guſtus. ¶ Deinde cū dicit.

**Non aūt facit humoris ſenſum ſine hu/
miditate: ſed hēt actu aut potentia humidi/
tatem vt ſalſū: bene. n. liqdum ipſū eſt ⁊ li/
quefactiuū lingue.**

Oſtendit qđ reqratur ad guſtū: ⁊ dicit ꝙ nullū ſapo
roſum facit ſenſū ſui humoris. i. ſaporis ſine humidi/
tate. Nam ſicut color fit actu viſibilis ꝑ lumen: ita ſa/
por fit actu guſtabilis ꝑ humidum. ⁊ ꝑꝑ h̄ oportet ꝙ
guſtabile vel actu habeat humiditatē aqueā: ſicut vi/
num vel aliqđ hmōi: aut ſit potētia humectabile: ſicut
qđ ſumitur ꝑ modū cibi. ⁊ iđ oportet vt ſit ſaliua in
ore que eſt bñ liquida ⁊ liquefactam lingue per quaꝫ
ea que ſumunṫ humectanṫ: vt eoꝝ ſapor ꝑcipi poſſit.
Co. 103. ¶ Deinde cū dicit.

**Sicut aūt viſus viſibilis eſt ⁊ inuiſibilis
tenebra aūt inuiſibilis eſt: iudicat aūt ⁊ ipſā
viſus: Adhuc aūt ⁊ valde ſplēdidi eſt: etenī
hoc iuiſibile eſt: alio aūt mō a tenebra: Si/
militer aūt ⁊ auditus ſoniqꝫ ⁊ ſilētii: quorū
aliud audibile: aliud non audibile ⁊ magni
ſoni: ſicut viſus eſt ſplēdidi. Sicut. n. ꝑuus
ſonus iaudibilis quodā mō: ſic ⁊ magnus
⁊ violētus. Inuiſibile aūt aliud qdē omni/
no dicitur: ſicut ⁊ ī aliis ipoſſibile: aliud aūt
quanuis aptū natū non habet. aut praue: ſi
cut qđ ſine pedibus eſt ⁊ ſine gradu dicitur
Sic aūt guſtus guſtabiliſqꝫ ⁊ non guſtabi/
lis. Hoc aūt eſt paruū aut prauū habēs hu
morem: aut corruptiuū guſtus. Videtur āt
principiū eē potabile ⁊ non potabile. Gu/
ſtus. n. qđ ī ambo: ſed hoc qdē vt prauum
⁊ corruptiuū guſtus. illud autēꝫ ſecundum
naturam. Eſt autem commune tactus ⁊ gu/
ſtus potabile.**

¶ Oſtendit qđ ꝑcipiatur ꝑ guſtū. ⁊ dicit ꝙ ſicut eſt
de viſu ⁊ auditu: ſic ē de guſtu: viſus. n. cognoſcit viſi
bile ⁊ inuiſibile: vt ſupra dictū eſt. inuiſibile. n. eſt tene
bra de qua viſus iudicat: ⁊ ſimiliter illud qđ eſt valde
ſplendidum vt ſol dicitˀ iuiſibile: ſed alio mō quā tene
bra. Nā tenebra dicitˀ iuiſibile ꝓpter defectū luminis
ſplendidū aūt ꝑꝑ abundantiā corrūpētis ſenſū: ⁊ ſimi
liter auditus eſt audibilis. ſ. ſoni: ⁊ nō audibilis: vt ſi/
lentii qđ eſt priuatio ſoni: ⁊ non audibilis. i. ſoni male
audibilis: q vel ꝑꝑ ſui excellentiā corrūpit ſenſū: vel ꝓ
pter ſui prauitatē non ſufficiēter ſenſū imutat. Sic ēt ē
in oībus que ſm potentiā ⁊ ipotentiā dicūtur. Nā i/
poſſibile dicitˀ in oībus: aut qđ non hēt qđ natū eſt ha
bere: aut qđ praue habet: ſicut nō greſſibile dicitˀ aīal:
⁊ quod penitus caret pedibꝰ: ⁊ qđ eſt claudū aut de/
bile pedibus. Similiter aūt ⁊ guſtus eſt guſtabilis ⁊
non guſtabilis. nō guſtabile aūt dicitˀ dupliciter: quod
aut paꝝ habet de ſapore: aut malum ſaporē aut nimis
violentum ad corrūpēdum ſenſū. Et q: guſtabile ē
humidum aqueū quod eſt potabile: ⁊ h̄ eſt principiū
ſaporis. ſ. humiduꝫ aqueū: videtˀ ꝙ potabile ⁊ nō po
tabile ſit principiū eoꝝ que guſtu percipiūtur. guſtus
. n. percipit ambo: ſed vnū vt prauum ⁊ corruptiuūꝫ
ſenſus. ſ. non potabile. aliud autem conueniens ſecun
dum natura. ſ. potabile. ſicut aūt guſtabile ⁊ non gu/
ſtabile percipitur guſtu ꝓut guſtus eſt quidā ſenſus
diſcretus a tactu: ita potabile ⁊ non potabile ꝑcipitur
a guſtu prout guſtus eſt quidā tatus. nā potabile eſt
commune ⁊ tactus ⁊ guſtus: tactus qdem inquantuꝫ
humidum: guſtus aūt inquantum eſt humidū ſapo/
rabile. Manifeſtum eſt ergo ꝙ delectationes que ſūt
in cibis ⁊ potibus que ſunt ſenſibilia ⁊ potabilia: ꝑti/
nent ad guſtuꝫ inquantum eſt tactus quidam: vt dici
tur in tertio ethi. ¶ Deinde cū dicit.

**Quoniam aūt humidū qdē eſt guſtabile
neceſſe ſenſitiuū ipſius neqꝫ humidum eſſe** Co. 104.
**actu neqꝫ ipoſſibile fieri humidum. Pati/
tur. n. aliqd guſtus a guſtabili ſcđm ꝙ gu/
ſtabile eſt. Neceſſariū eſt ergo humectatuꝫ
fore qđ poſſibile humectari ſaluatū: nō hūi/
dum aūt guſtatiuum ſenſitiuum.**

¶ Oſtendit quale debeat eſſe inſtrumentū guſtus. ⁊
primo ponit veritatē. ſcđo manifeſtat eā ꝑ ſignū ibi.
(ſignum aūt.) Dicit ergo primo ꝙ q: illud quod eſt
guſtabile oportet eſſe humidū ⁊ ſaporoſū: neceſſe eſt
organum guſtus: neqꝫ eſſe humidū actu ſm ſeipſum
neqꝫ eſſe tale ꝙ non poſſit fieri humidū: ſicut inſtru/
mentū viſus eſt quod nō habet colorē: ſed eſt ſuſcepti
uum coloris. ⁊ h̄ iđ eſt. q: guſtus patitur aliqd a guſta
bili ſm ꝙ eſt guſtabile. ſicut quilibet ſenſus a ſenſibili
Unde cum guſtabile inquantum guſtabile ſit humi/
dum: neceſſe eſt ꝙ organum guſtus inquantum eſt iā
paſſum ſit humectatum. ⁊ tamen ſaluatur in ſua na/
tura vt ſit guſtatiuum ideſt potens guſtare cum poſ/
ſibile eſt humectari: non tamen eſt humidum actu.
¶ Deinde cū dicit.

**Signum aūt neqꝫ ſiccā exiſtentē linguā
ſentire: neqꝫ multū humidā: hic. n. tactus ſit
primi humidi: ſicut cū aliquis q ante guſta
uit fortē humorem guſtet alterum: ⁊ vt labo
rantibus amara omnia videntur: propter
id ꝙ lingua plena huiuſmodi humiditate
ſentit.**

Oſtendit qđ dixerat ꝑ ſignū dicens. ꝙ ſignū ꝑdictoꝝ
eſt: ꝙ neqꝫ lingua exn̄s ſicca pōt ſentire: neqꝫ exn̄s mul

rum humida a ꝑcedente dominãte humiditate. ſic.n. ſit in ea tactus ⁊ ſenſus precedẽtis humidi ⁊ non ſupuenientis. ſicut cũ aliqs guſtauerit aliquẽ fortem ſaporem: poſtea guſtet alteꝝ nõ ꝑcipiet ipſũ: q: adhuc manet ſenſus primi humoris ĩ lingua. Et ſilr laborantibꝰ ⁊ febricitãtibus oĩa videnť eſſe amara ꝓꝑ h ꝙ ſentiũt ꝑ linguaʒ plenam humiditate hmõi. ſ. colera amara.

Deinde cũ dicit.

Co.105. Species aũt humorum ſicut ⁊ in coloribus ſimplices qdẽ contrarie ſunt: ſicut dulce ⁊ amarum. Habite aũt ſunt cum hac qdẽ pingue: cũ illa vero ſalitum: media aũt horũ acre ⁊ auſterũ: ⁊ ponticum ⁊ acutũ: fere enĩ he videntur eſſe humoruʒ differẽtie. Quare guſtatiuũ ẽ potẽtia hmõi. Guſtabile autẽ ẽ factiuum actu huius.

Determinat de ſpẽbus ſaporꝝ: ⁊ dicit: ꝙ ſicut in coloribus ſimplices colores ſunt ꝯtrarii: vt albuʒ nigro ſic in ſaporibus ſimplices ſunt ꝯtrarii: vt dulce ⁊ amarum. ſpẽs aũt ſaporꝝ habite. i. immediate ꝯñtes ſimplices ſpẽs ſunt pingue qδ ſeqtur dulce: ⁊ ſalſũ quod ſeqtur amaꝝ: media aũt horꝝ ſunt acetoſum: ⁊ auſteꝝ ⁊ ponticũ ⁊ acutũ: que duo in idẽ reducunť. Ad has autẽ ſeptẽ ſpẽs ſaporꝝ fere videnť reduci oẽs alie. Cõſyderandum eſt autẽ circa has ſpẽs: ꝙ q̃uis ſapores cauſenť a calido ⁊ frigido ⁊ humido ⁊ ſicco: ⁊ contraria ſunt q̃ maxime diſtãt: nõ tñ ſcδm maximã diſtantiam calidi ⁊ frigidi ⁊ humidi ⁊ ſicci: attendiť ꝯtrarietas in ſpẽbus ſaporꝝ: ſed ſcδm ordinẽ ad guſtũ prout natus ẽ ĩmutari a ſapore: vel cũ horrore: vel cũ ſuauitate. Vñ nõ eſt neceſſariũ ꝙ dulce vel amaꝝ ſit maxie vel cali. vel fri. vel humi. vel ſic. ſed maxime ſe habeat in tali diſpoſitiõe ꝑ quã ꝯparať ad ſenſũ guſtus. De generatione aũt ſaporꝝ in lib. de ſenſu ⁊ ſenſato determinatur. Ultimo aũt ꝯcludit: ꝙ geſtatiuũ. i. ſenſus guſtus vel organũ eius eſt in potẽtia ad saporẽ ⁊ ſpẽs eiꝰ guſtabile autem eſt quod poteſt reducere ipſum de potentia in actum.

Co.106. De tangibili autẽ ⁊ tactu eadẽ ratio. Si .n. tactus non ẽ vnus ſenſus ſed plures: neceſſarium ⁊ tangibilia ſenſibilia plura eſſe. Habet autẽ dubitationẽ vtrum plures ſint aut vnus: ⁊ quidẽ ẽ ſenſitiuuʒ tangibile vtrũ caro ⁊ in aliis proportionale aut nõ: ſed hoc quidẽ eſt mediũ: primum aũt ſenſitiuũ aliud qddam ẽ intus.

## Lectio vigeſima ſecunda.

Poſtq̃ determinauit phs de ſẽſibilibus ſcʒ alios ſenſus: h determinat vltio de ſẽſibili ſm tactũ: q: tactus ĩter alios ſenſus videť eſſe minus ſpũalis: licet ſit oĩum alioꝝ ſenſuũ fundamentũ. Diuidiť aũt h ꝑs in duas ꝑtes. In prima determinat quaſdam dubitationes circa ſenſũ tactus. In ſcδa oſtẽdit veritatẽ circa hunc ſenſum ibi. (omnino aũt videť.) Circa primũ. d. ſ. primo mouet queſtiones. ſcδo determinat eas ibi. (oĩs etenim ſenſus.) Dicit ergo primo ꝙ q̃tũ ad ea de qbus ingrendũ eſt: eadẽ ratio ẽ: ſiue loquamur de tãgibili: ſiue de tactu: quod .n. dicitur de vno: oportet dici de altero. q: ſi tactus non eſt vnus ſed plures: neceſſe eſt ꝙ tangibilia non ſint vnum genus ſenſibilium: ſed plura. Ideo autem h dicit: q: intentio ſua eſt primo determinare de ſenſibilibus: poſtmodũ determinabit de ſenſu. Quia vero in his que circa tangibile ⁊ tactum dicenda ſunt circa ſenſus tactus queſtiones mouebit ꝓpter hoc ꝙ ꝯmodius poſſunt pertractari queſtiones iſte circa tactum q̃ʒ ſi moueantur circa tangibile: iccirco hanc excuſationem premittit oſtendens ꝙ nõ refert vtrum de tactu vel tangibili loquamur. Mouet ergo duas queſtiones circa tactum ⁊ tangibile. Quaꝝ prima talis eſt. Utrum ſint plures ſenſus tactus: an vnꝰ tantum. Secunda dubitatio eſt: quid ſit ſenſitiuum. i. organuʒ ſentiẽdi in tactu: vtrum ſcilicet caro ſit organum ſenſus tactus in animalibus habentibus carnem que ſunt animalia habentia ſanguinẽ: ⁊ in aliis que carent ſanguine aliquid proportionabiliter reſpondens carni: Aut non eſt ita: ſed caro quidem ⁊ illud qδ proportionabiliter ei reſpondet eſt medium in ſenſu tactꝰ. Sed primum organum ſenſus tactus eſt aliqd intrinſecum circa cor vt dicitur in libro de ſenſu ⁊ ſenſato.

Deinde cũ dicit.

Omnis etenim ſẽſus vnius contrarietatis eſſe videtur: vt viſus albi ⁊ nigri: auditus grauis ⁊ acuti: guſtus amari ⁊ dulcis. In tãgibili autem multe inſunt contrarietates: calidum: frigidum: humidum ſiccum. durum molle: ⁊ aliorũ quecunq; ſunt huiuſmodi. Co.107.

Determinat premiſſas dubitationes ⁊ primo ꝑmã ſecundo ſecundam ibi. (vtrum autem.) Circa primũ tria facit. primo oſtendit ꝙ non eſt vnus ſenſus tactus ſed plures. ſecundo ſoluit ꝑſiotam rationem ibi. (habet autem ſolutionem.) tertio improbat ſolutionem ibi. (ſed ꝙ ſic.) Ratio autem quam primo ponit talis eſt. Omnis vnus ſenſus videtur eſſe vnius contrarietatis: ſicut viſus albi ⁊ nigri: auditus grauis ⁊ acuti: guſtus amari ⁊ dulcis. ſed in tangibili quod eſt obiectum tactus ſunt multe contrarietates. ſ. cali. ⁊ frigi. humi. ⁊ ſic. durum ⁊ molle: ⁊ quedam alia huiuſmõi vt graue ⁊ leue: ⁊ acutuʒ ⁊ hebes: ⁊ ſimili. ergo tactꝰ non ẽ vnus ſenſus ſed plures.

Deinde cũ dicit.

Habet aũt ſolutionem quandaʒ ad hanc dubitationẽ: ⁊ ꝙ in aliis ſenſibus ſunt cõtrarietates plures: vt in voce non ſolũ acumen ⁊ grauitas. ſed ⁊ magnitudo ⁊ paruitas: ⁊ leuitas: ⁊ aſperitas vocis: ⁊ ſimilia alia. Sũt autem ⁊ circa colorem differentie huiuſmodi altere. Co.108.

Ponit quandam apparentem ſolutionem ad predictam dubitationem: ⁊ dicit ꝙ aliquis poteſt habere ſolutionem ad predictam dubitationem: per h ꝙ ĩ aliis ſenſibus videntur eſſe plures contrarietates: ſicut in auditu. Nam circa vocem audibilem: non ſoluʒ poteſt attendi contrarietas acuti ⁊ grauis: ſed etiã magnitudo ⁊ paruitas vocis: ⁊ lenitas ⁊ aſperitas eius ⁊ aliqua alia ſimilia. E ſimiliter circa colorem poſſunt inueniri alique alie differentie preter contrarietatẽ albi ⁊ nigri: ſicut ꝙ aliquis color eſt intenſus ⁊ alius remiſſus: aliquis pulcher: ⁊ aliquis turpis: ⁊ tamen ꝑ h non tollitur quin auditus ſit vnus ſenſus ⁊ ſimiliter viſus. vnde multiplex contrarietas tangibiliun nõ videtur ĩpedire: quo minus tactus ſit vnus ſenſus.

Deinde cũ dicit.

Sed ꝙ ſit vnũ ſubiectuʒ ſicut auditui ſonus ſic tactui non eſt manifeſtum.

Excludit poſitam ſolutionem. ⁊ dicit ꝙ omniuʒ cõtrarietatum que ſunt circa audibilia eſt vnũ ſubiectũ ſcilicet ſonꝰ: ⁊ ſimiliter color circa viſibilia: ſed nõ põt

inueniri aliquid vnum quod ſit cōmune ſubiectū omnium contrarietatum que ſunt circa tāgibilia: ⁊ ꝓpter hoc non videt̄ eſſe vnū genus tangibiliū: vnde neqꝫ vnus ſenſus tactus. ¶ Ad euidētiam autē eoꝝ que h̄ dicuntur conſyderare oportet: ꝙ diſtinctio potentiaꝝ tentiaꝝ ⁊ obiectoꝝ proportionabilis eſt. vñ cū vnius ſenſus ſit vna potētia: oportet ꝙ ei ſenſibile correſpondens ſit vnū genus. oſtenſum eſt aūt in .x. meta. ꝙ in vno genere eſt vna prima ꝯtrarietas. Unde oꝫ ꝙ circa obiectum vnius ſenſus attēdatur tantū vna prima ꝯtrarietas. Et ideo h̄ dicit ph̄s ꝙ vnus ſenſus eſt vnius contrarietatis: pñt tamē in vno genere eſſe plures ꝯtrarietates poſt primā: vel ꝑ modū ſubdiuiſionis: ſicut in genere corpoꝝ: prima ꝯtrarietas eſt animati ⁊ inanimati. ⁊ q: aīatū corpus diuiditur ꝑ ſenſibile ⁊ inſenſibile: ⁊ vlteriꝰ ſenſibile ꝑ rōnale ⁊ irrationale: multiplicant̄ ꝯtrarietates in genere corꝑis: vel ſunt pluresꝯtrarietates vnius generis ꝑ accidēs: ſicut in genere corporis eſt ꝯtrarietas albi ⁊ nigri: ⁊ ſcd̄m oīa q̄ corpori accidere ptñ. Et ꝑ hunc modū intelligēdum eſt: ꝙ circa ſonū ⁊ vocē preter primā cōtrarietatem grauis ⁊ acuti que eſt ꝑ ſe: ſunt alie ꝯtrarietates quaſi ꝑ accidens. In genere autē tangibiliū ſunt plures prime ꝯtrarietates ꝑ ſe: que tñ oēs quodāmō reducunt̄ ad vnum ſb̄m ⁊ quodammō non. pōt. n. vno mō accipi ſb̄m ꝯtrarietatis ipſū genus qd̄ ꝯparatur ad differentias contrarias: ſicut potētia ad actū. Alio mō poteſt accipi ſubiectū ꝯtrarietatū ſb̄a que eſt ſubiectū generis cuius ſunt ꝯtrarietates: ſicut ſi dicamus ꝙ corpus coloratū eſt ſubiectū albi ⁊ nigri. Si igitur loquamur de ſubiecto qd̄ eſt genus: manifeſtū eſt ꝙ nō eſt idem omniū qualitatū tangibiliū. ſi aūt loquamur de ſubiecto que eſt ſb̄a: vnū ſb̄m eſt oīum eoꝝ. ſ. corpus pertinens ad ſubſtantiā aīalis. vñ infra dicit ph̄s: ꝙ tāgibiles qualitates ſunt corꝑis ſm ꝙ eſt corpus qbꝰ. ſ. elementa corporis diſtinguunt̄ ab inuicē. hoꝝ. n. ē ſenſus tactus diſcretiuus q̄ ad ꝯſiſtentiā corporis animalis ꝑtinent. vñ formaliter loquēdo ⁊ ſm rōēꝫ: ſenſus tactꝰ non eſt vnus ſenſus: ſed plures: ſb̄o autem eſt vnus.

¶ Deinde cū dicit.

Co.109. Utrum aūt eſt ſenſitiuum intus aut nō: ſed mox caro: nullū videtur eſſe ſignū fieri ſenſum ſimul cū tactu. Etenim nunc ſi aliqd circa carnē extēderit vt pellē faciens ſimiliter ſenſū mox tactū inſinuat: ⁊ tamē conſtat ꝙ non ē in hoc ſenſitiuū. Si aūt ⁊ cū naturale fuerit: citius vtiqꝫ ꝑtinget ſenſus.

¶ Pertractat ſcd̄am qōem: ⁊ circa h̄ duo facit. primo docet veritatē. ſcd̄o ꝯcludit quoddā qd̄ ꝑtinet ad manifeſtationē prime queſtionis ibi. (ꝑꝑ qd̄ talis pars.) Circa primum ſciendū eſt ꝙ poſſet alicui videri: ꝙ caro eſſet organū ſentiendi ſm tactum hac ratiōe: q: ſtatim ad tactū carnis ſentiuus tāgibilia. Dicit ergo ad excludēdum hanc rōnem ꝙ ad iudicandū vtꝝ organū tactus ſit intus vel non: ſed ſtatim caro ſit organum tactus: nō videt̄ eſſe ſufficiens ſignū h̄ ꝙ ſimul cū caro tangit̄ ſit ſenſus tāgibilis idest ſentit̄: q: ⁊ nunc ſi aliqs ſupra carnem extenderet aliquā pelliculā aut telam ſubtilē: ſtatim ad tactū ipſius qd̄ ſuꝑ extenderet̄ carni ſentiretur tāgibile: ſed tñ ꝯſtat ꝙ organū ſenſus tactus non eſſet in illa pelle ſuperextenſa. ⁊ iteꝝ manifeſtū eſt: ꝙ ſi illa pellis ſuperextenſa fieret ꝯnaturalis huiuſmodi citius ꝑ eā ſentiretur. vñ licet ad tactū carnis que eſt hmōi naturalis ſtatim tāgibile ſentiatur: nō tñ ſeqt̄ ꝙ caro ſit organū tactus: ſed eſt qd̄dā mediū cōnaturale.

¶ Deinde cū dicit.

Propter ꝙ talis pars corporis videt̄ ſic ſe habere ſicut ſi circulariter nobis aptuſ natus eſſet aer. Uideremur. n. vno quodaꝫ ſentire ⁊ ſonū ⁊ odorē ⁊ colorē: ⁊ vnus qdē ſenſus eſſe auditus ⁊ viſus ⁊ olfatus. Nūc aūt quoniā determinatū eſt ꝑ qd̄ fiunt motus manifeſta ſūt predicta ſenſitiua altera eē In tactu aūt hoc qdē nunc īmanifeſtuꝫ eſt. Co.110. Ex aere qdē. n. aut aqua īpoſſibile eſt conſtare animatū corpus: oꝫ. n. firmū eſſe. Relinqtur autē mixtum ex terra ⁊ ex his eſſe vt vult caro ⁊ proportionale. Quare neceſſarium eſt ⁊ corpus eſſe ꝙ mediū tactui aptū natū ꝑ qd̄ fiant ſenſus cū ſint plures. Co.111.

¶ Concludit quoddam quod valet ad manifeſtationem prime queſtionis. ⁊ dicit ꝙ q: caro eſt ſicut mediuꝫ connaturale in ſenſu tactus: videtur ꝙ hec pars corporis ſic ſe habeat ad ſenſuꝫ tactus: ſicut ſi aer qui eſt circa nos eſſet connaturalis nobis: videretur enim tunc ꝙ aer ille eſſet organum in viſu: auditu: ⁊ olfatu: quamuis ſit medium: ⁊ ita videremur vno organo ſētire ſonum: ⁊ odorem ⁊ colorem: ⁊ per conſequens videretur eſſe vnus ſenſus auditus: viſus: ⁊ olfatus. Sꝫ nunc quia medium per quod fiunt motus dictorum ſenſibilium eſt determinate diſtinctum a nobis: manifeſtum eſt q̄ꝫ non eſt organum: ⁊ ita manifeſtum eſt: ꝙ diuerſa ſunt organa trium ſenſibilium dictorum: ⁊ per conſequens ꝙ ſunt diuerſi ſenſus: ſed in tactu hoc non eſt manifeſtum: quia medium eſt connaturale nobis. Et huius diuerſitatis rationem aſſignat. aer enim ⁊ aqua que ſunt media aliorum ſenſuum: non poſſunt eſſe connaturalia nobis: quia impoſſibile eſt ꝙ ex aere puro ⁊ ex aqua pura conſiſtat animatum corpus cum enim ſint humida ⁊ fluxibilia non ſunt firma neqꝫ bene terminabilia in ſeipſis: ſed ſolum termino alieno. corpus autem animatum oportet eſſe firmum ⁊ in ſe terminatum. vnde oportet ꝙ ſit mixtum ex terra ⁊ aere ⁊ aqua: ſicut vult ſe habere idest ſicut exigit caro in animalibus habentibus carnem: ⁊ illud quod proportionabile eſt in animalibus non habentibus carnē ⁊ ſic illud corpus quod eſt medium in tactu ſcilicet caro: poteſt eſſe adunatum idest naturaliter vnituꝫ tactui: ita ꝙ per ipſum ſicut per medium connaturale fiāt plures ſenſus tactus.

¶ Deinde cū dicit.

Demonſtrat aūt ꝙ plures ſint q ī lingua tactus. Omnia. n. tangibilia ſentit ſcd̄m eādem partē ⁊ humorē: ſi qdē igitur ⁊ alia caro ſentiret humorē: videretur vnus ⁊ idē eē ſenſus guſtus ⁊ tactus: nūc aūt ſunt duo: ꝓpter id ꝙ non conuertit̄. Co.112.

¶ Ponit quoddam aliud ad idem manifeſtandum. ⁊ dicit ꝙ hoc idem demonſtratur per hoc ꝙ in lingua fiunt plures tactus. ſentimus enim per linguam omnia tangibilia: que ſentimus per alias partes corporis. ⁊ vlterius per ipſam ſentimus humorē .i. ſaporem quē non ſentimus ꝑ aliquam aliā ꝑteꝫ corporis. Si autem alia caro ſentiret ſaporem: non diſcerneremus inter guſtum ⁊ tactum: ſicut nunc non diſcernimus inter tactum qui eſt diſcretiuus calidi ⁊ frigidi ⁊ tactum qui eſt diſcretiuus humidi ⁊ ſicci. Sed nunc apparet ꝙ guſtus ⁊ tactus ſint duo ſenſus quia non conuertuntur inuicem. non enim per q̄ꝫcūqꝫ

partem fit ſenſus tactus fit ⁊ guſtus. Ratio aũt ẽ qua
re non per quancunqꝫ partẽ fit guſtus ſicut tactus eſt
q: ſapoꝛes non ſunt qualitates elementoꝝ ex qbus coꝛ
pus animalis cõſtat. vnde nec pertinent ad conſiſten/
tiam animalis: ſicut qualitates tangibiles.

Dubitabit aũt aliqs: ſi omne coꝛpus ꝓ
Co.iij. fundũ habet. Hec aũt eſt tertia magnitudo
quoꝛũ autem coꝛpoꝛũ medium eſt aliquod
coꝛpus non contingit ipſa ad inuicem ſe tã/
gere. humidũ aũt non eſt ſine coꝛpoꝛe neqꝫ
humectatũ: ſed neceſſe ẽ aqua eſſe aut habe
re aquam. que vero tangũtur ad inuicem in
aqua: nõ ſicca extrema ſint neceſſe eſt aquaꝫ
habere mediũ quo repleta ſint vltima. ſi au/
tem hoc verũ impoſſibile eſt tangere aliqd
aliud in aqua. Eodem aũt modo eſt ⁊ ĩ aere
Similiter. n. ſe habet aer ad ea que ſunt in
ipſo: ⁊ aqua ad ea que ſunt in aqua: latet aũt
magis nos: ſicut ⁊ que ſunt in aqua aĩalia: ſi
humectatum tangit humectatum.

Lectio vigeſimatertia.

Oſtenſo ꝙ in ſenſu tactus reqritur mediuꝫ
ꝯnaturale: h̃ igr̃ ph̃s vtꝝ reqratur in eo
mediũ extraneũ. Et circa h̃. d. ſ. pꝛimo oñ
dit ꝙ tact⁹ nõ fit ſine medio extraneo. ſcd̃o
oñdit in quo differãt tactus ⁊ guſtus ab aliis ſenſib⁹
q ꝑ mediũ extraneũ ſentiũt ibi. (vtꝝ igit̃). Dicit er
go pꝛimo ꝙ circa tactũ põt aliquis dubitare vtruꝫ. ſ.
habeat medium extraneum: cum oſtenſum ſit ꝙ ha/
beat mediũ ꝯnaturale. ⁊ iſta dubitatio pꝛocedit ſi om
ne coꝛpus hꝫ pꝛofundum qd̃ eſt tertia dimenſio. ma/
nifeſtum eſt. n. omne coꝛpus dimenſiones habere ſcili
cet longitudinem: latitudinẽ: ⁊ pꝛofunditateꝫ. Ex quo
ſequitur ꝙ inter quecũqꝫ coꝛpoꝛa eſt aliquod coꝛpus
mediũ: ipſa non tangunt ſe inuicẽ imediate. diſtant. n.
ab inuicem ex quo aliqua dimenſio eſt inter ea. mani/
feſtum eſt etiã ꝙ vbicunqꝫ eſt mediũ humidũ vel hu
mectatum: oꝫ eſſe aliquod coꝛpus. humiditas. n. cum
ſit qualitas quedã non eſt niſi in ſb̃o coꝛpoꝛe. Aut igit̃
ineſt alteri coꝛpoꝛi ſcd̃m ſeipſũ: ⁊ tunc ẽ humidum ſi/
cut aqua: aut habet humiditatẽ ſcd̃m aliquod coꝛpus
ſibi adueniens: ⁊ ſic dicit̃ humectatũ ex h̃ ꝙ hꝫ aquã
in ſuperficie tantũ: vel in ſupꝰficie ⁊ pꝛofundo. Et h̃ eſt
qd̃ dicit ꝙ neceſſe eſt omne coꝛpus humidũ vel hu/
mectatum eſſe aquã: aut habere aquã. manifeſtuꝫ eſt
aũt ꝙ coꝛpoꝛa que tãguntur in aqua ad inuicẽ: necẽ ẽ
ꝙ habeant inter ſe aquã medium: que repleta ſunt vl
tima eoꝝ: niſi foꝛte dicatur ꝙ ſint ſicca in aqua exiſten/
tia: quod eſt impoſſibile. neceſſe eſt. n. ꝙ ea que ĩ aqua
ſunt ſint humectata: ita ꝙ habeant aquã in ſuperficie
⁊ ſic relinqtur ꝙ inter duo tãgentia ſe in aqua ſit aqua
mediũ. ⁊ ſi h̃ medium ẽ: ſeqtur ꝙ impoſſibile ſit ꝙ ali
quod coꝛp⁹ tangat aliud ĩ aqua imediate. Et ſil'r eodẽ
mõ ſe hꝫ de aere q ẽ humidus natural'r ſicut ⁊ aqua.
ſil'r. n. ſe hꝫ aer ad humectãda ea que ſũt in aere: ſicut
ſe hꝫ aqua ad humectãda ea q̃ ſunt in aqua: ſed magis
latet nos de aere ꝙ ſit mediuꝫ: q̃ꝫ de aqua: ꝓꝑ hoc ꝙ
ꝯtinue ſumus ĩ aere: ⁊ ſic impceptibiliter ĩheret nob̃
Et ſil'r aĩalia q̃ ſunt in aq̃ latet ſi duo coꝛpa humectata
ꝑ aquã ſe tangãt. q: n. ꝯtinue ſunt ĩ aqua nõ ꝑcipiunt
aquã q̃ eſt inter coꝛpa tangẽtia. Eſt aũt ⁊ alia rõ qua/
re magis latet nos de aere q̃ꝫ de aqua: q: aer ẽ ſubtili/
oꝛ: ⁊ minus ſenſu ꝑceptibilis. relinqtur ergo ꝙ ſemꝑ
qñ tãgimus aliqd eſt mediũ iter nos ⁊ res contactas
aer vel aqua. Sed dubitatio h̃ accidit. oꝫ. n. illd̃ qd̃
eſt mediũ in aliquo ſenſu eſſe denudatũ a qualitatibus
ſenſibilib⁹ ſm̃ illũ ſenſũ: ſicut diaphanũ nullũ hꝫ colo
rem. manifeſtũ ẽ aũt ꝙ aer ⁊ aqua hñt tãgibiles qua/
litates: non igit̃ mediãtibus eis poteſt fieri ſenſus ta/
ctus. Rñdet aũt ad h̃ auerrois: ꝙ nos nõ patimur
puro aere vel aqua. nihil. n. patit̃ niſi a ſuo ꝯtrario ſꝫ
pꝛincipiũ paſſiõis. aer aũt ⁊ aqua nõ ꝯtrariant̃ nobis
ſed ſunt nobis ſil'ia: cõparãtur. n. ad nos ſicut loc⁹ ad
locatũ. vñ tactus noſter nõ patit̃ a qualitatibus aeris
vel aqua: ſed ab extraneis qualitatib⁹. qd̃. n. ſentit̃ de
qualitatib⁹ tãgibilibus in aere ⁊ ĩ aqua eſt de ammix
tione extraneoꝝ coꝛpũ vt ipſe dicit. q: ſicut ignis nũq̃ꝫ
amittit caloꝛẽ ſuum: ita nec aqua amittit ſuam qualita
tem: ſed ꝙ aliquando ſentimus calidã h̃ eſt ex permix
tione extranei. In hac autem reſponſione eſt multi
plex erroꝛ. pꝛimo in h̃ ꝙ dicit ꝙ coꝛpoꝛa noſtra nõ pa
tiũt̃ ab aere vel aqua: q: ſũt ſimilia nobis: ſicut loc⁹ lo
cato. manifeſtum eſt. n. ꝙ coꝛpoꝛa noſtra foꝛtiuntur lo
cũ naturalẽ: ſicut ⁊ motũ naturalem ex natura elemẽti
dominantis. non ergo aliter ꝯparant̃ ad locum ⁊ ad
coꝛpa continẽtia coꝛpa noſtra: q̃ꝫ ipſa ei'a locata. elemẽ
ta aũt in ſuis extremitatibus ſe alterant: vt pꝫ per ph̃ꝫ
in pꝛimo meteo. coꝛpus ergo noſtrum ab elementis na
tum eſt alterari. Item omne quod eſt in potentia na/
tum eſt pati ab eo quod eſt in actu. coꝛpoꝛa auteꝫ no/
ſtra cum ſint in quadam medietate conſtituta inter ex
tremitates tangibilium qualitatum que ſunt in ele/
mentis: habent ſe ad qualitates elementares: vt po/
tentia ad actum. medium. n. eſt in potentia ad extre/
ma: vt infra dicetur. manifeſtum eſt igitur ꝙ coꝛpoꝛa
noſtra nata ſunt imutari a qualitatibus elementoꝝ ⁊
ſentire eas. pꝛouenit ergo hic erroꝛ ex eo ꝙ neſciuit di
ſtinguere inter elementa ſecundum ꝙ ſunt ſibi inuiceꝫ
contraria: ⁊ ſecundum ꝙ ſunt ſe continentia ⁊ ſibi ſi-
milia: vt locus locato. Dicendum eſt igitur ꝙ ele/
menta poſſunt dupliciter conſyderari. vno modo ſm̃
qualitates actiuas ⁊ paſſiuas: ⁊ ſic contrariantur ad
inuicem: ⁊ ſe inuicem imutant in ſuis extremis. alio
modo ſecundũ foꝛmas ſubſtantiales quas conſequun
tur ex ipꝛeſſione coꝛpoꝛis celeſtis. vñ quanto coꝛpus
elementare eſt pꝛopinquius coꝛpoꝛi celeſti: tanto plus
hꝫ de foꝛma: ⁊ q: ad foꝛmam pertinet continere: q: ſe
habeat in rõe totius: inde eſt ꝙ coꝛpus ſuperius conti
net inferius: ⁊ ꝯparatur ad ipſum ſicut totũ ad partẽ
diuiſam: que eſt ꝯparatio loci ad locatum. vñ ⁊ vis locã
tis ⁊ continentis deriuatur ad elementa ex pꝛimo ꝯti
nenti. ſ. coꝛpoꝛe celeſti. ⁊ pꝛopter h̃ locus ⁊ motus lo/
calis non attribuuntur elementis ſecundum qualita/
tes actiuas ⁊ paſſiuas: ſed conſequuntur foꝛmas ſub/
ſtantiales elementoꝝ. Alius erroꝛ eſt in h̃ ꝙ dicit ꝙ
aqua ⁊ aer non alterantur niſi per ammixtionẽ extra
nei. manifeſtum eſt. n. ꝙ aer ⁊ aqua ſecundũ ꝑteꝫ ſunt
coꝛꝛuptibilia. Coꝛꝛuptio autem ⁊ generatio in elemen
tis poteſt fieri ſine mixtione: ⁊ ſequitur alterationem:
vt patet in li. de generatione. vnde manifeſtum eſt ꝙ
adhuc durante ſpecie aqua poteſt imutari aqua a ſua
naturali qualitate abſqꝫ ammixtiõe extranei. ignis aũt
cum ſit foꝛmalioꝛ eſt magis actiuus inter elementa: q̃
omnia comparantur ad ipſum ſicut materialia. vt di
citur in quarto meteo. vñ nõ eſt ſil'e de ipſo ⁊ de aliis.
Dicẽdum eſt igitur ꝙ q: aer ⁊ aqua ſunt facile mu/
tabilia ab extraneis qualitatibus. ⁊ ꝑcipue qñ ſũt mo/
dice quãtitatis: ſicut accidit ĩ aqua vel aere q̃ ſunt iter
alia duo coꝛpa ſe tãgentia ꝓꝑ h̃ non impedit̃ ſenſus ta
ctus quin ꝑ mediũ aerẽ ⁊ aquã fieri poſſit. ⁊ minus ẽt
impedit aer q̃ꝫ aqua: q: aer habet qualitates tangibi/
les parum ſenſibiles. vnde ſi intendant̃ qualitates tã/
gibiles aeris vel aque: magis impedit̃ tactus: vtpote
cum aer vel aqua intenſam frigiditatẽ habuerit.

Deinde cũ dicit.

Co.ii4. Utrũ igitur omniũ ſimiliter ſit ſenſus: an aliorũ aliter ſicut nũc videtur: guſtus ꝗdeꝫ ⁊ tactus in tangẽdo: alii aũt a longe. hoc aũt non eſt: ſed durũ ⁊ molle ꝑ altera ſentimus: ſicut ⁊ ſonabile ⁊ viſibile ⁊ odorabile: ſed alia ꝗdem a longe: alia vero a prope: ꝓpter qđ latet: quoniã omnia ꝗdem ſentimus per mediũ: Sed in his latet: ⁊ ꝗdem ſicut diximus prius ⁊ ſi per pellem ſentiremus omnia tangibilia ignorato quoniã prohibet: ſimiliter vtiqꝫ haberemus: ſicut ⁊ nunc ⁊ in aqua ⁊ in aere: putamus.n. nunc ipſa tangere: ⁊ nihil eſſe per mediũ.

¶ Oſtendit differentiã inter tactum ⁊ guſtũ: ⁊ alios ſenſus. Et primo excludit quandã differentiam extimatã. ¶ Scđo põit differẽtiã verã, ibi. (ſed differt) ¶ Dicit ergo primo ꝙ ex quo tactus habet medium extraneũ ꝯſyderãdum eſt vtꝝ omniũ ſenſibiliũ fiat ſimiliter ſenſus: aut diuerſoꝝ diuerſimode: ſicut in ꝓmptu videtꝰ ħ eſſe differentia: ⁊ guſtus ⁊ tactus ſentiãt ex eo ꝙ immedietate tangãt: alii aũt ſentiant de longe ſua ſenſibilia nõ tangẽdo ipſa: ſed ħ non eſt veꝝ ꝙ ſic differant: ſed duꝝ ⁊ molle ⁊ alias qualitates tãgibiles ſentimus ꝑ altera .i. ꝑ media extranea: ſicut ⁊ obiecta alioꝝ ſenſuũ: ſicut ſonabile viſibile ⁊ odorabile. Sed iſta ſenſibilia ſunt a longe qñqꝫ a ſenſu. guſtibilia aũt ⁊ tãgibilia ſunt de ꝓpe: intm̃ ꝙ mediũ eſt quaſi imꝑceptibile ꝓpter paruitatẽ: ⁊ iđ mediũ latet. omnia.n. ſenſibilia ſentimus ꝑ mediũ extraneũ: ſed in guſtabilibꝰ ⁊ tangibilibus latet. q: ſicut prius diximus ſi ꝑ aliam pellẽ nobis circumpoſitam oĩa tangibilia ſentiremus ignorato ꝙ aliquid eſſet ꝓhibens: Siłr nos haberemus ad ſentiendũ ꝑ mediũ: ſicut ⁊ nũc nos habemus ſentientes in aqua ⁊ in aere. putamus.n. nunc ꝙ tangamus ſenſibilia ipſa ⁊ nihil ſit mediũ.

¶ Deinde cũ dicit.

Co.ii5. Sed differt tangibile a viſibilibus ⁊ ſonatiuis: quoniam illa ꝗdem ſentimus: ex eo ꝙ mediũ mouet aliqđ nos: tangibilia vero non a medio: ſed ſimul cũ medio: ſicut ꝑ clypeuꝫ percuſſus: non.n. clypeus percuſſus prius percuſſit: ſed ſimul accidit vtraque percuti.

¶ Excluſa falſa differentia ponit verã. ⁊ dicit ꝙ tangibilia differũt a viſibilibus ⁊ ſonatiuis ex eo ꝙ illa ſenſibilia ſentimus ꝑ hoc ꝙ mouẽt mediũ: ⁊ iteꝝ mediuꝫ mouet nos: ſed tangibilia ſentimus ꝑ mediũ extraneũ non. q. moti a medio extraneo: ſed ſimul cum medio mouemur a ſenſibili: ſicut pꝫ de eo q percutitꝰ ꝑ clypeum: nõ.n. accidit ſic ꝙ clypeus ꝑcuſſus ꝑcutiat: ſed q: vtrunqꝫ ꝑcuti. ¶ Quod aũt ħ dicitꝰ (ſimul.) non ẽ intelligendũ ſcđꝫ ordinẽ tẽporis tm̃: q: etiã in viſu ſimul mouetꝰ mediũ ab obiecto: ⁊ ſenſus a medio. fit.n. viſio ſine ſucceſſiõe: ꝑceptio autẽ ſoni ⁊ odoris cũ ſucceſſione aliqua: vt in li. de ſenſu ⁊ ſẽſato dicitꝰ: ſed hoc referendum eſt ad ordinẽ cauſe: in aliis .n. ſenſibus immutatio medii eſt cauſa ꝙ mutetꝰ ſenſus non auteꝫ in tactu. nam in aliis ſenſibus medium eſt ex neceſſitate: in tactu autem. q. per accidens: inquantum accidit corpora ſe tangentia eſſe humectata.

¶ Deinde cũ dicit.

Co.ii6. Omnino aũt videtur caro ⁊ lingua: ſicut aqua ⁊ aer ad viſũ ⁊ auditũ ⁊ olfatũ ſe habẽt ſic ſe habere ad ſenſitiuũ ſicut illorũ vnũqđqꝫ: ipſo aũt ſenſitiuo tacto neqꝫ ibi neqꝫ hic fiet vtiqꝫ ſenſus: vt ſi qs ponat corpus albũ in oculũ vltimũ. Quare ⁊ manifeſtũ ꝙ itus ſit tangibilis ſenſitiuũ: ſic.n. vtiqꝫ accidet ꝙ ꝗdem in aliis. Appoſita.n. ſuper ſenſitiuuꝫ non ſentiunt: ſuper aũt carnem poſita ſentiunt: quare mediũ tactui caro.

¶ Ex premiſſis oſtendit naturam intellectus poſſibilis. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ intellectus poſſibilis non eſt aliquid corporeum vel commixtum ex rebus corporalibus: ſecundo oſtendit ꝙ non habet organum corporale: ibi. (vnde neq̨ miſceri.) Conſyderandum eſt ergo circa primum ꝙ antiqui de intellectu dupliciter opinati ſunt. quidam eniꝫ poſuerunt ꝙ intellectus erat compoſitus ex principiis omnium: ad hoc ꝙ cognoſceret omnia: ⁊ hanc ſupra dixit eſſe opinionem empe. Anax. vero dixit intelletū eſſe ſimplicem ⁊ immixtum: ⁊ nulli rerum corporalium habere aliquid commune. Ex eo ergo quod dictum eſt: ꝙ intellectus non eſt actu intelligens: ſed potentia tantum: concludit ꝙ neceſſe eſt intellectum propter hoc ꝙ intelligit omnia in potentia: non eſſe mixtum ex rebus corporalibus ſicut empe. poſuit: ſed eē imixtū ſicut dixit anaxag. Et qbus anaxag. hoc dixit hac ratione motus: quia poſuit intellectum eſſe principium totius motus a quo omnia mouentur ſecundum eius imperium. Si autem eſſet mixtus ex naturis corporalibus vel haberet aliquam eorum determinate: non poſſet omnia mouere ſuo imperio: q: determinaretur ad vnum. Et hoc eſt quod dicit ꝙ anaxa. poſuit intellectum eſſe immixtum: (vt imparet). i. vt ſuo imperio omnia moueat. ſed q: nos nūc non loquimur de intelleetu qui omnia mouet: ſed de intellectu qui omnia intelligit: illud medium non eſt oportunum ad oſtendendum intellectum eſſe immixtum: ſed oportet aliud medium accipere ad illō oſtēdendum. ex hoc ſcilicet ꝙ intellectus omnia cognoſcit. Et hoc eſt quod addit: hoc autem eſt vt cognoſcat). q. dicat ſicut anaxago. poſuit intellectum eē immixtum ad hoc vt imperet: ita oportet nos ponere intellectum eſſe immixtum ad hoc vt cognoſcat: quod quidem tali ratione apparet: omne enim quo eſt i potentia ad aliquid ⁊ receptiuum eius caret eo ad quod eſt in potentia: ⁊ cuius eſt receptiuum: ſicut pupilla q̄ eſt in potentia ad colores: ⁊ receptiua ipſorum eſt carens omni colore: ſed intellectus noſter ſic intelligit intelligibilia ꝙ eſt in potentia ⁊ ſuſceptiuus eorum ſicut ſenſus ſenſibilium: ergo caret oībus illis rebus quas natus eſt intelligere. Cum igitur intellectus noſter natus ſit intelligere oēs res ſenſibiles ⁊ corporeas: oportet ꝙ careat omni natura corporali: ſicut ſenſus viſus caret omni colore: ꝓpter hoc quod eſt cognoſcitiuus coloris. ſi enim haberet aliquem colorem: ille color ꝓhiberet videre alios colores: ſicut lingua febricitantis que habet aliquem humorem amarum non poteſt percipere dulcem saporem. Sic etiā intellectus ſi haberet aliquam naturam determinatam: illa natura ꝯnaturalis ſibi ꝓhiberet eum a cognitione aliarum naturarum: ⁊ hoc eſt quod dicit. (intus apparens eniꝫ ꝓhibebit cognoſcere extraneum: ⁊ obſtruet). i. impediet intellectum ⁊ quodammodo velabit ⁊ cōcludet ab inſpectione aliorum: ⁊ appellat intus apparēs aliquid intrinſecum connaturale intellectui: quod dū ei appareret, ſemper impediretur intellectus ab intelligendo alia: ſicut ſi diceremus ꝙ humor amarus eēt intus apparens lingue febricitantis. Concludit autem ex hoc ꝙ non contingit naturam intellectus eſſe (neq̨ vnam). i. nullam determinatam: ſed hanc ſolam naturam habet ꝙ eſt poſſibilis reſpectu omnium: ⁊ hoc quidem contingit intellectui. quia non eſt cognoſcitiuus tantum vnius generis ſenſibilium: ſicut viſuſ vel auditus. vel omnium qualitatum ⁊ accidentium ſenſibilium communium vel ꝓpriorum: ſed vniuerſaliter totius nature ſenſibilis: vnde ſicut viſus caret quodam genere ſenſibilium: ita oportet ꝙ intellectus careat tota natura ſenſibili. Ex hoc vlterius concludit: ꝙ ille qui vocatur intellectus anime nihil eſt in actu eorum que ſunt ante intelligere: quod eſt contrarium ei quod antiqui ponebant. dicebant eniꝫ ad hoc quod cognoſceret omnia eſſe compoſitum ex omnibus. Si autem eſſet cognoſcitiuus omnium: quia haberet in ſe omnia: eſſet ſemper intellectuſ in actu: ⁊ nūquam in potentia: ſicut ſupra dixit de ſenſu ꝙ ſi eſſet compoſitus ex ſenſibilibus non indigeret ſenſibilibus ad ſentiendum: ⁊ ne quis crederet ꝙ eſſet verum de quolibet intelleetu ꝙ ſit in potentia ad ſua intelligibilia antequam intelligat interponit ꝙ nunc loquitur dē intellectu quo anima opinatur ⁊ intelligit. Et hoc dicit vt preſeruet ſe ab intelleetu diuino. qui non eſt in potentia ſed eſt quodam modo intellectus omnium. de quo intellectu anaxag. dixit quod eſt immixtus vt imperet.

¶ Deinde cum dicit.

**Unde neq̨ miſceri eſt rationabile ipſuꝫ corpori. Qualis enim aliquis vtique fiet. aut calefactus aut frigidus: ſi organum aliquod erit ſicut ſenſitiuo: nunc autem nullum eſt.** Co. 6.

¶ Oſtendit ꝙ intellettus non habet organum corporale. Et primo oſtendit ꝓpoſitum: ſecundo adaptat ad hoc quoddam dictum antiquorum ibi: (⁊ bn̄ iā) Dicit ergo primo concludens ex predictis: ꝙ ſi intellectus noſter ad hoc ꝙ cognoſcat omnia oportet ꝙ non habeat naturam aliquam determinatam ex naturis rerum corporalium quas cognoſcit: eodeꝫ modo rationabile eſt ꝙ non miſceatur corpori. i. ꝙ non habeat aliquod organum corporale: ſicut habet pars anime ſenſitiua: quia ſi erit aliquod organum corporale intellectiui: ſicut eſt parti ſenſitiue: ſequitur ꝙ habeat aliquam naturam determinatam ex naturis rerum ſenſibilium. Et hoc eſt quod dicit: (ſequitur ꝙ erit aliquis qualis. i. aliquam qualitatem ſēſibileꝫ habens. vt ſcilicet ſit actu calidus aut frigidus: manifeſtum eſt enim ꝙ potentia anime que eſt actus alicuius organi: conformatur illi organo: ſicut actus ſuſceptibilis. neq̨ refert quantum ad actum potentie vtꝝ aūt potentia habeat aliquā qualitatē ſenſibileꝫ determinatam: aut organum: cum actus non potentie ſit ſolum ſed compoſiti ex potentia ⁊ organo corporeo. ſimiliter enim impediretur viſio oculorum ſi potētia viſiua haberet colorem determinatum ſiue pupilla. Et ideo dicit ꝙ eiuſdem rationis eſt ponere ꝙ intellectus non habeat organum corporale: ⁊ ꝙ non habeat aliquam naturam corpoream determinatam. ⁊ iō ſubdit ꝙ nullum eſt organum intellectiue partis: ſicut eſt ſenſitiue.

¶ Deinde cum dicit.

**Et bene iam dicentes ſunt animam eſſe locum ſpecierum: niſi ꝙ non tota ſed intellectiua neque actu ſed potētia ſpecies.**

¶ Adaptat quod dictum eſt opinioni antiquorum: ⁊ dicit ꝙ ex quo pars intellectiua non habet organuꝫ ſicut pars ſenſitiua. iam poteſt verificari dictum illorum qui dixerunt ꝙ anima eſt locus ſpecierum: qđ per ſimilitudinem dicitur: eo ꝙ eſt ſpecieruꝫ receptiua. quod quidem non verum eſſet ſi quelibet pars anime haberet organum: quia iam ſpecies non recipietur in anima ſola: ſed in coniuncto. nō enim viſus ſolus eſt ſuſceptiuus ſpecierum: ſed oculus: ⁊ ideo n̄ dicendum eſt ꝙ tota anima ſit locus ſpecierum: ſed ſolum pars intellectiua que organum non habet: nec ita eſt locus ſpecierum: ꝙ habeat actu ſpecies ſed potentia tantum.

Lo.7. Deinde cum dicit.

**Quoniam autem non ſimilis ſit impaſſibilitas ſenſitiui ⁊ intellectiui manifeſtum eſt ex organis ⁊ ſenſu. Senſus enim non poteſt ſentire ex valde ſenſibili: vt ſonum ex magnis ſonis. neque ex fortibus odoribus ⁊ coloribus neque videre neque odorare. Sed intellectus cum intelligat aliquod valde intelligibile: non minus intelligit infima: ſed ⁊ magis. Senſitiuum quidem enim non ſine corpore eſt: hic autē ſeparatus.**

¶ Oſtendit differentiam inter intellectum ⁊ ſenſum quantum ad impaſſibilitatem: dictum eſt enim ſupra ꝙ ſicut ſentire non eſt pati paſſione ꝓprie accepta: ita nec intelligere: ⁊ ex hoc ſupra concluſit ꝙ intellectus erat impaſſibilis: ne ergo aliquis crederet ꝙ in eodē gradu impaſſibilitatis eſſet ſenſus ⁊ intellectus: ſubiungit h̄ ꝙ non eſt ſimilis impaſſibilitas ſenſitiui ⁊ intellectiui: ſenſus enim licet non patiatur a ſenſibili paſſione ꝓprie accepta: patitur tamen per accidens. inquātum organi ꝓportio corrumpitur ab excellenti ſenſibili: ſed de intellectu hoc accidere non poteſt cum organo careat: vnde nec per ſe nec per accidens paſſibilis eſt: ⁊ hoc eſt quod dicit: (ꝙ diſſimilitudo impaſſibilitatis ſenſitiui ⁊ intellectiui manifeſta eſt ex organo ⁊ ſenſu: quia ſenſus efficitur impotēs ad ſentienduꝫ ex valde ſenſibili: ſicut auditus non poteſt audire ſonuꝫ ꝓpter hoc ꝙ motus eſt ex magnis ſonis: neqꝫ viſus poteſt videre neqꝫ olfatus odorare: ex eo ꝙ hi ſēſus moti ſunt prius ex fortibus odoribus ⁊ coloribus corrumpentibus organum: ſed intellectus quia non habet organum corporeum quod corrumpi poſſit ab excellentia ꝓprii obiecti: cum intelligit aliquid valde intelligibile: non minus poſtea intelligit infima ſed magis: ⁊ idem accideret de ſenſu ſi non haberet organuꝫ corporale: debilitatur tamen intellectus ex leſione alicuius organi corporalis indirecte: inquantum ad eius operationem requiritur operatio ſenſus habentis organum. Cauſa igitur diuerſitatis huius eſt, quia ſenſitiuum non eſt ſine corpore: ſed intellectus eſt ſeparatus. ¶ Ex his autem que hic dicuntur apparat falſitas opinionis illorum qui dixerunt ꝙ intellectus eſt vis imaginatiua: vel aliqua preparatio in natura humana conſequens corporis complexionem: ſed horꝫ occaſione verborum quidam intantum decepti ſunt vt ponerent intellectum poſſibilem eſſe a corpore ſeparatum: ſicut vna de ſubſtantiis ſeparatis. quod quidem omnino impoſſibile eſt. manifeſtum eſt enim ꝙ hec homo intelligit: ſi enim hoc negetur: tunc dicens hanc opinionem non intelligit aliquid. ⁊ ideo non eſt audiendus: ſi autem intelligit oportet ꝙ aliquo modo formaliter intelligat. hic autem eſt intellectus poſſibilis: de quo phyloſophus dicit: (dico autem intellectū quo intelligit ⁊ opinatur anima.) intellectus ergo poſſibilis eſt quo hic homo formaliter loquendo intelligit. illud etiam quo aliquid operatur ſicut actiuo principio poteſt ſm̄ eſſe ſeparari ab eo quod operatur. vt ſi dicamus ꝙ balíuus operatur per regem: quia rex mouet eum ad operandum: ſed impoſſibile eſt illud quo aliquid operatur formaliter ſeparari ab eo ſecūdum eſſe. quod ideo eſt: quia nihil agit niſi ſecundum quod eſt actu: ſic igitur aliquid formaliter operatur: ſicut eo fit actu: non autem fit aliquid aliquo modo ens actu ſi ſit ſeparatum ab eo ſecundum eſſe: vnde impoſſibile eſt quod illud quo aliquid agit formaliter ſit ſeparatum ab eo ſecūdum eſſe. ¶ Ideo hoc cōſyderantes adinuentores huius opinionis: conati ſūt adinuenire aliquem modum quo illa ſubſtantia ſeparata quem intellectum poſſibilem dicunt: continuetur ⁊ vniatur nobiſcum: vt ſic eius intelligere ſit ſecundū noſtrum intelligere. Dicunt enim ꝙ ſpecies intelligibilis eſt forma intellectus poſſibilis: per eam enim ſit in actu: huiuſmodi autem ſpeciei ſubiectum eſt quodaꝫ phantaſma quod eſt in nobis. Sic igitur dicunt intellectum poſſibilem copulari nobiſcum per formam ſuam. ¶ Sed hoc quod dictum eſt nullam omnino continuationem intellectus ad nos demōſtrat: quod ſic patet: intellectus enim poſſibilis non eſt vnum cū intelligibili: niſi ſecundum ꝙ intellectus eſt in actu: ſicut neqꝫ ſenſus eſt idem cum ſenſibili in potentia: vt ſupra habitum eſt. Species igitur intelligibilis non eſt forma intellectus poſſibilis: niſi ſecundum ꝙ eſt intelligibilis actu: non eſt autem intelligibilis actu: niſi ſecundum ꝙ eſt a phantaſmatibus abſtracta. manifeſtum eſt igitur ꝙ ſm ꝙ vnitur intellectui eſt remota a phantaſmatibus: non igitur intellectus per hoc vnitur nobiſcum. Sed manifeſtum eſt ꝙ actor huius poſitionis deceptus fuit per fallaciam accidentis: quaſi ſic arguens. phantaſmata ſunt vnum cum ſpecie intelligibili: ſpecies autem intelligibilis eſt vnum cum intellectu poſſibili: ergo ītellectus poſſibilis vnit̄ phātaſmatibus. manifeſtum eſt autem ꝙ h̄ incidit fallacia accidentis: quia ſpecies intelligibilis ſecundum ꝙ eſt vnum cum intellectu poſſibili eſt abſtracta a phantaſmatibus vt dictum eſt. Dato tamen ꝙ per hūc modum ſit aliqua vnio intellectus poſſibilis ad nos: non tamen hec vnio faciet nos intelligentes: ſed magis intellectos: id enim cuius eſt ſimilitudo ſpecies in virtute aliqua cognoſcitiua exiſtens non ex hoc fit cognoſcens. ſed cognitum: non enim per hoc ꝙ ſpecies que eſt in pupilla eſt ſimilitudo coloris que eſt in pariete. color eſt videns: ſed magis eſt viſus. per hoc igitur ꝙ ſpecies intelligibilis que eſt in intellectu poſſibili ē ſimilitudo quedam phantaſmatum: non ſequitur ꝙ nos ſimus intelligentes: ſed ꝙ nos vel potius phantaſmata noſtra ſint intellecta ab illa ſubſtantia ſeparata. ¶ Sunt autem plura alia que contra hanc poſitionem dici poſſunt. que alibi diligentius pertractauimus. ſed hic hoc vnum ſufficiat: ꝙ ad poſitioneꝫ hāc ſequitur ꝙ hic homo non intelligit. Manifeſtum etiam eſt quod hec poſitio contra intentionem phyloſophi eſt. ⁊ primo quidem: quia phyloſophus hoc inquirit de parte anime. Sic enim hunc tractatum incipit. vnde manifeſtum eſt ꝙ intellectus poſſibilis pars anime eſt: ⁊ non ſubſtantia ſeparata. ¶ Item ex hoc quod ipſe procedit ad inquirendum de intellectu ſiue ſit ſubiecto ſeparabilis ab aliis partibus anime ſiue non. vnde patet ꝙ ſuus proceſſus ſtat: etiam ſi intellectus ſubiecto non ſit ſeparabalis ab aliis partibus anime. ¶ Item per hoc quod dicit ꝙ intellectus quo anima intelligit: hec enim omnia oſtendunt quod ariſtoteles non dicit intellectum eſſe ſeparatum: ſicut ſūt ſubſtantie ſeparate. Mirum eſt autem quomodo tā leuiter errauerunt: ex hoc quod dicit ꝙ intellectus eſt ſeparatus: cum ex littera ſua huius rei habeatur intellectus. Dicitur enim ſeparatus intellectus: quia non habet organum ſicut ſenſus: ⁊ hoc contingit quia anima humana propter ſuam nobilitatem ſupergreditur facultatem materie corporalis: ⁊ non poteſt totaliter includi ab ea. Unde remanet ei aliqua actio in qua materia corporalis non communicat. ⁊ propter h̄ potentia eius ad hanc actionem non habet organū corporale: ⁊ ſic eſt intellectus ſeparatus.

Lectio octaua.

Co.8.
Am ãt ſic ſingula fiat: vt ſciens
dicitur qui ſecundum actuꝫ. hoc
antem confeſtim accidit:cum poſ
ſit operari per ſeipſum. eſt qui/
dem igitur ⁊ tunc potentia quodam modo
non tamen ſimiliter ⁊ ante adiſcere aut in/
uenire:⁊ ipſe autem ſeipſum tunc poteſt in
telligere.

O ſtquam phyloſophus determinauit de
intellectu poſſibili qui eſt in potentia ad in
telligibilia.hic oſtendit:quomodo in actu
reducatur.Et primo oſtendit ꝙ intellec/
tus aliquando ſit in actu.Secundo oſtendit quid ſit
proprium obiectum eius:reſpectu cuius ſit in actu ibi
(Quoniam autem aliud eſt magnitudo).O ſtendit
ergo quomodo intellectus in actum reducatur dicẽs
dictum eſt ꝙ anima intellectiua non eſt actu ipſe ſpe/
cies:ſed in potentia tantum: (Cum autem ſic fiant
ſingula):ideſt ſic reducatur in actu ſpecierum intelli/
gibilium:quemadmodum ſciens:ideſt habens ſcien
tie habitum:habet ſpecies in actu:⁊ tunc dicitur intel
lectus qui eſt ſecundum actum.hoc autem accidit ſta
tim cum aliquis poteſt per ſeipſum operari operati/
onem intellectus:quod eſt ſecundum intelligere : ſi/
cut ⁊ quamlibet formam: tunc aliquis in actu habet
quando poteſt operationem illius forme explere.
Sed lꝫ tunc intellectus quodã modo ſit in actu quan
do habet ſpecies intelligibiles:ſicut ſciens habet habi
tum: ⁊ eſt tunc quodam modo in potentia :non ta /
men eodem modo ſicut prius erat in potentia anteq̃ꝫ
ſcientiam acquireret addiſcendo: vel inueniendo:naꝫ
antequam haberet habitum ſcientie qui eſt primus
actus non poterat operari cum vellet:ſed oportebat
ꝙ ab altero reduceretur in actum:ſed quando iaꝫ ha
bet habitum ſcientie qui eſt actus primus :poteſt cuꝫ
voluerit procedere in actum ſecundum qui eſt opera
tio.Manifeſtum eſt autem ex hoc quod hic dicitur:
falſam eſſe opinionem Auicenne quam habet de ſpe/
ciebus intelligibilibus: ⁊ contra opinionem Ariſtote
lis .¶ Ponit enim Auicenna ꝙ ſpecies non conſer
uantur in intellectu poſſibili:nec ſunt in eo: niſi quan/
do actu intelligit:ſed oportet ſecundum ipſum quod
quandocunqꝫ intelligit actu ꝙ conuertat ſe ad intel/
ligentiam ſeparatam agentem a qua effluunt in intel/
lectum poſſibilem intelligibiles ſpecies.¶ Contra qđ
manifeſte hic phyloſophus dicit ꝙ intellectus redu/
citur in actum ſpecierum per modum quo ſciens a/
ctu:adhuc eſt in potentia intelligens:cum enim intel/
lectus actu intelligit ſpecies intelligibiles ſunt in eo ſe/
cundum actum perfectum:eum autem habet habi/
tum ſcientie ſunt ſpecies in intellectu medio: modo in
ter potentiam puram ⁊ actum puruꝫ.¶ Et quia di
xerat ꝙ quando intellectus ſit quodam modo in
actu ſecundum ſingula eorum ad que erat in poten/
tia:tũc pŏt itelligere:reſpectu autẽ ſui nullo mŏ erat ĩ
potẽtia:poſſet aliqs credere ꝙ factus in actu ſeipſũ nõ
intelligeret: ⁊ ideo ad hoc excludendum ſubiungit:ꝙ
intellectus factus in actu non ſolum poteſt intel /
ligere alia .ſed etiam tunc poteſt intelligere ſeip /
Co.9. ſum.

¶ Deinde cum dicit.
Uoniam autem aliud eſt magni/
tudo ⁊ magnitudini eſſe:⁊ aqua ⁊
aque eſſe:⁊ ſic in multis aliis:nõ
autem in omnibus.in quibuſdaꝫ
enim idem eſt eſſe carni aut carneꝫ:aut alio
ergo:aut aliter habente diſcernit.caro eniꝫ
non ſine materia:ſed ſicut ſimum hoc ĩ hoc
Senſitiuo quidem igitur calidum ⁊ frigi/ Co.10.
dum iudicat ⁊ quorum ratio quedam caro
alio autem aut ſeparato aut ſicut circunfle/
xa ſe habet ad ſeipſam cum extenſa ſit:car/
ni eſſe diſcernit.

O Stendit phyloſophus quid ſit obiectum
intellectus.Ad cuius euidentiam ſcienduꝫ
eſt ꝙ phyloſophus.in ſeptimo meta.in/
quirit vtrum quod quid eſt:ideſt quiddi
tas vel eſſentia rei quam diffinitio ſignificat ſit idem
quod res: Et quia Plato ponebat quidditates rerũ
eſſe ſeparatas a ſingularibus quas dicebat ideas vel
ſpecies:ideo oſtendit ꝙ quidditates rerum non ſunt
aliud a rebus:niſi per accidẽs: : vt puta non eſt idem
quidditas hominis albi: ⁊ homo albus:quia quiddi
tas hominis non continet in ſe niſi quod pertinet ad
ſpeciem hominis:ſꝫ hoc quod dico homo albus ha
bet aliquid in ſe preter illud quod eſt de ſpecie huma
na.hoc autem contingit in omnibus habentibus for/
mam in materia ꝙ in eis eſt aliquid preter principia
ſpeciei.nam natura ſpeciei indiuiduatur per materi/
am: vnde principia indiuiduantia ⁊ accidentia indiui
dui ſunt preter eſſentia ſpeciei.Et ideo contingit ſub
vna ſpecie inueniri plura indiuidua que licet non dif
ferant in natura ſpeciei: differunt tamen ſecundũ pꝛĩ
cipia indiuiduantia: ⁊ propter hoc in omnibus habẽ
tibus formam in materia:non eſt omnino idem ⁊ res
⁊ quod quid eſt eius.Socrates enim non eſt ſua hu
manitas.In his vero que non habent formaꝫ in ma
teria ſicut ſunt forme ſimplices:nihil poteſt eſſe pre/
ter eſſentiam ſpeciei:quia ipſa forma eſt tota eſſentia:
⁊ ideo in talibus non poſſunt eſſe plura indiuidua vni
us ſpeciei nec poteſt in eis differre ⁊ quod quid eſt
eius: ¶ Conſyderandum eſt etiam:ꝙ non ſolum na/
turalia habent ſpeciem in materia: ſed etiam mathe/
matica.Eſt enim duplex materia ſcilicet ſenſibilis a
qua abſtrahunt mathematica: ⁊ concernunt eam na/
turalia ⁊ intelligibilis quam mathematica concernũt
quod quidem ſic intelligendum eſt.Manifeſtum eſt
enim ꝙ quantitas immediate inheret ſubſtantie:qua
litates autem ſenſibiles in quant tate fundantur: vt al
bum ⁊ nigrum:calidum ⁊ frigidum: remoto autem
poſteriori remanet prius.vnde remotis qualitatibus
ſenſibilibus ſecundum intellectum adhuc remanet
quantitas continua in intellectu . Quedam ergo ſunt
forme que materiam requirunt ſub determinata diſ
poſitione ſenſibilium qualitatum : ⁊ huiuſmodi ſunt
omnes forme naturales: ⁊ iccirco naturalia concer/
nunt maleriam ſenſibilem. Quedam vero forme ſũt
que non exigunt materiam ſub determinata diſpoſi/
tione ſenſibilium qualitatum: tamen requirunt ma/
teriam ſub quantitate exiſtentem ſicut triangulus ⁊
quadratum ⁊ huiuſmodi.⁊ hic dicuntur mathema/
tica:⁊ abſtrahunt a materia ſenſibili:ſed non a mate/
ria intelligibili:inquantum in intellectu remanet con/
tinua quantitas abſtracta a ſenſibili qualitate.Sic er/
go patet ꝙ ſicut naturalia habent formam in materia
ita ⁊ mathematica:⁊ propter hoc tam in naturalibus
quam in mathematicis differt res ⁊ quod quid eſt:
vnde in vtriſqꝫ inueniuntur plura indiuidua ſub vna
ſpecie.ſicut enim ſunt plures homines vnius ſpeciei
ita ⁊ plures triãguli ſub vna ſpecie. ¶ His igitur ha
bitis planum eſt accipere ex littera phyloſophi ĩtel/

lectum. dicit enim ꝙ aliud eſt magnitudo ⁊ magnitudini eſſe.i.aliud eſt magnitudo ⁊ quod quid ē eius eſſe enim quod eſt magnitudini appellat quidditateʒ eius. Et ſimiliter aliud eſt aqua ⁊ aque eſſe: ⁊ ſic eſt in multis aliis: ideſt in omnibus mathematitis ⁊ naturalibus. vnde ſignanter duo exempla poſuit: nam magnum eſt mathematicum: aqua autem quid naturale. Non autem hoc contingit in omnibus. nam in his que ſunt ſeparata a materia idem eſt res ⁊ quod quid eſt eius. Et quia ſubſtantie ſaparate ignote ſunt nobis non potuit eas nominare propriis nominibus: ſicut mathematica ⁊ naturalia: ſed nominat ea ſub exemplo rerum naturalium. Et hoc eſt quod ſubdit: ꝙ in quibuſdam idem eſt carni eſſe ⁊ carneʒ: ex quo non intelligit ꝙ ſit idem caro ⁊ quid eſt eius. non.n. diceret in quibuſdam ſic eſſe: ſed ſimpliciter diceret ꝙ idem eſt caro ⁊ carni eſſe: ſed intelligit ꝙ hoc qđ ſic dicitur aliquid ⁊ alicui vt caro ⁊ carni eſſe idem eſt in quibuſdam.ſ.in his que ſunt a materia ſeparata. Et quia ad diuerſa cognoſcenda diuerſe potentie cognoſcitiue requiruntur: cõcludit ꝙ anima aut cognoſcit alio rem ⁊ alio eius quidditatem: aut vno ⁊ eodem: ſed alio modo ſe habente. Manifeſtum eſt aũt ꝙ caro non eſt ſine materia: ſed forma carnis eſt forma determinata: ⁊ in materia determinata ſenſibili: ſicut etiam ſimum habet ſubiectum ſenſibile determinatum.ſ.naſum. hanc igitur naturam ſenſitiuam cognoſcit anima per ſenſum. Et hoc eſt quod ſubdit. ꝙ anima iudicat potentia ſenſitiua calidum ⁊ frigidũ ⁊ alia huiuſmodi: (quorum ratio).i.proportio (quedam caro eſt): forma enim carnis requirit determinatam proportionem calidi ⁊ frigidi ⁊ aliorum huiuſmodi: ſed oportet ꝙ alia potentia diſcernat eſſe carni ideſt quod quid eſt carnis. Sed hoc contingit dupliciter: vno modo ſic ꝙ ipſa caro: vel quidditas carnis cognoſcãtur omnino potentiis adinuicem diuerſis: puta ꝙ potentia intellectiua cognoſcitur q̃dditas carnis: potentia ſenſitiua cognoſcitur caro: ⁊ hoc contingit quando anima per ſe cognoſcit ſingulare: ⁊ per ſe cognoſcit naturam ſpeciei. Alio modo contingit ꝙ cognoſcitur caro ⁊ quod quid eſt carnis non ꝙ ſit alia ⁊ alia potentia: ſed quia vna ⁊ eadem potentia alio ⁊ alio modo cognoſcit carnem ⁊ quod quid eſt eius. ⁊ illud oportet eſſe cuʒ anima comparat vniuerſale ad ſingulare: ſicut enim ſupra dictum eſt ꝙ non poſſemus ſentire differentiam dulcis ⁊ albi: niſi eſſet vna potentia ſenſitiua communis que cognoſceret vtrunqʒ: ita etiam non poſſemus cognoſcere comparationem vniuerſalis ad particulare: niſi eſſet vna potentia que cognoſceret vtrunqʒ. Intellectus igitur vtrũqʒ cognoſcit ſed alio modo: cognoſcit enim naturam ſpeciei ſiue quod quid eſt directe extendendo ſeipſuʒ ipſum autem ſingulare per quandam reflexionem: inquantum redit ſuper phantaſmata: a quibus ſpecies intelligibiles abſtrahũtur. ⁊ hoc eſt quod dicit qđ cum ſenſitiuo cognoſcit carnem: (alio).i. alia potentia (diſcernit) eſſe carni.i.quod quid eſt carnis: (aut ſeparata): puta cum caro cognoſcitur ſenſu: ⁊ eẽ carnis intellectu: aut eodem aliter ſe habente.ſ. (ſicut circumflexa ſe habet ad ſeipſam) anima intellectiua cognoſcit carnem (que cum extenſa ſit diſcernit eẽ carni.) i. directe apprehendit quidditatem carnis per reflexionem autem ipſam carnem.

¶ Deinde cũ dicit.

Co.ii. **Iterum autem in his que abſtractione ſunt rectum ſicut ſimum cum continuo enĩ eſt. Quod autem quid erat eſſe: ſi eſt ⁊ alterum recto eſſe ⁊ rectum alio. Sit enĩ dualitas. altero itaqʒ aut aliter habente ſe iudicat. Omnino ergo ſicut ſeparabiles res a materia. ſic ⁊ que circa intellectum ſunt.**

¶ Quod ſupra dixerat in naturalibus exponit ĩ mathematicis dicens ꝙ iterum in his que ſunt (per abſtractionem).i.in mathematicis quoruʒ ratio abſtrahit a materia ſenſibili: rectum ſe habet ſicut ſimum: hec enim mathematica habent materiam: ſicut ⁊ naturalia. rectum enim matematicum eſt: ſimum auteʒ naturale: ratio enim recti eſt cum continuo: ſicut rõ ſimi cum naſo: continuum autem eſt materia intelligibilis: ſicut ſimum materia ſenſibilis. vnde manifeſtũ eſt ꝙ aliud eſt in mathematicis res: ⁊ quod q̃d erat eſſe: vt rectum ⁊ recto eſſe. vnde oportʒ ꝙ alio cognoſcat quod quid erat eſſe horum: ⁊ alio ipſa: ⁊ ſupponamus ad preſens exempli cauſa cum platone ꝙ dualitas ſit quod quid erat eſſe linee recte. plato.n. ponebat ꝙ numeri erant ſpecies ⁊ quidditates mathematicorum: puta vnitas linee: dualitas linee recte: ⁊ ſic đ aliis: oportet igitur ꝙ anima alio cognoſcat ipſa mathematica ⁊ quidditates eorum: aut eodem aliter ſe habente: vnde ſicut per naturalia oſtenditur ꝙ intellectus qui cognoſcit quidditates naturalium ſit alius a ſenſu qui cognoſcit ipſa naturalia ſingularia: ita ex mathematicis oſtenditur ꝙ intellectus qui cognoſcit quod quid eſt ipſorum ſit aliud ab imaginatiua virtute que apprehendit ipſa mathematica. ¶ Et quia poſſet aliquis dicere ꝙ eodẽ modo intelligerent̃ mathematica ⁊ naturalia: Subiungit ꝙ ſicut res ſunt ſeparabiles a materia: ita ſe habent ad intellectum. vnde illa que ſunt ſm̃ eſſe ſeparata a materia ſenſibili: ſolo intellectu percipi poſſunt: que autem non ſeparata a materia ſenſibili ſecundum eſſe: ſed ſecundum rationem intelliguntur abſqʒ materia ſenſibili: non autem abſqʒ materia intelligibili. Naturalia vero intelliguntur per abſtractionem a materia indiuiduabili: non autem per abſtractionem a materia ſenſibili totaliter intelligitur enim homo vt compoſitus ex carnibus ⁊ oſſibus: per abſtractionem tamen ab his carnibus ⁊ his oſſibus: ⁊ inde eſt ꝙ intellectus non cognoſcit directe ſingularia: ſed ſenſus vel imaginatio. ¶ Apparet autem ex hoc ꝙ phyloſophus hic dicit ꝙ proprium obiectum intellectus eſt quidditas rei que nõ eſt ſeparata a rebus vt platonici poſuerunt: vnde illud quod eſt obiectum intellectus non eſt aliquid extra res ſenſibiles exiſtens: vt platonici poſuerunt: ſed aliquid in rebus ſenſibilibus exñs: licet intellectus apprehendat alio modo quidditates rerum q̃ʒ ſint in rebus ſenſibilibus. non enim apprehendit eas cum conditionibus indiuiduantibus que eis in rebus ſenſibilibus adiunguntur: ⁊ hoc ſine falſitate intellectus contingere poteſt. nihil enim ꝓhibet duorum adinuicem cõiunctorum vnum intelligi abſqʒ hoc ꝙ intelligatur aliud: ſicut viſus apprehendit colorem abſqʒ hoc quod apprehendat odorem: non tamen abſqʒ hoc ꝙ apprehendat magnitudinem: que eſt proprium ſubiectum coloris. vnde ⁊ intellectus poteſt intelligere aliquam formam abſqʒ indiuiduantibus principiis: non tamẽ abſqʒ materia a qua dependet ratio illius forme: ſicut non poteſt intelligere ſimum ſine naſo: ſed põt curuũ ſine naſo intelligere. Et quia hoc non dixerunt platonici: poſuerunt ꝙ mathematica ⁊ quidditates reruʒ ſũt ſeparate in eſſe ſicut ſunt ſeparate in intellectu. ¶ Manifeſtum eſt etiam ꝙ ſpecies intelligibiles quibus intellectus poſſibilis fit in actu non ſunt obiectum intellectus: non enim ſe habent ad intellectum ſicut quod

intelligitur: ſed ſicut quo intelligit. ſicut enim ſpecies q̄ eſt in viſu non eſt quod videtur: ſed quo viſus videt: quod autem videtur eſt color qui eſt in corpore: Similiter quod intellectus intelligit eſt quidditas que eſt in rebus: non autem ſpecies intelligibiles. niſi inquantum intellectus in ſeipſum reflectitur. manifeſtū eſt.n. ꝙ ſcientie ſunt de his que intellectus intelligit: ſūt aūt ſcientie de rebus: non autem de ſpeciebus vel intentionibus intelligibilibus niſi ſola ſcientia rationalis. vnde manifeſtum eſt ꝙ ſpecies intelligibilis non eſt obiectum intellectus: ſed quidditas rei ītellecte. ¶ Ex quo patet nullam eſſe rationem quorundā volentium oſtēdere ꝙ intellectus poſſibilis ſit vnus in omnibus: ex ħ ꝙ idem eſt intellectum ab omnibus: cum oportet eſſe plures numero ſpecies intelligibiles ſi ſunt plures intellectus: non enim eſt ſpecies intelligibilis ipſum intellectum: ſed ſimilitudo eius in anima: ⁊ iō ſi ſint plures intellectus habentes ſimilitudinem vnius ⁊ eiuſdē rei: erit eadem res intellecta apud omnes. Et ꝓpter hoc manifeſtum eſt ꝙ ſubſtantie ſeparate intelligunt quidditates rerum naturalium quas nos intelligimus ⁊ earum intellectus diuerſi ſunt: vnde ſi eorum rō eēt efficax non euitaretur inconueniens quod concludunt per hoc quod ponunt vnum intellectum in omnibus hominibus: non enim poſſunt ponere vnum intellectum in omnibus intelligentibus.

Lectio nona.

Co.12. Dubitabit autem vtique aliquis. ſi intellectus ſimplex eſt ⁊ impaſſibilis: ⁊ nulli nihil habet commune: ſicut dicit Anaxagoras: quomodo ītelliget ſi intelligere pati aliquid eſt. Inquantum enim aliquod commune vtriſqꝫ eſt: hoc quidem agere: illud vero pati videtur.

Oſtquam oſtendit phyloſophus notitiam intellectus poſſibilis obiectū eius ħ mouet quaſdam dubitationes circa predeterminata. Et diuiditur in partes duas. ⁊ p̄io ponit dubitationes: ſecundo ſoluit eas: ibi (Aut pati) mouet autem primo duas dubitationes: quarum prima talis eſt. Si intellectus eſt ſimplex ⁊ impaſſibilis ⁊ ⁊ nulli habet aliquid commune vt anaxag. dixit quomodo intellectus poteſt intelligere: cum intelligere ſit pati quoddam: ⁊ de ratione patientis. hoc eſſe videaṫ ꝙ habeat aliquid commune cum agente: quia inquantum eſt aliquid cōmune vtriſqꝫ. ſ. agenti ⁊ patienti videtur ꝙ ħ agat ⁊ illud patiatur: oportet enī ea q̄ agūt ⁊ patiuntur adinuicem cōmunicare in materia: vt dicitur in primo de generatione. ¶ Secundā dubitationem ponit ibi.

Co.13. Amplius autem ſi intelligibilis ⁊ ipſe: aut enim aliis inerit intellectus: ſi non ſecūdū aliud ipſe intelligibilis eſt: vnū autē aliquid intelligibile. Si autem ſit mixtum: aliquid habebit quod facit intelligibile ipſū ſicut alia.

¶ Et ſurgit ħ dubitatio ex eo quod ſupra dixit ꝙ ītellectus factus in actu etiam ſeipſum intelligit. Et ē iſta dubitatio ꝙ ſi intellectus eſt ītelligibilis: ħ poteſt contingere duobus modis. vno modo ꝙ ſit intelligibilis ſm ſe: ⁊ non ſm aliud: alio modo ꝙ habeat aliquid ſibi adiunctum quod faciat ipſum intelligibilē. Si autē ipſe ſm ſeipſum eſt intelligibilis: ⁊ non ſm aliud: intelligibile autem inquantum huiuſmodi eſt vnum in ſpecie: ſequetur: ſi hoc non ſolum eſt intelligibile ſed intellectus: ꝙ etiā alia intelligibilia ſint intellectus: ⁊ ita omnia intelligibilia intelligunt. Si autem eſt intelligibilis per hoc quod habet aliquid ſibi adiunctum: ſequetur ꝙ habeat aliquid quod faciat ipſum intelligibilem ſicut ⁊ alia que intelliguntur: ⁊ ita videtur ſequi id qđ prius. ſ. ꝙ ſemper id quod intelligitur intelligat.

¶ Deinde cū dicit.

Aut pati ſecundum commune aliquid diuiſum eſt prius: quoniam potentia quodam modo eſt intelligibilia intellectus: ſed actu nihil antequam intelligat: oportet aūt ſic ſicut in tabula nihil eſt ſcriptum actu. qđ quidem accidit in intellectu. Co.14.

¶ Soluit premiſſas dubitationes. Et primo ſoluit primam dicens: ꝙ ſicut prius diſtinctum eſt de paſſione: cum ageretur de ſenſu: pati dicitur ſecundum aliquid cōmune. i. ħ quod eſt pati cōmune eſt ad paſſionem que eſt in contrarias diſpoſitiones: ſicut ē paſſio mutua in rebus naturalibus que cōmunicant in materia: ⁊ eſt aliquod pati quod dicitur ſecundum receptionem tantum. Intellectus igitur dicitur pati inquantum eſt quodamodo in potentia ad intelligibilia: ⁊ nihil eſt actu eorum antequam intelligat. Oportet autē hoc ſic eſſe ſicut contingit in tabula in qua nihil ē actu ſcriptum: ſed plura poſſunt in ea ſcribi: ⁊ hoc etiā accidit intellectui poſſibili: quia nihil intelligibilium eſt ī eo actu: ſed potentia tantum. Et per hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium qui ponebant animā compoſitam ex omnibus vt intelligeret omnia q̄ꝫ etiā opinio platonis qui poſuit naturaliter animā humanam habere oēm ſcientiam: ſed eam quodam modo oblitam propter vnionem ad corpus: dicens ꝙ addiſcere nihil aliud eſt q̄ꝫ reminiſci.

¶ Deinde cū dicit.

Et ipſe autem intelligibilis eſt ſicut ītelligibilia. In his enim que ſunt ſine materia idem eſt intellectus ⁊ quod intelligitur: ſcientia nanqꝫ ſpeculatiua. ⁊ ſicut ſcibile idē eſt. Co.15.

¶ Soluit ſecundā dubitationē: ⁊ p̄mo ſoluit qōnē: ſecundo rn̄det ad obiectionē in cōtrariū factā: ibi: (nō āt ſemp.) Dicit ergo p̄io ꝙ intellectus poſſibilis ē intelligibilis nō ꝑ ſuā eſſentiā: ſꝫ ꝑ aliquā ſpeciē ītelligibilē ſicut ⁊ alia ītelligibilia. qđ ꝓbat ex ħ ꝙ ītellectū in actu ⁊ intelligēs in actu ſūt vnū: ſicut ⁊ ſupra dixit ꝙ ſenſibile in actu: ⁊ ſenſus in actu ſunt vnum. Eſt aūt aliqđ intelligibile in actu ꝑ ħ ꝙ ē in actu a materia abſtractū ſic.n. ſupra dixit ꝙ ſicut res ſūt ſeꝑabiles a materia: ſic ſunt ⁊ que ſūt circa ītellectū. Et iō ħ dicit ꝙ (in his q̄ ſunt ſine materia). i. ſi accipiamus ītelligibilia actu: idē eſt ītellectus: ⁊ qđ intelligiṫ: ſicut idē eſt ſentiēs in actu ⁊ qđ ſentiṫ in actu. ipſa.n. ſciētia ſpeculatiua ⁊ ſicut ſcibile. i. ſcibile in actu ē idē. ſpecies igiṫ rei ītellecte ī actu eſt ſpēs ipſius intellectus: ⁊ ſic ꝑ eā ſeipſū ītelligere poteſt: vn̄ ⁊ ſupra phyloſophus ꝑ ipſum intelligere ⁊ ꝑ illud quod intelligitur ſcrutatus eſt naturam intellectus poſſibilis: non enim cognoſcimus intellectum noſtrum niſi per hoc ꝙ intelligimus nos intelligere. Accidit autem hoc in intellectu poſſibili ꝙ non intelligatur per eſſentiam ſuam: ſed per ſpeciem intelligibilem ex hoc ꝙ eſt potentia tantum in ordine intelligibilium. oſtendit.n. phyloſophus in. ix. meta. ꝙ nihil intelligitur niſi ſecundum ꝙ eſt in actu. ⁊ poteſt accipi ſimile in rebus ſenſibilibus. nam id quod eſt in poten/

tia tantum in eis: ſcilicet materia prima: non habet aliquam actionem per eſſentiam ſuam ſed ſoluȝ per formam ei adiunctam. Subſtantie autem ſenſibiles que ſunt ſecundum aliquid in actu: ⁊ ſecundum aliquid in potentia: ſecundum ſeipſas habent aliquam actioneȝ. Similiter intellectus poſſibilis qui eſt tantum in potentia in ordine intelligibilium non intelligit neqȝ intelligitur: niſi per ſpeciem in eo ſuſceptam. Deus autem qui eſt purus actus in ordine intelligibilium: ⁊ alie ſubſtantie ſeparate que ſunt medie inter potentiaȝ ⁊ actū. per ſuam eſſentiam ⁊ intelligūt ⁊ intelliguntur.

¶ Deinde cū dicit.

Co.16. **Non autem ſemper intelligendi cauſa conſideranda. In habentibus autem materiam potentia vnunquodqȝ intelligibilium quare quidem illis non inerit intellectus: ſine materia enim potentia eſt intellectus talium: illud autem intelligibile erit.**

¶ Reſidet ad obiectionē q̄ erat in ꝯtrariū dicens ꝙ ex quo itellectus poſſibilis habet aliquid quod facit ipſū intelligibileȝ ſicut ⁊ alia: reſtat vt conſyderetur (cauſa non ſemper intelligendi) ideſt quare non ſemper intelligibiie intelligit. quod ideo eſt: quia in rebus habentibus materiam ſpecies non eſt intelligibilis ſecundum actum: ſed ſecundum potentiam tantum. intelligibile autem in potentia non eſt idem cum intellectu: ſed ſolum intelligibile in actu. vnde in illis que habent ſpeciem in materia non inerit intellectus: vt. ſ. intelligere poſſint. q: intellectus talium ideſt intelligibilium eſt quedam potentia ſine materia. illud auteȝ qđ eſt in materia eſt intelligibile ſed in potentia tantum: quod vero eſt in intellectu eſt ſpecies intelligibilis ſecundum actum.

Co.17. **Quoniam autem ſicut in omni natura eſt aliquid hoc quidem materia vnicuiqȝ generi hoc autem eſt potentia omnia illa: alterum autem cauſa ⁊ factiuum ꝙ in faciendo omnia: vt ars ad materiam ſubſtinuit neceſſe ⁊ in anima has eē differentias. Et eſt intellectus hic quidem**
Co.18. **talis in omnia fieri: ille vero in omnia facere ſicut habitus quidem ⁊ ſicut lumen: quodā enim modo ⁊ lumen facit potentia exiſtentes colores actu colores.**

## ¶ Lectio decima.

Oſtquam phyloſophus determinauit de intellectu poſſibili: nunc determinat de intellectu agente. Et circa hoc duo facit: primo oſtendit eſſe intellectum agentem p̄ter poſſibilem ⁊ ratione ⁊ exēplo. Secundo oſtendit huius intellectus naturam: ibi. (Et h̄ itellectus.) Ponit ergo circa primum talem rationem. In omni nā que eſt quandoqȝ in potentia: ⁊ quandoqȝ in actu oportet ponere aliquid quod eſt ſicut materia i vnoquoqȝ genere: quod ſcilicet eſt in potentia ad omnia que ſunt illius generis: Et aliud quod eſt ſicut cauſa agens ⁊ forma: quod ita ſe habet in faciendo omnia ſicut ars ad materiam. Sed anima ſecundum partem intellectiuā quandoqȝ eſt in potentia ⁊ quandoqȝ in actu. Neceſſe eſt igitur in anima intellectiua eſſe has differentias vt ſcilicet vnus ſit intellectus in quo poſſint omnia intelligibilia fieri. ⁊ hic eſt intellectus poſſibilis: de quo ſupra dictum eſt. Et alius intellectus ſit ad hoc ꝙ poſſit omnia intelligibilia facere in actu: qui vocatur intellectus agens: ⁊ eſt ſicut habitus quidam. ¶ Huius aūt verbi occaſione quidam poſuerunt intellectū agentē idem eſſe cum intellectu qui eſt habitus principiorum qđ eē non pōt: q: intellectus q eſt hītus p̄ncipiorum preſupponit aliqua iam intellecta in actu. ſ. terminos principioruȝ per quorum intelligentiam cognoſcimus principia: ⁊ ſic ſequeretur ꝙ intellectus agens non faceret omnia intelligibilia in actu. vt hic phyloſophus dicit. ¶ Dicendum eſt ergo ꝙ habitus hic accipitur ſecundum ꝙ phyloſophus frequenter conſueuit nominare omnem formam ⁊ naturam habitum: prout habitus diſtinguitur contra priuationem ⁊ potentiaȝ vt ſic per hoc ꝙ nominat eum habitum: diſtinguat eū ab intellectu poſſibili qui eſt potentia. Unde dicit ꝙ ē habitus vt lumen: quod quodammodo facit colores exiſtentes in potentia eſſe actu colores. Et dicit (quodammodo) quia ſupra oſtenſum eſt ꝙ color ſecundum ſeipſum eſt viſibilis: hoc autem ſolummodo facit lumen ipſum eſſe actu colorem: inquantuȝ facit diaphanuȝ eſſe in actu vt moueri poſſit a colore: ⁊ ſic color videatur. intellectus autem agens facit ipſa intelligibilia eſſe in actu que prius erant in potētia: per hoc ꝙ abſtrahit ea a materia: ſic enim ſunt intelligibilia in actu: vt dictum eſt. ¶ Inducitur autem ariſtoteles ad ponendum intellectum agentem ad excludendum opinionem platonis qui poſuit quidditates rerum ſēſibilium eſſe a materia ſeparatas: ⁊ intelligibiles actu vnde non erat ei neceſſarium ponere intellectum agētem. Sed quia ariſtoteles ponit ꝙ quidditates reruȝ ſenſibilium ſunt in materia: ⁊ non intelligibiles actu: oportuit ꝙ poneret aliquem intellectum qui abſtraheret a materia: ⁊ ſic faceret eas intelligibiles actu.

¶ Deinde cū dicit.

**Et hic intellectus ſeparabilis ⁊ impaſſilis ⁊ immixtus ſubſtantia actu ens: ſemper enim honorabilius ē agēs patiēte ⁊ principium materia.** Co.19.

¶ Ponit quatuor conditiones intellectus agentis: quarum prima eſt ꝙ ſit ſeparabilis. Secunda ꝙ ſit īpaſſibilis: tertia ꝙ ſit īmixtus. i. non ꝯpoſitus ex naturis corporalibus: neqȝ adiunctus organo corporali: ſed in his tribus conuenit cum intellectu poſſibili. Quarta autem conditio eſt ꝙ ſit in actu ſecundū ſuaȝ ſubſtantiam: in quo differt ab intellectu poſſibili qui ē in potentia ſecundum ſuam ſubſtantiam: ſed eſt in actu ſolum ſecundum ſpeciem ſuſceptam. Et ad has quattuor conditiones probandas inducit vnam rationem que talis eſt. Agens eſt honorabilius patiente ⁊ p̄ncipiū actiuū mā: ſed itellectus agēs ꝯpat̄ ad poſſibilē ſic agēs ad māȝ vt iā dictū ē ergo itellect⁹ agēs eſt nobilior poſſibili. Sed intellectus poſſibilis eſt ſeparatus: impaſſibilis ⁊ immixtus: vt ſupra oſtenſum eſt: ergo multo magis intellectus agens. Et hoc etiaȝ patet ꝙ ſit ſecundum ſubſtantiam ſuam in actu: quia agens eſt nobilius patiente non niſi ſecundum ꝙ eſt in actu. Occaſione autem horum que hic dicuntur quidam poſuerunt intellectum agentem ſubſtantiam ſeparrtam: ⁊ ꝙ differt ſecundum ſubſtantiam ab itellectu poſſibili. ¶ Illud autem non videtur eſſe veruȝ: non. n. homo eſſet a natura ſufficienter inſtitutus: ſi nō haberet in ſeipſo principia quibus poſſet ſuam operationem ꝯplere que eſt intelligere: que qdem complerī non poteſt niſi per intellectum poſſibilem ⁊ ꝑ intellectum agentem. vñ qerfectio humane nature requi/

rit ꝙ vtrunq; eoꝝ ſit aliqd in homine. ¶ Videmus ēt ꝙ ſicut operatio intellectus poſſibilis que eſt recipere intelligibilia attribuitur homini: ita ⁊ opatio intellect⁹ agentis que eſt abſtrahere intelligibilia: hoc autē non poſſet niſi principiū formale huius actionis eſſet ei ſm̄ eſſe ꝯiunctū. ¶ Nec ſufficit ad h̄ ꝙ h̄ actio attribuatur homini ꝑ hoc ꝙ ſpecies intelligibiles facte ꝑ intellectū agentem hn̄t quodāmodo pro ſubiecto phantaſmata que ſunt in nobis: q: vt ſupra diximus: cum de intelle/ ctu poſſibili ageretur: ſpecies non ſunt intelligibiles in actu: niſi q: ſunt abſtracte a phantaſmatibus: ⁊ ſic eis mediantibus actio intellectus agentis non poſſet nob attribui. ¶ Et preterea ītellectus agens comparatur ad ſpecies intellectas in actu: ſicut ars ad ſpecies artifi ciatoꝝ: per quas manifeſtū eſt ꝙ artificiata non habēt actionē artis. vnde etiam dato ꝙ ſpecies facte intelligi biles actu eſſent in nobis: nō ſequeretur: ꝙ nos poſſe mus habere actionem intellectus agentis. ¶ Eſt etiā predicta poſitio ꝯtra ari.intentionem qui expreſſe di/ cit has differentias duas. ſ. intellectum agentem ⁊ in/ tellectum poſſibilem eſſe in anima: ex quo ꝯpreſſe dat intelligere ꝙ ſint partes anime vel potentie: ⁊ non ali que ſubſtantie ſeparate. ¶ Sed contra hoc videtur eē precipue ꝙ intellectus poſſibilis comparatur ad intel ligibilia vt in potentia exiſtens ad illa: intellectus autē agens comparatur ad ea vt ens in actu: non. n. vide/ tur poſſibile idem reſpectu eiuſdem poſſe eſſe in potē tia ⁊ i actu. vn̄ nō videtur poſſibile ꝙ ītellectus agēs ⁊ poſſibilis conueniant in vna ſubſtantia anime. Sed hoc de facili ſoluitur ſiquis recte conſyderet quomo/ do intellectus poſſibilis ſit in potentia ad intellegibilia ⁊ quomodo intelligibilia ſunt in potentia reſpectu in/ tellectus agentis. eſt. n. intellectus poſſibilis in poten tia ad intelligibilia ſicut indeterminatum ad determi/ natum: nam intellectus poſſibilis non habet determi/ nare naturam alicuius rerum ſenſibilium: vnumqđq; autez intelligibile eſt aliqua determinata natura alicu ius ſpeciei. vnde ſupra dixit ꝙ intellectus poſſibilis cō paratur ad intelligibilia: ſicut tabula ad determinatas picturas. quantum autem ad hoc intellectus agēs nō eſt in actu. Si. n. intellectus agens hēret in ſe determi nationem omnium intelligibilium: non indigeret intel lectus poſſibilis phantaſmatibus: ſed per ſolum ītelle ctū agētē reduceret in actū oīum intelligibiliū: ⁊ ſic nō cō pararetur ad intelligibilia vt faciens ad factum: vt phyloſophus hic dicit: ſed vt exiſtēs ipſa intelligibilia Comparatur igitur vt actus reſpectu intelligibilium ī quantum eſt quedam virtus immaterialis actiua po tens alia ſimilia ſibi facere. ſ. immaterialia. ⁊ per hunc modum ea que ſunt intelligibilia in potentia facit intel ligibilia in actu. Sic. n. ⁊ lumen facit colores in actu nō ꝙ ipſum habeat in ſe determinationem omnium co/ lorum. huiuſmodi autez virtus actiua eſt quedam ꝑ ticipatio luminis intellectualis a ſubſtantiis ſeparatis. Et ideo phyloſophus dicit quod eſt ſicut habitus vt lumen quod non competeret dici de eo ſi eſſet ſub/ ſtantia ſeparata.

¶ Deinde cū dicit.

Co.20. Idem autem eſt ſecundum actum ſciētia rei: que vero ſecundum potentiam tempore prior ī vno eſt: omnino autem neq; tempo/ re: ſed non aliquando quidem intelligit: ali/ quando autem non ītelligit.

¶ Determinat de intellectu ſecundum actum. Et cir ca hoc. d. ſ. primo ponit conditiones intellectus in actu ſecundo oſtendit conditiones totius partis intellectiue ſecundum ꝙ differt ab aliis partibus: ibi: (ſeparatis autem.) Circa primum tres ponit conditiones intelle ctus in actu: quaꝝ prima eſt ꝙ ſcientia in actu eſt idez rei ſcite quod non eſt verum de intellectu in potentia. Secunda conditio eius eſt: ꝙ ſcientie in potentia ī vno ⁊ eodem tempore eſt prior quam ſcientia in actu: ſed vniuerſaliter non eſt prior: non ſolum natura ſed neq; etiam tempore. Et hoc eſt ꝙ phyloſophus dicit ī. ix. metha. ꝙ actus eſt prior potentia natura: tempore ve ro in vno ⁊ eodem potentia prior eſt actu: q: vnum ⁊ idem prius eſt in potentia: ⁊ poſtea ſit actu: ſed vniuer ſaliter loquendo etiā tempore actus eſt prior: nam qđ in potentia eſt non reducitur in actū niſi ꝑ aliquid qđ eſt actu. Et ſic etiā de potentia ſciente non ſit aliqs ſci/ ens actu neq; in inueniēdo: nec in diſcendo niſi ꝑ aliam ſcientiam preexiſtentē in actu: q: omnis doctrina ⁊ di ſciplina intellectiua ſit preexiſtenti cognitione: vt dicit̄ in primo poſteriorum. Tertia conditio intellectus in actu eſt per quam differt ab intellectu poſſibili ⁊ intel lectu in habitu: quia vterq; quandoque intelligit. ⁊ qn̄q; nō ītelligit: ſed hoc non poteſt dici de intellectu ī actu qui conſiſtit ī ipſo intelligere.

¶ Deinde cū dicit.

Separatus autem eſt ſoluz in hoc: ꝙ ve re eſt: ⁊ hoc ſolum immortale ⁊ ꝑpetuum.

¶ Ponit conditiones totius intellectiue partis. Et ꝑ mo ponit veritatem. ſecundo excludit obiectionem: ibi. (Non reminiſcimur.) Dicit ergo primo: ꝙ ſo/ lus intellectus ſeparatus eſt hoc ꝙ vere eſt: quod qdē non poteſt intelligi neque de intellectu agente: ne/ que de intellectu poſſibili tantum: ſed de vtroq;: quia de vtroq; ſupra dixit ꝙ eſt ſeparatus. Et ſic pa tet ꝙ h̄ loquitur de tota ꝑte intellectiua: que quidē di/ citur ſeparata ex hoc ꝙ habet operationem ſuam ſine organo corporali. Et q: in principio huius libri dixit ꝙ ſi aliqua operatio anime ſit propria: contingit aīam ſeparari. Concludit ꝙ h̄ ſola pars anime. ſ. intellectiua eſt incorruptibilis ⁊ ꝑpetua. Et h̄ eſt quod ſupra po/ ſuit in ſecundo: ꝙ h̄ genus anime ſeparatur ab aliis ſi cut perpetuum a corruptibili. Dicitur autem perpe/ tua non ꝙ ſemper fuerit ſed ꝙ ſemper erit. vnde ph̄s dicit. in. ix. metha. q: forma nunquam eſt ante materi/ am: ſed poſterius: remanet anima non omnis: ſed in/ tellectus.

¶ Deinde cū dicit.

Non reminiſcimur autem quia hoc qui/ dem impaſſibile: paſſiuus vero intellectus corruptibilis: ⁊ ſine hoc nihil ītelligit aīa.

¶ Excludit qudndam obiectionem. Poſſet. n. aliqs credere ꝙ q: pars intellectiua anime eſt incorruptibi/ lis remanet poſt mortem in anima intellectiua ſcientia rerum eodem modo quo nunc eam habet: cuius cō/ trarium ſupra dixit in primo ꝙ intelligere corrumpi/ tur quodam interius corrupto ⁊ ꝙ corrupto corpore non reminiſcitur neq; amat. Et ideo hic dicit ꝙ non reminiſcimur ſcilicet poſt mortem eorum que in vita ſciuimus: quia (hoc quidez impaſſibile eſt) ideſt iſta pars anime intellecte impaſſibilis eſt: vnde ipſa non eſt ſubiectum paſſionum anime: ſicut fuit amor ⁊ odium ⁊ reminiſceutia ⁊ huiuſmodi: que ex alia paſ ſione corporali contingunt (paſſiuus vero intellectus corruptibilis eſt id eſt pars anime que nō eſt ſine pre dictis paſſionibus: eſt corruptibilis: pertinent eniz ad partem ſenſitiuam. tamen hec pars anime dicitur intellectus: ſicut ⁊ dicitur rationalis inquantum

aliqualiter participat ratione͂ obediendo rationi: ⁊ ſe/
quendo motū eius: vt dicitur in primo ethi. ſine hac
aūt parte corporali intellectus nihil intelligit nō.n.itel/
ligit aliqd ſine phantaſmate vt infra dicet᷑. Et iō de/
ſtructo corpe non remanet in aīa ſepata ſcientia reruꝫ
ſecundum eunde͂ modū quo mō intelligit. Sed quo/
mō tunc intelligat: nō eſt preſentis intētiōis diſcutere.

Co.21. Indiuiſibilium quidem igitur intelligen
tia in his eſt: circa que non eſt falſum: In q/
bus autem ⁊ falſum iam ⁊ verum eſt: com/
poſitio quedam iam intellectiuum eſt: ſicut
eorum que vnum fiunt. Sicut Empe. dixit
vere. multorum quidem capita ſine ceruice
germinauerunt: poſtea compoſita ſunt con
cordia ſic ⁊ hec ſeparata compoſita ſunt: vt
aſſimetron ⁊ diametros ⁊ ut ſimetrō et dia/
metros. Si autem factorum ⁊ futurorum
tempus cointelligens ⁊ compone͂s falſū.n.
in compoſitione ſemper eſt: ⁊ nanqꝫ ſi albū
non albo: aut ſi non album albo componit
contingit autem ⁊ diuidentem dicere omnia
Sic ergo eſt non ſolum falſum aut veruꝫ ꝙ
Co.22. albus cleon eſt ſed ⁊ quod erat aut erit vnū
autem faciens hoc itellectus eſt vnunqdqꝫ.

Lectio vndecima.

Oſtqꝫ phs determinauit de itellectu: h de
terminat de opatione intellectus. Et diui/
ditur in duas partes. In prima diſtinguit
duas opationes itellectus: in ſcda determi
nat de vtraqꝫ eaꝝ ibi. (indiuiſibile aūt.) Dicit ergo ꝑ
mo ꝙ vna opatio itellectus eſt ſcdm ꝙ itelligit indiui
ſibilia: puta cū intelligit hoīem aut boue͂: aut aliqd hu
iuſmodi incōplexoꝝ. Et h intelligentia e͂ in his circa q
nō eſt falſū: tum q: incomplexa nō ſunt vera neqꝫ fal
ſa: tū q: intellectus nō decipitur in eo qd qd eſt vt in/
fra dicetur ſed i illis intelligibilibus in qbus eſt veruꝫ
⁊ falſū eſt iā queda͂ ꝯpoſitio intellectū id eſt reꝝ intelle
ctaꝝ: ſicut qn̄ ex multis fit aliqd vnum. Et ponit exe͂/
plum ſm opinione͂ empe. q opinabatur: ꝙ omnia ge/
nerata ſunt a caſu: non ꝑꝑ aliquem fine͂: ſed ſm ꝙ cō/
tingit ex diuiſione reꝝ ꝑ litem: ⁊ coniunctione ꝑ amici
ciam: vn̄ dixit ꝙ a principio germinauerūt multa ca/
pita ſine ceruice: ⁊ ſilr multe alie partes animaliū ſepa
rate ab aliis ꝑtibus. ⁊ dicit (germinauerunt). q. ex ele
mentis ꝓducta ſine ſemine animalis: ſicut terra ger/
minat herba͂ virente͂: ſed poſtmodū hmōi ꝑtes ſic di/
uiſe ꝯpoſite ſunt ꝑ ꝯcordia͂: ⁊ ex eis factū eſt vnuꝫ aīal
habens diuerſas partes: vtputa caput manus pedes
⁊ hmōi. Et vbi eſt ꝯſtitutum animal hn̄s oe͂s partes
neceſſarias ad ſui ꝯſeruatione͂: ide͂ animal ſaluatū eſt ⁊
generauit ſibi ſimile. Si aūt defuit aliqua aliaꝝ partiuꝫ
non potuit ſaluari nec rema͂ſit in ſibi ſimili ꝑ generati
onem. Sicut ergo emped. poſuit ꝙ amicicia ꝯpoſuit
multas partes ⁊ ꝯſtituit ex eis vnū animal: ita ⁊ intel/
lectus multa incōplexa prius ſepata ꝯponit: ⁊ facit ex
eis vnū intellectū. in qua ꝯpone qn̄qꝫ eſt veritas qua͂
doqꝫ falſitas. Veritas qde͂ quando ꝯponit ea que i re
ſunt vnū ⁊ ꝯpoſita: ſicut cū ꝯponit a ſimetꝝ h eſt incō
menſurabilem ⁊ diametꝝ. na͂ diameter quadrati eſt i
cōmenſurabilis lateri: falſa aūt ꝯpoſitio qn̄ ꝯponit ea
que non ſunt cōpoſita in rebus ſicut cū ꝯponit ſimme
trum diametro dice͂s ꝙ diameter quadrati eſt ſimme
ter. i. commenſurabilis lateri.



Simetꝝ ergo ⁊ diametꝝ aliquando ſepatū ⁊ ſeorſū
intellectus intelligit. ⁊ tunc ſunt duo indiuiſibilia. qua͂
do aute͂ ꝯponit fit vnū intelligibile ⁊ ſimul intelligitur
ab intellectu. Sed q: intellectus non ſemꝑ cōponit
ea que ſunt in preſenti: ſed que fuerunt vel erunt: ideo
ſubiungit ꝙ ſi intellectus faciat ꝯpoſitione͂ factoꝝ ideſt
preteritoꝝ ⁊ futuroꝝ: oꝫ ꝙ cointelligat ſue ꝯpoſitioni
tp̄s preteritū ⁊ futuꝝ. Et ſic ꝯponit formans ꝯpoſitio
nem de preterito vel de futuro. ⁊ quod hoc ſit veruꝫ
probat q: ꝯtingit ꝯpoſitione͂ de preterito vel de futu/
ro eſſe falſam: falſū aūt ſemꝑ i ꝯpoſitione eſt. ⁊ na͂qꝫ
falſum eſt ſi non albū ꝯponatur ei qd eſt albū. vt ſi di
cas cignus nō eſt albus: Aut ſi albū ꝯparat᷑ ei qd nō
eſt album. vt ſi dicatur ꝙ coruus eſt albus. ⁊ q: que/
cunqꝫ contingit affirmare contingit etiam negare ſub
iungit ꝙ omnia predicta poſſunt ꝑ diuiſione͂ fieri: po/
teſt enim intellectus omnia diuidere ⁊ ſm preſens tp̄s
⁊ ſm preteritū ⁊ ſecundum futuꝝ. veꝝ autem ⁊ falſū
conſiſtit in compoſitione. ⁊ dicere oportet ꝙ veruꝫ ⁊
falſum non ſolum ſint de propoſitionibus de preſenti
puta ꝙ cleon eſt albus ſed etiam in illis de preterito
⁊ futuro: puta ꝙ cleon erit vel fuit albus. Conſide/
randum eſt autem ꝙ compoſitio propoſitionis non
eſt opus nature ſed eſt opus rationis ⁊ intellectus. ⁊
ideo ſub iungit ꝙ illud quod facit vnunquodqꝫ intel
ligibilium componeudo ex intelligibilibus propoſitio
nes hoc eſt intellectus. ⁊ quia verum ⁊ falſum conſi
ſtit in compoſitiōe: ideo dicitur in. vi. metaphyſice ꝙ
verum ⁊ falſum non eſt in rebus ſed in mente.

Deinde cū dicit.

Indiuiſibile autem quonia͂ dupliciter Co.23.
potētia aut actu e͂: nihil ꝓhibet itelligere idi
uiſibile cum longitudinem intelligat. Indi/
uiſibilis enim actu aliter eſt: ⁊ in tempore i
diuiſibili. Similiter.n. tp̄s diuiſibile ⁊ idi
uiſibile longitudini eſt: non eniꝫ eſt diferen
tie aliqd in medio intelligere vtrunqꝫ non
enim eſt non diuidatur ſed aut potentia ſe/
orſum: aut vtrunqꝫ itelligens dimidiorum
diuidit ⁊ tempus ſimul tunc: aut in longitu
dine. Si uero eſt ſicut ex utriſqꝫ: ⁊ in tēpo/
re eſt quod in utriſqꝫ

Determinat de vtraqꝫ predictaꝝ operationuꝫ. Et
primo de ea que eſt intelligentia indiuiſibilium: ſecun/
do de ea que eſt ꝯpoſitio ⁊ diuiſio ibi. (eſt autem di/

cto quidez.)tertio ponit quoddã quod eſt commune vtriſq;.(Co ſecũdum autem eſt ſecunduz actũ:)prima pars diuiditur in tres ſecundum ꝙ indiuiſibile dicit̃ tripliciter quot modis dicitur ⁊ vnũ cuius ratio ex in diuiſione eſt. ¶ Dicitur.n.vno modo aliquid vnum continuitate.vnde ⁊ illud quod eſt continuum indiuiſibile dicitur inquantum non eſt diuiſum actu: licet ſit diuiſibile in potentia. Hoc eſt ergo quod dicit ꝙ cum diuiſibile dicatur dupliciter.ſ.actu ⁊ potentia: nihil ꝓhibet intellectum intelligere indiuiſibile cum intelligit aliquid continuum.ſ.longitudinẽ que eſt indiuiſibilis actu: licet ſit diuiſibilis potentia.⁊ propter hoc intelligit eam cum indiuiſibili tempore.q: intelligit eam vt indiuiſibile. Et ħ eſt ꝯtra opinionem platonis in ꝑmo poſitam qui poſuit intelligentiã fieri quaſi per motuz quendam continuũ magnitudinis.poteſt ergo intellectus intelligere magnitudinẽ dupliciter.vno modo ſecundum quod eſt diuiſiblis in potentia: ⁊ ſic intelligit lineam numerando partem poſt partez:⁊ ſic intelligit eam in tempore. Alio modo ſecundum ꝙ eſt indiuiſibilis in actu ⁊ ſic intelligit eam vt vnum quid conſtans ex multis partibus. ⁊ ſic intelligit eam ſimul ⁊ iõ ſubiũgit ꝙ ſimiliter tp̃s ⁊ lõgitudo diuidit̃ vel non diuiditur intelligẽdo.vñ non eſt dicere ꝙ intelligatur ſecundum medium vtriuſq;:id eſt ꝙ media pars intelligatur in medio temporis:hoc.n.nõ eſſet niſi linea diuideretur in actu:ſed eſt diuiſibilis tantum in potentia. Si aũt vtrunq; dimidium linee ſeorſum intelligat tunc diuidit lineam in actu ſecundum intellectũ. Unde ⁊ tunc tempus ſimul diuiditur ſicut ⁊ longitudo. Si autem intelligat lineam ſicut vnum qd conſtitutuz ex duabus partibus ẽt intelliget in tp̃e non diuiſo:ſed ſecundum aliqd quod eſt in vtriſq; ꝑtibus temporis.ſ.in inſtanti ⁊ ſi ꝯtinuetur ꝯſyderatio ꝑ aliquod aliud tp̃s:non diuidet̃ tempus: vt aliud ĩtelligat in vna ꝑte temporis ⁊ aliud in alia:ſed idem in vtraq;.

¶ Deinde cũ dicit.

Co.24. Quod aũt non ſcd̃m quãtitatẽ ĩdiuiſibile eſt:ſed ſp̃e:ĩtelligit ⁊ ĩdiuiſibili tp̃e ⁊ ĩdiuiſibili aĩe.:Scd̃m accidẽs aũt ⁊ nõ inquãtum illa diuiſibilia: qd̃ ĩtelligit ⁊ in quo tp̃e ſed inquãtum ĩdiuiſibilia. Ineſt aũt vtiq; his aliqd indiuiſibile ſed forte non ſepabile ꝙ facit tẽpus vnũ:⁊ longitudinẽ:⁊ hoc ſimiliter in omni ẽ ⁊ cõtinuo:⁊ tp̃e ⁊ lõgitudine.

¶ Ponit aliũ modum indiuiſibilis.nam dicitur alio modo vnũ qñ habet ſp̃ẽm vnam ⁊ ſi ſit compoſitum ex ꝑtibus nõ ꝯtinuis:ſicut hõ aut domus aut ẽt exercitus ⁊ huic rñdet indiuiſibile ſm ſp̃ẽm: ⁊ de ħ dicit ħ ꝙ illud qd̃ eſt ĩdiuiſibile non ſm quantitatẽ ſed ſcd̃m ſp̃ẽm:intelligit aĩa tp̃e indiuiſibili ⁊ ꝑ indiuiſibilẽ aĩe ꝑtem:nõ ꝙ intellectus ĩtelligens ſit aliqua magnitudo: vt plato poſuit.⁊ licet illud qd̃ eſt ĩdiuiſibile ſp̃ẽ habeat aliquã diuiſionem in ꝑtibus:tñ illa diuiſa intelligit ꝑ accidens:non inq̃tum ſunt diuiſibilia: ⁊ ex ꝑte eius qd̃ intelligit̃ ⁊ ex ꝑte temporis:ſed inq̃tum ſunt indiuiſibilia.q: in ꝑtibus diuiſis ẽt in actu eſt aliqd indiuiſibile.ſ.ipſa ſp̃ẽs quã intellectus ĩdiuiſibiliter intelligit ſed ſi intelligeret ꝑtes vt diuiſas puta carnez ꝑ ſe ⁊ os ꝑ ſe ⁊ ſic de aliis:tunc nõ ĩtelligeret in tp̃e indiuiſibili.

¶ Uult aũt pħs ꝯſequenter oſtendere ſimilitudinem hmõi ad primum modũ ſicut.n.in ħ modo eſt aliqd indiuiſibile.ſ.ſp̃ẽs que facit oẽs ꝑtes totius eſſe vnum ſic forte in ꝯtinuis eſt aliqd inſeꝑabile.ſ.indiuiſibile qd̃ facit tempus eſſe vnũ ⁊ longitudinẽ vnam ſiue ħ dicatur eſſe punctũ in lõgitudine: ⁊ inſtãs in tp̃e: ſiue ipſa ſp̃ẽs longitudinis aut tp̃is:ſed in ħ differt ꝙ iſtud indiuiſibile eſt ſimiliter in omni cõtinuo ⁊ tempore ⁊ lõgitudine:ſed indiuiſibile qd̃ eſt ſp̃ẽs non eſt ſimiliter ĩ omnibus habentibus ſp̃ẽm:q: quedã ꝯponunt̃ ex ꝑtibus homogeneis quedam ex partibus heterogeneis:⁊ ex his diſſimiliter.

¶ Deinde cũ dicit.

Punctũ aũt ⁊ oĩs diuiſio: ⁊ ſic ĩdiuiſibile:mõſtratur ſicut priuatio:⁊ ſimilis ratio in aliis eſt:vt qũo malũ cognoſcit aut nigrũ cõtrario.n.aliquo mõ cognoſcit. Oportet aũt potẽtia eſſe cognoſcens:⁊ eſſe in ipſo: ſi vero alicui non ineſt contrariũ ipſũ cognoſcit ſeipſum ⁊ actu eſt ⁊ ſeꝑabile. Co.25.

¶ Proſequitur de indiuiſibili tertio mõ dicto. videt̃.n.vnum ẽt qd̃ eſt penitus indiuiſibile vt punctus ⁊ vnitas.⁊ de ħ oſtendit nũc qũo intelligitur dicens ꝙ punctũ qd̃ eſt quoddã ſignũ diuiſionis ĩter ꝑtes linee ⁊ omne qd̃ eſt diuiſio inter ꝑtes ꝯtinui : ſicut inſtans inter ꝑtes tp̃is ⁊ ſic de aliis: ⁊ omne qd̃ eſt ſic indiuiſibile in potentia ⁊ actu vt punctus:monſtratur.i.manifeſtatur ĩtellectui ſicut priuatio.i. ꝑ ꝓpriuationẽ ꝯtinui ⁊ diuiſibilis. Cuius ratio eſt q: intellectus noſter accipit a ſenſu.⁊ ideo ea cadũt prius in apprehenſione intellectus que ſũt ſenſibilia: ⁊ hmõi ſunt magnitudinem hñtia. vnde punctus ⁊ vnitas non differunt niſi negatiue. Et inde eſt ẽt ꝙ omnia que tranſcendunt ħ ſenſibilia nota nobis:non cognoſcunt̃ a nobis niſi per negationẽ:ſicuti de ſubſtantiis ſeꝑatis cognoſcimus ꝙ ſunt immateriales ⁊ incorporee ⁊ alia hmõi.⁊ ſimilis rõ eſt ĩ aliis que cognoſcunt̃ ꝑ oppoſitũ. vt qñ cognoſcit ĩtellectus malũ aut nigꝝ que ſe habent ad ſua oppoſita vt priuationes.ſemꝑ.n.alteꝝ ꝯtrarioꝝ eſt vt ĩperfectũ ⁊ vt eſt priuatio reſpectu alterius.⁊ ſubiungit.q.rñdens ꝙ intellectus cognoſcit vtrunq; iſtoꝝ aliquo mõ ſuo ꝯtrario ſ. malũ ꝑ bonũ:⁊ nigꝝ ꝑ albuz.ſ. oportet autẽ ꝙ intellectus noſter q ſic cognoſcit vnũ ꝯtrarioꝝ ꝑ alteꝝ ſit in potentia cognoſcẽs: ⁊ ꝙ in ipſo ſit ſp̃ẽs vnius ꝑ quã aliud cognoſcat:ita ꝙ quandoq; ſit in ipſo ſp̃ẽs albi: ⁊ qñq; ſp̃ẽs nigri: vt ꝑ vnũ poſſit cognoſcere alteꝝ. Si aũt eſt aliqs ĩtellectus cui nõ ineſt vnum ꝯtrarioꝝ ad cognitionẽ alterius tunc oꝫ ꝙ talis ĩtellectus cognoſcat ſeipſũ primo ⁊ per ſe cognoſcat alia: ꝙ ſit ſemper ĩ actu ⁊ ſit penitus ſeparabilis a materia etiam ſecunduz eſſe: vt oſtenſum eſt de intellectu dei in.xi.metaphyſice.

¶ Deinde cũ dicit.

Et aũt dictio qdẽ aliqd de aliquo: ſicut affirmatio vera eſt:aut falſa oĩs Co.26.
intellectus aũt non oĩs: ſed q eſt ipſius qd eſt:ſcd̃m hoc ꝙ aliqd erat eſſe:ver⁹ eſt:⁊ nõ aliqd de aliquo:ſed ſicut videre ꝓprii verũ eſt:ſi autẽ homo albũ aut nõ . non verum ſemper:ſic autez ſe habẽt quecunq; ſine materia ſunt.

¶ Determinat de ſcd̃a opatiõe ĩtellectus q̃ eſt ꝯpoſitio ⁊ diuiſio.⁊ dicit ꝙ dictio q̃ dicit ĩtellectus aliqd de aliquo ſicut ꝯtingit ĩ affirmatiõe:ſemꝑ ẽ actu vera vl' falſa:ſed ĩtellect⁹ nõ ſemꝑ ẽ verus:aut falſus: q: ẽ ĩtellectus ĩcõplexoꝝ q neq; verus aut falſus ẽ q̃tũ ad id qd̃ ĩtelligit̃.vitas.n.⁊ falſitas ꝯſiſtit ĩ quadã adequatione vel ꝯpatiõe vni⁹ ad alteꝝ:q̃ qdẽ eſt ĩ ꝯpoſitione vel diuiſiõe ĩtellectus:nõ aũt ĩ ĩtelligibili ĩcõplexo.ſed licet ipſũ ĩtelligibile incõplexuz non ſit neq; veꝝ neq; falſũ tñ ĩtellect⁹ ĩtelligẽdo ipſũ verus ẽ : inq̃tũ adeq̃t̃ rei ĩtellecte: ⁊ iõ ſubdit ꝙ ĩtellect⁹ q eſt ipſi⁹ qd ẽ ſꝫ ħ qd̃ aliquid erat eſſe.i.ſecundũ ꝙ ĩtelligit qd eſt res verus eſt ſemper: ⁊ non ſcd̃m ꝙ intelligit aliquid de ali

quo.⁊ huius rationem aſſignat: q: ꝙ quid eſt eſt pri/
mum obiectum intellectus. vnde ſicut viſus nūq̄ꝫ de
cipitur in proprio obiecto: ita neqꝫ intellectus in cogno
ſcendo quod quid eſt: nam intellectus nunq̄ꝫ decipitur
in cognoſcendo quid eſt homo. Sed ſicut viſus non
ſemper verus eſt in iudicando de his que ſunt adiun
cta proprio obiecto: puta ſi album eſt homo vel non:
ſic intellectus non ſemper eſt verus in componendo
aliquid alicui. Sic enim ſe habent in intelligendo ſub/
ſtantie ſeparate que penitus ſunt ſine materia: ſicut cū
nos intelligimus quod quid eſt ⁊ ideo in eaꝝ intelle/
ctu non contingit eſſe falſum. ¶ Sciendum tamen eſt
ꝙ in cognoſcendo quod quid eſt contingit eſſe decepti
onem per accidens dupliciter ratione compoſitionis
interuenientis. vno modo pro vt diffinitio vnius rei ē
falſa ad aliam rem: ſicut diffinitio circuli eſt falſa ad tri
angulum. alio modo prout partes diffinitiones nō co
herent ſibi inuicem: ⁊ tunc diffinitio eſt falſa ſimplici/
ter: vt ſi aliquis ponat in diffinitione alicuius animalis
inſenſibile. vnde in illis in quoꝝ diffinitiōe nulla eſt cō
poſitio non contingit eſſe deceptionem: ſed oportet ea
vel intelligere vere vel nullo modo vt dicit̄ in. 9. me/
Co.27. taphyſice. ¶ Deinde cū dicit.

**Idem autem eſt ſecundum actum ſcien/
tia rei: que vero ſecundum potentiam tem/
pore prior eſt in vno: omnino autem: neqꝫ
tempore fiunt enim ex actu ente omnia que
fiunt.**

¶ Reſumit quoddam quod ſupra dictum eſt de ītel
lectu ſecundū actum eo ꝙ nunc etiam de actu intellectꝰ
locutus eſt: ⁊ dicit ꝙ ſcientia ſecundum actum eſt ideꝫ
rei ſcite ſecundum actum: ⁊ ꝙ ſcientia que eſt ſecundū
potentiam eſt in vno ⁊ eodem prior tempus: ſed vni/
uerſaliter neqꝫ eſt tempus prior q: omnia que ſunt in
actu fiūt ex ente in actu ⁊ hoc ſupra expoſitū eſt.

Co.28. **Videtur autem ſenſibile ex potentia exi/
ſtente ſenſitiuo actu agens. non eniꝫ patitur
neqꝫ alteratur: vnde alia hec ſpecies motus
motus enim imperfecti actus: Simpliciter
autem actus aliter eſt qui perfecti.**

¶ Lectio duodecima.

Poſtq̄ꝫ phyloſophus determinauit de ītel
lectu ſecundum ſe: hic determinat de intel/
lectu per comparationem ad ſenſum. Et
circa hoc duo facit. primo oſtendit qualis
ſit opus ſenſus. ſecundo aſſimilat motū intellectus mo
tui ſenſus ibi. (ſentire quidem igitur.) Dicit ergo pri
mo ꝙ ſenſibile videtur faciens in actu partem ſenſiti/
uam ex eo ꝙ erat in potentia. non enim ſic agit ſenſibi
le in ſenſum ſicut contrarium in ſuum contrarium vt
aliquid ab eo abiciat tranſmutando ⁊ alterando ipſuꝫ
ſed ſolum reducit eum de potentia in actum. ⁊ hoc ē
quod ſubdit ꝙ ſenſitiuum neqꝫ patitur, neqꝫ alteratur
a ſenſibili paſſione ⁊ alteratione proprie accepta: ſecū/
dum .ſ. ꝙ eſt a contrario in contrarium: ⁊ q: motus
qui eſt in rebus corporalibus de quo determinatuꝫ ē
in libro phyſicorum eſt de contrario in contrariū: ma
nifeſtum eſt ꝙ ſentire ſi dicatur motus eſt alia ſpecies
motus ab ea de qua determinatum eſt in li. phyſicoꝝ
ille enim motus eſt actus exiſtentis in potentia: q: vi/
delicet recedens ab vno contrario quam diu mouet̄
non attingit alterum contrarium quod eſt terminus
motus: ſed in potentia ad ipſum: ⁊ q: omne quod eſt
in potentia inquantum hmōi eſt imperfectuꝫ: ideo ille
motus eſt actus imperfecti: ſed iſte motus eſt actus ꝑ
fecti: eſt enim operatio ſenſus iam facti in actu per ſuā
ſpeciem non eniꝫ ſentire conuenit ſenſui niſi in actu exi
ſtenti: ⁊ ideo iſte motus ſimplr̄ eſt alter a motu phy/
ſico: ⁊ hmōi motus dicitur proprie operatio vt ſenti/
re ⁊ intelligere ⁊ velle. Et ſecundum hunc motū ani/
ma mouet ſeipſam ſecundum platonem inquantum
cognoſcit ⁊ amat ſeipſam.

¶ Deinde cū dicit.

**Sentire quidem igitur ſimile eſt ipſi di/
cere ſolum ⁊ intelligere. Cum autem delec/** Co.29.
**tabile: aut triſte: aut affirmans aut negans
perſequitur aut fugit: ⁊ eſt delectari ⁊ triſta/
ri agere ſenſitiua medietate ad bonū aut ma
lum inquantum talia: ⁊ fuga aut ⁊ appetitus
hec que ſecundum actum: ⁊ non alterū ap/
petitiuum ⁊ fugitiuum: neqꝫ ab inuicem:
neqꝫ a ſenſitiuo: ſed eſſe alterum eſt.**

¶ Aſſimilat motum ītellectus motui ſenſus ⁊ circa h̄
duo facit. primo oſtendit qualiter procedit motus ī ſē/
ſu. ſecundo oſtendit ꝙ ſimiliter ꝓcedit in intellectu ibi ⁊c.
(intellectiue autē.) Dicit ergo primo ꝙ cum ſenſibi/
le reducat in actum ſenſitiuum ſine paſſione ⁊ altera/
tione: ſicut de intellectu ſupra dictum eſt: manifeſtum
eſt ex dictis ꝙ ipſum ſentire eſt ſimile ei ꝙ eſt intellige
re: ita tamen ꝙ quando eſt ſolum ſentire ⁊ apprehen
dere ⁊ iudicare ſecundum ſenſum: hoc eſt ſimile ei ꝙ
eſt ſolum dicere ⁊ intelligere quando .ſ. intellectus
iudicat aliquid ⁊ apprehendit: quod eſt dicere: q: ſim
plex apprehenſio ⁊ iudicium ſenſus aſſimilatur ſpecu
lationi intellectus. Sed quando ſenſus ſentit aliqd de
lectabile aut triſte. q. affirmans aut negans id quod ſē
ſu percipitur eſſe delectabile aut triſte: tunc perſequi/
tur per appetitum ideſt deſyderat aut fugit. ⁊ dicit ſi
gnanter (aut affirmans aut negans) q: facere affirma
tionem ⁊ negationem eſt proprium intellectus: vt ſu/
pra dictum: ſed ſenſus facit aliquid ſimile huic: quan/
do apprehendit aliquid vt delectabile ⁊ triſte. Et vt
ſciatur quid ſit delectari ⁊ triſtari: ſubiungit ꝙ delecta
ri ⁊ triſtari eſt agere ſenſitiua medietate ideſt actio q̄/
dam ſenſitiue virtutis que dicitur medietas inquantū
ſenſus communis comparatur ad ſenſus proprios vt
quoddam medium ſicut centrum comparatur ad li/
neas terminatas ad ipſum. Non autem omnis actio
ſenſitiue partis eſt delectari ⁊ triſtari: ſed que ē reſpe
ctu boni vel mali inquantum hmōi. nam bonum ſen
ſus ſcilicet quod eſt ei conueniens: cauſat delectationē
malum autem quod eſt repugnans ⁊ nociuum cau/
ſat triſtitiam. ⁊ ex hoc quod eſt triſtari vel delectari
ſequuntur fuga ⁊ appetitus ideſt deſyderium que
ſunt ſecundum actum. Patet igitur ꝙ motus ſen/
ſibilis in ſenſum procedit. q. triplici gradu. Nam pri/
mo apprehendit ipſum ſenſibile vt conueniens vel no
ciuum. Secundo ex hoc ſequitur delectatio ⁊ triſtitia
Tertio autem ſequitur deſyderium vel fuga. ⁊ q̄uis
appetere vel fugere vel ſentire ſint diuerſi actus: tamē
principium eorum eſt idem ſubiecto: ſed ratione dif/
fert ⁊ hoc eſt quod ſubiungit ꝙ appetitum ⁊ fugiti/
uum ideſt pars anime que fugit ⁊ deſyderat non ſūt
altere ſubſtātia neqꝫ ab inuiceꝫ neqꝫ a parte ſenſitiua:
ſed eſſe aliud eſt ideſt differunt ratione. ⁊ hoc dicit cō/
tra platonem qui ponebat in alia parte corporis orga
num appetitiui: ⁊ in alia organum ſēſitiui.

¶ Deinde cū dicit.

**Intellectiue autem anime phantaſmata** Co.30.
**vt ſenſibilia ſunt. cum autem bonum aut ma
lum affirmat aut negat: ⁊ fugit aut proſequi**

tur: ꝓpter qđ nequaquā ſine phantaſmate
intelligit anima.

¶ Aſſimilat ꝓceſſum motus in intellectu ad id quod
dictum eſt circa ſenſum. ⁊ circa hoc. d. ſ. primo oñdit
quō hꝫ ſe circa ſenſibilia: ſecūdo quō ſe habet ad ea q̄
ſunt a ſenſibilibus ſeparata: ibi: (abſtractione autē.)
Circa primū. d. ſ. primo oñdit quō intellectus ſe habꝫ
circa ſenſibilia in agendo: ſecūdo cōparat intellectum
actiuum ad ſpeculatiuum ibi: (⁊ omnino in actione.)
Circa primū. d. ſ. primo aſſimilat ꝓceſſum intellectus
ꝓceſſui ſenſus. ſecundo manifeſtat ſimilitudinem ibi:
(ſicut enim aer.) Dicit ergo primo ꝙ phantaſmata
ſe habent ad intellectiuam partē aīe: ſicut ſenſibilia ad
ſenſum: vñ ſicut ſenſus mouetur a ſenſibilibus itaītel
lectus a phantaſmatibus. ⁊ ſicut cum ſenſus apprehē
dit aliquid ſicut delectabile vel triſte ꝓſequitur illud
aut fugit: ita etiam cū intellectus apprehendit aliquid
affirmans vel negans eſſe bonum vel malū, fugit aut
ꝓſequitur. Ex ipſo autem modo loquēdi ariſ. duplex
eſt attēdenda differētia inter intellectū ⁊ ſenſum: q2 in
ſenſu erant tria. nam ex apprehenſione boni vel mali:
nō ſtatim ſequebatur deſyderium vel fuga: ſicut h̄ cir
ca intellectū: ſed ſequebatur delectatio ⁊ triſtitie: ⁊ ex h̄
vlterius deſyderium ⁊ fuga: cuius rō eſt: q2 ſicut ſen/
ſus non apprehendit bonū vl'e: ita appetitus ſenſitiue
partis nō mouet͛ a bono vel malo vl'i: ſed a quodā de
terminato bono quod eſt delectabile ſm ſenſū: ⁊ quo
dam determinato malo quod eſt triſtans ſm ſenſum
in parte autem intellectiua eſt apprehenſio boni ⁊ ma
li vl'is. vnde ⁊ appetitus intellectiue partis: mouet͛ ſta
tim ex bono vel malo apprehenſo. Secunda differen
tia eſt ꝙ de intellectu dicit ſimpliciter ꝙ affirmat vel
negat: ſed de ſenſu ꝙ. q. affirmat vel negat: cuius ratio
ex dictis pꝫ. ex hoc autem ꝙ dixerat. cōcludit vlterius
ꝙ ſi phantaſmata ſe habent ad animam intellectiuam
ſicut ſenſibile ad ſenſum: ſicut ſenſus non poteſt ſentire
ſine ſenſibili: ita anima nō pōt intelligere ſine phanta/
ſmate.

Deinde cum dicit.

Co.31. Sicut enim aer pupillam huiuſmodi fa/
cit: ipſa autem alterum: ⁊ auditus ſimiliter:
ſed vltimum vnum ⁊ vna medietas: eſſe aūt
ipſi plura quo autē diſcernit: quo differt dul
ce ⁊ calidum: dictū eſt quidē ⁊ prius. dicen/
Co.32. dum autem ⁊ nunc: eſt enim aliquid vnum:
ſic autem ⁊ terminus ⁊ hoc in ꝓportionali:
aut numero ens vnum habet ſe ad vtrunqꝫ
ſicut illa ad inuicem. quo enim differt nō ho
mogenea iudicare aut contraria vt album ⁊
nigrum. Sit igitur ſicut. a. album ad. b. ni/
grū. g. ad. d. ſicut illa ad inuicem: quare ⁊
permutatim. Sicut igitur. g. d. vni ſint exi/
ſtentia: ſic habebunt ſicut ⁊. a. b. idem qui/
dem: eſſe autem non idem ⁊ illud ſimiliter.
Eadem aūt ratio eſt: ⁊ ſi. a. quidē dulce ſit: ⁊
b. vero album.

¶ Manifeſtat ſimilitudinē poſitā: ⁊ primo quantū ad
hoc qđ dixit ꝙ intellectiue anime phātaſmata ſunt vt
ſenſibilia. ſecūdo quantū ad hoc quod dixit ꝙ cū bo/
nū aut malū affirmat aut negat fugit ⁊ ꝓſequitur ibi:
(Species quidē igit͛.) Dicit ergo primo ꝙ aer imu/
tatus a calore facit pupillam huiuſmodi. i. facit eā ali/
qualem imprimēs in eam ſpeciē coloris. ⁊ ipſa. ſ. pu/
pilla ſic immutata imutat. ſ. ſenſū cōem: ⁊ ſimiliter au
ditus imutatus ab aere imutat ſenſū cōem: ⁊ licet ſen
ſus exteriores ſint plures: tñ vltimū ad qđ terminant͛
immutationes hoꝝ ſenſuū eſt vnū: q2 eſt. q. quedā me
dietas vna inter oēs ſenſus. ſicut centrum ad qđ ter/
minantur oēs linee: quaſi ad vnū mediū ⁊ quāuis ſit
vnū ſubiecto illud medium omniū ſenſuum tñ eē ipſi
us eſt plura. i. ratio ipſius diuerſificat͛ ſm ꝙ ad diuer
ſos ſenſus cōparatur. ⁊ hoc eſt quo diſcernit anima ī
quo differat dulce ⁊ calidū de quo dictū ē prius: cum
de ipſo ſm ſe agebat͛. ⁊ nūc etiā dicendum eſt de ipō
per cōparationē ad intellectum: q2 eſt aliquid vnū re
ſpectu omniū ſenſibilium: ſicut intellectus ē terminus
oīum phantaſmatū: ⁊ ſicut ex parte illa erant plura q̄
diiudicabant͛ ab vno: ita ⁊ hec ex parte intellectus ſe
habent in quodā modo ꝓportionali. i. ꝙ ꝓportionabi
liter rñdet vni diiudicanti circa ſenſibilia: aut etiam eſt
ſimilitudo quantū ad numeꝝ diiudicatoꝝ: inquantum
intellectus ſe habet ab vtraqꝫ inter que diſcernit: ſicut
illa ſe hēbant ad inuicē. i. ſicut ſe habebat vnus ſenſus
cōis ad diuerſa ſenſibilia inter que diſcernebat ⁊ non
differt ſi accipiamus cā exempli: non homogenea. i. di
uerſa ſenſibilia non vnius generis: ſicut albū qđ eſt in
genere coloris: ⁊ dulce qđ eſt in genere ſaporis: inter
que ſenſus cōis diſcernit: aut ſi accipiamus ꝯtraria vt
albū ⁊ nigrū que ſunt vnius generis: q2 inter vtraqꝫ
ſenſus cōis diſcernit. accipiamus ergo. a. loco albi: ⁊. b
loco nigri: vt ſe habeat. a. albū ad. b. nigꝝ: ſicut. g. ad
d. idest ſicut phātaſia albi ad phantaſiā nigri: quare ⁊
ſm permutationē ꝓportionū. a ſe hꝫ ad. g. ſicut. ad. d
idest albū ad phātaſmata albi: ſicut nigrū ad phanta/
ſmata nigri: ⁊ ſic ſe hꝫ ītellectus ad. g. ⁊ ad. d. ſ. ad phā
taſma albi ⁊ nigri: ſicut ſe hꝫ ſenſus ad. a. ⁊. b. i. ad al/
bū ⁊ nigꝝ. Si igit͛. g. ⁊. d. i. phantaſmata albi ⁊ nigri
ſunt exñtia vni. i. iudicant͛ ab vno intellectu: ſic ſe habe
bāt ſicut. a. ⁊. b. i. albū ⁊ nigꝝ que iudicant͛ ab vno ſē/
ſu: ita ꝙ ſicut ſenſus diiudicans h̄ duo erat vnū ſubie/
cto differēs rōne: ita erit de intellectu: ⁊ eadē ratio eſt ſi
accipiamus nō hōgenea: vt. ſ. a. ſit dulce: ⁊. b. ſit albū.

¶ Deinde cum dicit.

Species quidem igitur intellectus ī phā
taſmatibus intelligit: ⁊ ſicut in illis determi/
natum eſt: ipſi imitabile ⁊ fugiendum ⁊ ex/ Co.33.
tra ſenſum: cum in phantaſmatibus fuerit:
mouetur vt ſentiens quod fugibile eſt: quia
ignis cōmuni cognoſcit videns quod moue
tur: quoniā impugnans eſt: aliquando aūt
que ſunt in anima phantaſmatibus aut intel Co.34.
lectibus: ⁊ tanquam videns ratiocinatur ⁊
deliberat futura ad preſentia: ⁊ cum dixerit
vt ibi letū aut triſte: hic fugit aut imitatur.

¶ Manifeſtat quod dixerat ſupra ꝙ cum intellectus
affirmat vel negat bonū aut malū fugit: aut ꝓſequitur
ꝯcludens ex predictis: ꝙ pars anime intellectiua intel/
ligit ſpecies a phātaſmatibus abſtractas. Et ſicut in/
tellectui determinat͛ aliqđ imitabile ⁊ fugiendū ī illis
ſcꝫ in ſenſibilibus cū pñtia ſiunt: ita ⁊ modo ad imutā
dū vel fugiēdū cū ſiūt in phātaſmatibus extra ſenſū. i.
cū repreſentat͛ phātaſmata in abñtia ſēſibiliū: ſicut hō
ſentiēs aliqd qđ fugiēdū ē. i. aliqđ terribile: puta fremi
tū aliquē: ſicut cū vidit ꝙ ignis ē accēſus in ciuitate vi/
dens ignē moueri: cognoſcit: (cōi). i. aliqua potētia cō
muni diiudicatiua. vel (cōi. i. ab eo qđ cōiter accidere
ſolet: cognoſcit inqꝫ qñ ſunt prelia vel qñ eſt aliquid
pugnās. ⁊ ſic mō aliqñ ītellectus ad fugiendū vel im
tandū ex ſēſibili pñte: aliqñ aūt ex phātaſmatibus aut
intelligibilibus que ſūt in aīa rōcinat͛ ⁊ deliberat ſu u

ra aut pñtia tanq̃ ſi actu videret: ⁊ cũ iudicat aliquid eſſe letũ vel triſte fugit h̃ aut imitat̃: vt ibi. qñ mouebatur a pñti ſenſibili. ¶ Deinde cum dicit.

**Et omnino in actione ⁊ quod ſine actione eſt verum ⁊ falſum in eodem genere eſt cum bono ⁊ malo. Sed in eo ꝙ ſimpliciter differt ⁊ a quodam.**

¶ Cõparat cognitionẽ intellectus practici ⁊ ſpeculatiui dicens (ꝙ verũ ⁊ falſũ). i. vera ⁊ falſa cognitio intellectus (in actiõe). i. ſm qd̃ ptinet ad intellectũ practicuz (⁊ ſine actione). i. ſm ꝙ pertinet ad intellectuz ſpeculatiuũ eſt in eodẽ genere: ſiue illud genus ſit bonũ ſiue malũ. qd̃ põt dupliciter intelligi. vno mõ ſic ꝙ res intellecta vel practice vel ſpeculatiue quãdoq3 eſt bona: qñq3 eſt mala: neq3 diuerſificatur pp̃ hoc genus rei ꝙ conſyderatur ſpeculatiue vel practice. alio mõ poteſt intelligi ꝙ ipſa cognitio vera eſt quoddã bonũ intellectus ſiue ſpeculatiui ſiue practici. Et ipſa cognitio falſa eſt quoddã malũ intellectus: ſiue ſpeculatiui ſiue practici. Nõ ergo intẽdit cõparare verũ ⁊ falſũ bono ⁊ malo ſm ꝯuenientiã generis: ſ3 verũ vel falſum quod ẽ in actione vero ⁊ falſo qd̃ eſt ſine actione: ⁊ hoc patet ex differẽtia quam ſubdit: dicens ꝙ differt. ſ. quod eſt in actione: ⁊ quod eſt ſine actione in eo quod eſt ſimpliciter ⁊ quodã. Nam intellectus ſpeculatiuus cõſyderat aliquod verũ vel falſũ in vl̃i: quod eſt cõſyderare ſimpliciter: intellectus aũt practicus applicãdo ad particulare opabile: q2 opinio in particularibus ẽ.

¶ Deinde cum dicit.

Co.35. **Abſtractione autez dicta intelligit: ſicut ſimum non ſeparate. Inquantum autẽ curuum ſi aliquod intellexit actu: ſine carnẽ intellexit in qua curuum. ſicut mathematica non ſeparata tanquam ſi ſeparata ſint intelligit: cum intelligat illud. Omnino autez intellectus qui ſecundum actum res eſt intel-**
Co.36. **ligens.**

¶ Quia dixerat phs ꝙ nequaq̃ ſine phantaſmate intelligit anima: phantaſmata aũt a ſenſu accipiunt̃: vult oſtendere quõ intellectus noſter intelligit ea que ſunt a ſenſibus ſeparata. ⁊ circa hoc. d. ſ. primo oñdit quõ intelligit mathematica que a materia ſenſibili abſtrahũtur: ſecundo inquirit vtrum intelligat ea que ſunt ſm eſſe a materia ſeparata: ibi: (vtrum autem cõtingat.) Circa primum cõſyderandum eſt ꝙ eoꝝ que ſunt in rebus coniuncta: contingit vnum ſine altero intelligi ⁊ vere: dummodo vnũ eorum nõ ſit in rõne alterius. ſi enim ſocrates ſit muſicus ⁊ albus. poſſum intelligere albedinem nihil de muſica intelligendo. nõ autem poſſum intelligere hominem nihil intelligẽdo de aĩali: q2 aĩal eſt in rõne hoĩs: ſic ergo ſeparãdo ſm intellectuz que ſunt ſm rem cõiuncta mõ predicto nõ cõtingit falſitas. Si aũt intellectus intelligat ea que ſũt ꝯiũcta eſſe ſeparata: eſſet intellectus falſus. vt puta ſi in predicto exemplo diceret muſicum non eſſe album. ea võ que ſunt in ſenſibilibus abſtrahit intellectus non quidẽ intelligens ea eſſe ſeparata: ſed ſeparatim vel ſeorſuz ea intelligens. ⁊ hoc eſt quod dicit ꝙ intellectus intelligit ea que ſunt dicta per abſtractionez. ſ. mathematica. h̃ modo ſicut dum intelligit ſimum ſm ꝙ ẽ ſimũ nõ intelligit ſeparate. i. ſeorſum ſimũ a materia ſenſibili: q2 materia ſenſibilis. ſ. naſus cadit in diffinitione ſimi. Si aũt intellectus intelligit aliquid in actu inquantum eſt curuum ſine carne intelligit inquantum eſt curuum: ñ quidem ita ꝙ intelligat curuum eſſe ſine carne. ſed q2 intelligit curuum nõ intelligẽdo carnẽ: ⁊ h̃ iõ q2 caro ñ ponitur in diffinitione curui: ⁊ ſic intellectus intelligit oĩa mathematica ſeparate: tanq̃ ſi eſſent ſeparata: q̃uis non ſint ſeparata ſm rem. Nõ aũt ſic intelligit naturalia: q2 ĩ diffinitione naturaliũ ponit̃ materia ſenſibilis: nõ autem in diffinitione mathematicoꝝ: abſtrahit tñ circa naturalia intellectus vl̃e a particulari ſimili mõ: inquantũ intelligit naturã ſpeciei ſine principiis indiuiduantibus que nõ cadũt in diffinitiõe ſpeciei: ⁊ oĩo intellectus ĩ actu ẽ res intellecta: q2 ſicut res in ſui rõe hñt materiã vel nõ hñt ſic ab intellectu pcipiunt̃: ⁊ q2 hunc modum abſtractionis plato nõ cõſyderauit coactus fuit ponere mathematica ⁊ ſpecies ſeparatas: loco cuius ad predictã abſtractionẽ faciendam ariſ. poſuit intellectum agentẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

**Utrum autem contingit aliquod ſeparatorum intelligere ipſum exiſtentem non ſeparatum a magnitudine aut non: conſyderandum poſterius**

¶ Mouet queſtionem de his que ſunt ſeparata a materia ſm eẽ dicens ꝙ poſterius cõſyderandũ erit vtꝝ cõtingat intellectum noſtꝝ nõ ſeparatũ a magnitudine ideſt a corpore intelligere aliquid ſeparatoꝝ. i. aliquaz ſbam ſeparatã. hec. n. queſtio hic determinari non potuit: q2 nundũ erat manifeſtũ eſſe aliquas ſubſtantas ſeparatas nec que vel quales ſint. vnde hec queſto ptinet ad metaphyſicũ: nõ tñ inuenitur ab Ariſtotele ſoluta: q2 cõplementũ illius ſcie nondum ad nos peruenit: vel q2 nondũ eſt totus liber tranſlatus: vel q2 forte preoccupatus morte nõ cõpleuit. Cõſyderandũ tñ eſt ꝙ intellectũ h̃ dicit non ſeparatũ a corpore inquãtũ eſt potẽtia quedã anime que eſt actus corporis: ſupra tñ dixit eum a corpore ſeparatũ: q2 non habet aliquod organum deputatum ſue operationi.

Lectio decimatertia.

**Nunc autem de anima dicta recapi-**
**tulantes dicamus iteruz: ꝙ omnia** Co.37.
**ea que ſunt quodammodo eſt anima: aut enim ſenſibilia que ſunt: aut intelligibilia. eſt autem ſcientia quidẽ ſcibilia quodam modo. ſenſus autem ſenſibilia. Qualiter autem hec ſunt oportet inquirere. Seca-**
**tur enim ſcientia ⁊ ſenſus in res. que qdem** Co.38.
**potentia eſt in ea que ſunt potentia. que vero actu in ea que ſunt actu: anime autem ſenſitiuum ⁊ quod ſcire poteſt: potẽtia hec ſunt hoc qdem ſcibile: illud vero ſenſibile.**

Poſtq̃ phs determinauit de ſenſu ⁊ intellectu p̃ ea que de vtraq3 dicta ſunt oñdit qd de natura aĩe ſit ſentiendum: ⁊ diuiditur in partes duas in prima oñdit ꝙ natura aĩe eſt quodãmodo ſicut antiqui credebant: ⁊ quodãmõ aliter. in ſecunda oñdit dependentiã intellectus a ſenſu ibi: (qm̃ autem neq3 res). Circa primũ. d. ſ. pmõ oñdit ꝙ quodã mõ ẽ oĩa ſicut antiqui dixerunt. Scdõ dicit ꝙ alr̃ eſt oĩa q̃ illi dixerunt ibi: (neceſſe eſt autẽ.) Dicit ergo pmõ ꝙ nunc recapitulantes que dicta ſũt de anima vt ex his ppoſitum oſtendamũs: dicamus ꝙ aĩa quodãmodo eſt oĩa. omnia. n. que ſunt aut ſunt ſenſibilia aut intelligibilia. aĩa autem eſt quodãmodo ſenſibilia ⁊ intelligibilia: q2 in aĩa eſt ſenſus ⁊ intellectꝰ ſenſus autem eſt quodammodo ipa ſenſibilia: ⁊ intellectus intelligibilia ſiue ſcibilia: ⁊ qualiter hoc ſit oportet inquirere: ſenſus enim ⁊ ſcientia diuiduntur ĩ actũ ⁊ potentiã quemadmodum ⁊ res: ita tamen ꝙ ſcien-

tia ⁊ ſenſus que ſunt in potentia ad ſenſibilia ⁊ ſcibilia ſe habent ad ſcibilia ⁊ ſenſibilia que ſunt in potentia: ſcientia vero ⁊ ſenſus que ſunt in actu ordinant̄ in ſenſibilia ⁊ ſcibilia que ſunt in actu: ſed tamen diuerſimode: nā ſenſus in actu ⁊ ſcīa vel intellectus ī actu ſunt ſcibilia ⁊ ſenſibilia in actu. Sꝫ potentia aīe ſenſitiue ⁊ id quod ſcire poteſt. i. potētia intellectiua nō eſt ipſum ſēſibile vel ſcibile: ſed eſt in potentia ad ipſa. ſenſitiuū q̄dem ad ſenſibile: qđ autē ſcire pōt ad ſcibile. Relinqt̄ igitur ꝙ aīa quodam mō ſit oīa. ¶ Deinde cū dicit.

Neceſſe eſt autem: aut ipſa: aut ſpecies eſſe: ipſa quidem igitur non ſunt: non enim lapis in anima eſt ſed ſpecies: quare anima ſicut manus eſt: manus enim organum organorum: ⁊ intellectus ſpecies ſpecierum: ⁊ ſenſus ſpecies ſenſibilium.

¶ Oſtendit ꝙ alio modo eſt oīa q̄ꝫ antiqui ponerent: ⁊ dicit ꝙ ſi aīa ē oīa: neceſſe ē ꝙ ſit vel ipſe res ſcibiles ⁊ ſenſibiles: ſicut emp. poſuit ꝙ terra terram cognoſcimus ⁊ aqua aquā: ⁊ ſic de aliis aut ſit ſpecies ipſorꝫ Nō autem aīa eſt ipſe res ſicut illi poſuerunt: q꞉ lapis nō eſt in aīa: ſed ſpecies lapidis. ⁊ per hunc modum dicit̄ intellectus in actu eſſe ipſum intellectū: inquantū ſpēs intellecti eſt ſpecies intellectus in actu: ex quo pꝫ ꝙ aīa aſſimilat̄ manui. manus. n. eſt organū organoꝝ q꞉ manus date ſunt homini loca oīum organoꝝ q̄ data ſunt aliis aīalibus ad defenſionē vel impugnationē vel coopermentū. oīa enim hec homo ſibi manu preparat. ⁊ ſimiliter aīa data eſt hoī loco oīum formaꝝ: vt ſit homo quodā modo totū ens: inquantū ſm animā eſt quodā mō oīa: ꝓut eius anima ē receptiua oīum formaꝝ. nā intellectus eſt quedā potentia receptiua oīum formaꝝ intelligibiliū: ⁊ ſenſus eſt quedā potentia receptiua oīum formaꝝ ſenſibilium.

¶ Deinde cum dicit.

Co.39. Quoniam autem neqꝫ res nulla eſt preter magnitudines: ſicut videntur ſenſibilia ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt: ⁊ que abſtractione dicūtur: ⁊ quecunqꝫ ſenſibilium habitus ⁊ paſſiōes: ⁊ ob hoc neqꝫ non ſentiens nihil: nihil vtiqꝫ adiſcet neqꝫ intelliget. Sed cum ſpeculetur neceſſe ſimul phantaſma aliquod ſpeculari. phantaſmata autem ſicut ſenſibilia ſunt: preter quod ſunt ſine materia.

¶ Q꞉ dixerat ꝙ intellectus eſt quodā mō intelligibilis ſicut ſenſus ſenſibilia: poſſet aliquis credere ꝙ intellectus non depēderet a ſenſu: ⁊ hoc quod verum eēt: ſi intelligibilia noſtri intellectus eēnt a ſenſibilibus ſeparata ſm eſſe: vt platonici poſuerūt: ⁊ iō hic oñdit ꝙ intellectus indiget ſenſu: ⁊ poſtmodum ꝙ intellectus differt a phantaſia que etiam a ſenſu dependet: ibi: (Ē aūt phantaſma.) Dicit ergo p̄mo ꝙ q꞉ nulla res ītellecta a nobis eſt preter magnitudines ſenſibiles quaſi ab eis ſeparata ſm eſſe ſicut ſenſibilia vident̄ abinuicem ſeparata: neceſſe eſt q꞉ intelligibilia intellectus noſtri ſint in ſpeciebus ſenſibilibus ſm eſſe tā illa que dicuntur ꝑ abſtractionem. ſ. mathematica q̄ꝫ naturalia q̄ ſunt habitus ⁊ paſſiones ſenſibilium: ⁊ ꝓpter hoc ſine ſenſu nō pōt aliquis homo adiſcere. q. de nouo acquirens ſcientiam: neqꝫ intelligere. q. vtens ſcīa habita. Sꝫ oꝫ cū aliquis ſpeculatur in actu ꝙ ſimul formet ſibi aliquod phantaſma. phantaſmata. n. ſunt ſimilitudines ſenſibiliū: ſed in hoc differunt ab eis: q꞉ ſunt preter naturā. nā ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecieꝝ ſine materia: vt ſupra dictū eſt: phantaſia autē eſt motus factus a ſenſu ſm actum. Patet aūt ex hoc falſum eſſe ꝙ auicenna ponit ꝙ intellectus nō indiget ſenſu poſtq̄ꝫ acquiſiuit ſcientiam. manifeſtū eſt enim ꝙ poſtquā aliquis acquiſiuit habitū ſcientie: neceſſe ē ad h̄ ꝙ ſpeculet̄ ꝙ vtat̄ phantaſmate: ⁊ ꝓpter h̄ ꝑ leſionē organi impeditur vſus ſcientie iam acquiſite.

¶ Deinde cum dicit.

Eſt autem phantaſia alterꝫ a dictione ⁊ negatione: complexio enim intellectuum ē verum aut falſum.

¶ Oñdit differentiā inter phantaſiā ⁊ intellectū. ⁊ primo q̄ꝫtum ad operationē cōem intellectus que eſt cōpoſitio ⁊ diuiſio: dicēs ꝙ phantaſie ē alteꝝ ab affirmatione vl' negatione intellectus: q꞉ in cōplexione intelligibilium iā ē veꝝ ⁊ falſū: qđ nō eſt in phātaſia. nā cognoſcere veꝝ ⁊ falſum eſt ſolius intellectus.

¶ Secundo ibi.

Primi autem intellectus quidem differrent vt non phantaſmata ſint: aut neque alii phantaſmata ſed non ſine phantaſmatibus.

¶ Inquirit in quo differāt primi intellectus. i. intelligentie indiuiſibiliū cū non ſint phantaſmata. ⁊ reſpondet ꝙ non ſunt ſine phātaſmatibus ſed tñ nō ſunt phātaſmata: q꞉ phātaſmata ſunt ſimilitudines particularium: intellecta autē ſūt vl'ia ab indiuiduantibus ꝯditionibus abſtracta. vñ phātaſmata ſūt indiuiſibilia in potentia ⁊ non in actu.

¶ Lectio decimaquarta.

Quoniam autem anima ſecundum Co.40.
duas diffinita eſt potētias: que animalium eſt: ⁊ diſcretio quod intelligentie opus eſt ⁊ ſenſus: ⁊ adhuc in mouendo ſecundum locum motum: de ſenſu quidem ⁊ intellectu determinata ſint tanta: de mouente autem quid forte ſit anime: ſpeculandum eſt: vtrum vna quedam pars ipſius ſit ſeparabilis aut magnitudine aut ratione aut omnis anima: ⁊ ſi pars aliqua: vtrū ꝓpria quedam ſit preter conſuetas dici ⁊ dictas: aut harum vna aliqua ſit.

Oſtq̄ꝫ phs determinauit de partibus aīe vegetatiua ſenſitiua ⁊ intellectiua. Nūc q̄rto determinat de ꝑte aīe motiua. Et diuiditur in partes duas. in p̄ma dicit de quo eſt intētio: in ſecūda ꝓſequit̄. ibi. (hꝫ aūt dubitationē.) dicit ergo p̄mo ꝙ q꞉ aīa q̄ eſt aīaliū diffinita ē etiā ab antiquis ſm duas potētias. i. ſm ꝙ hꝫ potentiā ad duo quoꝝ vnū eſt diſcretio que ſit ꝑ cognitionē: que quidē diſcretio opus ē intellectiue ⁊ ſenſitiue ꝑtis. aliud autē eſt mouere ſm locū: de ſenſu ⁊ intellectu ſunt tāta determinata quāta in p̄oribus habita ſunt: ſed nunc ſpeculandum eſt de alia parte. ſ. principio mouente quid anime ſit. vtꝝ. ſ. ſit aliqua pars aīe ſeparabilis ab aliis vel magnitudine. i. ſb̄o: ita ꝙ habeat diſtinctum locum in corpore ab aliis potentiis: ſicut platonici poſuerunt: vel ſit ſeparabilis ab aliis anime partibus rōne tantū: Aut non ſit pars anime: ſed ſit tota anima. Et dato ꝙ ſit aliqua pars anime remanet conſyderandum vtrū ſit quedam alia pars anime preter illas que conſueuerunt dici: ⁊ preter eas que a nobis dicte ſunt. Aut eſt vna earum.

¶ Deinde cum dicit.

Co.41. Habet autem dubitationem mox: quo/
modo oportet partes anime dicere. ⁊ quot
modo enim quodam infinite videntur: ⁊ nõ
ſolum quas dicunt quidam determinantes
rationatiuuam ⁊ iraſcibilem ⁊ appetiuaꝫ: hi
autem rationem habentẽ ⁊ irrationabilẽ.

¶ Proſequitur ſuam intentionẽ: ⁊ primo per modũ
diſputationis: ſcdo per modũ determinatiõis ibi: (vi
dent̃ aũt h̃ duo.) Circa primũ.d.ſ.p̃mo diſputat ꝯtra
diſtinctionẽ potentiaꝝ aĩe.ſcdo ſpãliter circa principiũ
motus q̃ pars aĩe ſit ibi. (Sꝫ de motu ſm̃ locũ.) Cir
ca primũ.d.ſ.primo recitat diuiſionẽ potẽtiaꝝ aĩe qꝫ q
dam ponebãt.ſcdo diſputat ꝯtra eas ibi: ſm̃.n.diffe/
rentias.) Dicit ergo p̃mo ꝙ mox in p̃ncipio huius in
quiſitionis hꝫ dubitationẽ quõ oporteat diſtinguere ꝑ
tes aĩe ⁊ quot ſunt: qꝛ ſm̃ aliquẽ modũ videnť infini/
te eſſe.i.nõ poſſe cõprehendi ſub aliquo certo numero
Et hoc veꝝ eẽt ſi ſingulis operibus aĩe ⁊ motibus q̃
ſunt ab aĩa neceſſe eẽt attribuere diuerſas partes aĩe.
⁊ ſic videť ꝙ nõ ſint ſolũ ille partes: quas quidã dter
minãt.ſ.rõnalẽ iraſcibilẽ appetitiuã.i.ꝯcupiſcibilẽ: hec
quidem diuiſio nõ cõprehendit oẽs aĩe partes: ſed ſo
lum vires motiuas in hoĩe. Alii aũt diſtinguũt aĩe vi/
res ꝑ rõnem habẽtẽ ⁊ irrationabilẽ. Sꝫ hec quidẽ di
uiſio lꝫ ſm̃ aliquẽ modũ cõprehẽdat aĩe ꝑtes oẽs: nõ
tñ eſt ꝓpria diuiſio partiũ aĩe ſm̃ ꝙ ſunt aĩe partes: ſꝫ
forte ſolũ ſm̃ ꝙ ſunt in aĩa rõnem hñte: ⁊ ſic vtitur ea
ariſ.in p̃mo ethicorum.

Deinde cum dicit.

Secundum enim differentias per quas
has ſeparant: ⁊ alie videntur partes maio/
rem his differentiam habentes: de quibus
⁊ nunc dictum eſt. vegetatiua autem que cũ
plantis ineſt ⁊ omnibus viuentibus ⁊ ſenſi/
tiua: quam neque ſicut irrationabilem neqꝫ
ſicut rationem habentem ponet quis vtiqꝫ
facile.

¶ Obicit cõtra p̃dictas diuiſiones multiplr̃.p̃ma ob/
iectio ẽ ꝙ ſi iſte differẽtie ſm̃ quas diuerſificãt aliq ꝑ/
tes aĩe ſufficiũt ad diuerſitatẽ in partibus aĩe ꝯſtituen/
dã: inueniunť alie partes maiorẽ differẽtiã hñtes adin
uicẽ qꝫ ille que dicte ſunt: de quibus etiã ĩ hoc libro di
ctum eſt: pars enim vegetatiua ẽ in plantis ⁊ in oĩbus
aĩalibus ſiue in oĩbus viuẽtibus ⁊ ſenſitiua etiã ẽ in oĩ
bus aĩalibus. ⁊ manifeſtũ ẽ ꝙ vegetatiua ⁊ ſẽſitiua plꝰ
differũt abinuicẽ ⁊ a rõnali ⁊ ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili:
qꝫ iraſcibilis differat a cõcupiſcibili: ⁊ tñ iſte due potẽ
tie nõ comprehendunť ſub illis diuiſionibus. Et ꝙ ñ
cõprehendať ſub prima diuiſione manifeſtũ eſt: patet
enim ꝙ neqꝫ vegetatiua neqꝫ ſenſitiua põt dici eſſe ra
tionabilis vel ꝯcupiſcibilis vel iraſcibilis. Vñ h̃ p̃ter/
miſſo ꝓbat ꝙ hec nõ comprehendanť ſub ſecũda di
uiſione: dicens ꝙ nõ de facili põt aliquis vel vegetati/
uam vel ſenſitiuaꝫ ponere vel rõnabilẽ vel rõnẽ hñtẽ.
Et quidẽ ꝙ neutra haꝝ habeat rõnem manifeſtũ eſt.
Sed ꝙ neqꝫ etiã aliqua eaꝝ ſit irrationabilis: ex h̃ ma
nifeſtum eſſe põt: qꝛ irrõnabile eſt: vel ꝙ eſt cõtrariuꝫ
rõni: vel quod eſt natũ habere rationẽ ⁊ nõ hꝫ: quoꝝ
neutꝝ contingit dictis partibus. ſi enĩ diceret tm̃ nega
tionẽ rõnis: nõ poſſet poni genus potentiarum aĩe. vñ
manifeſtũ videť ꝙ premiſſe diuiſiones potentiaꝝ aĩe
ſint inconuenientes.

¶ Secũdam rõnem ad idem ponit ibi.

Adhuc autem ⁊ phantaſtica que per eẽ
quidem ab omnibus altera eſt: Cui autem
harum eadem vel altera ſit habet multaꝫ du/
bitationem. ſi aliquis ponat ſeparatas par/
tes anime.

¶ Dicens ꝙ pars aĩe phantaſtica que ab oĩbꝰ differt
hꝫ multã dubitationẽ cũ qua predictaꝝ potentiaꝝ de/
beat eſſe eadem vel altera: ⁊ precipue ſi aliquis ponat
ꝑtes aĩe ſeparatas ſb̃o: ſicut aliqui ponebãt.

¶ Tertiã rationẽ ponit ibi. Co.42.

Adhuc autem ⁊ appetitiua que ⁊ ratio/
ne ⁊ potentia altera videtur vtique eſſe ab
omnibus: ⁊ inconueniens vtique hanc ſe/
queſtrare. Irratiocinatiua enim voluntas
fit: ⁊ in irrationabili cõcupiſcentia ⁊ ira. Si
autem tria in anima: in vnoquoqꝫ erit appe
titus.

¶ Dicens ꝙ etiam appetitiua videtur eſſe altera rati
one ⁊ potentia ab omnibus partibus anime. Et ſi ſꝫ
predictam diuiſionem partes anime ſubiecto diſtiguã
tur in rationalem ⁊ irrationalẽ: incõueniens videbitur
ſequeſtrare.i.diuidere appetitiuã in duas partes ſub
iecto differentes: ⁊ tamen hoc oportebit ſi quis dicat
rationale ⁊ irrationale partes anime ſubiecto diſtictas
qꝛ quedam appetitiua eſt in parte rõnali.i.voluntas:
quedam in parte irrationabili.ſ.iraſcibilis ⁊ concupi/
ſcibilis: ⁊ ſi quis diſtinguat partes anime in tres ſubie
cto diſtinctas.ſ.rationalem irrationalẽ ⁊ iraſcibilem: ſe
queť ꝙ in vnaquaqꝫ earum erit appetitus: in rõnabi
li enim eſt voluntas vt dictum eſt: iraſcibili ineſt appe
titus: ⁊ ſimiliter ꝯcupiſcibili. Erunt igitur tres appeti
tus in anima ſubiecto differentes ſm̃ predictam diui/
ſionem. ¶ Sed queritur quare in appetitu ſenſitiuo
ſunt due potentie appetitiue.ſ.iraſcibilis ⁊ concupiſci/
bilis. in appetitu autem rationali eſt vnus appetitꝰ tm̃
ſcꝫ voluntas. ¶ Et dicendũ eſt ꝙ potentie diſtinguun
tur ſm̃ rationes obiectorum: obiectum autem appeti
tiue eſt bonum apprehenſum. Alio autem modo ap/
prehendit bonum intellectus ⁊ ſenſus. Nam intelle/
ctus apprehendit bonũ ſm̃ vlẽm rõnem boni: ſenſus
autẽ apprehendit ſub determinatione boni: ⁊ ideo ap
petitus qui ſequitur apprehenſionẽ intellectus ẽ vnus
tm̃: ⁊ diſtinguitur ab appetitu qui ſequitur apprehenſi
onem ſenſus: ⁊ diſtinguunť ſm̃ diuerſam rationẽ bo
ni apprehenſi. Nam aliquid apprehenſum per ſenſũ
habet rationẽ boni appetibilis inquantũ ẽ delectabile
ſm̃ ſenſum. ⁊ ad hoc bonũ ordinať ꝯcupiſcibilis. ali
quid autem habet rõnem boni ⁊ appetibilis inquãtũ
preficitur delectabilibus: quaſi habens facultatem ad
libitum vtẽdi eis: ⁊ ad h̃ ordinať iraſcibilis: que ẽ.q.
ꝓpugnatrix ꝯcupiſcibilis: ⁊ inde eſt ꝙ aĩalia nõ iraſcũ
tur neqꝫ pugnãt niſi ꝓpter delectabilia.i.ꝓpter cibos
⁊ venerea: vt dicit in.4.de hiſtoriis aĩalium. Et ꝓpter
hoc oẽs paſſiones iraſcibil' incipiunt a paſſionibus cõ/
cupiſcibil' ⁊ terminantur in eis: ira autem a triſtitia cõ
mouetur: ⁊ in delectationẽ finiť: irati enim puniẽtes d
lectantur. ⁊ ꝓpter h̃ quidã dicunt ꝙ obiectum iraſcibi
lis eſt arduum. ¶ Quod autem a quibuſdam dicitur ꝙ
iraſcibilis ordinatur ad fugam mali nullã oĩo hꝫ rõeꝫ
eadem.n.eſt potentia cõtrarioꝝ: ſicut viſus albi ⁊ ni/
gri. vnde bonum ⁊ malum nõ poſſũt diuerſificare po
tentiam appetitiuam: ⁊ ꝓpter hoc ſicut amor boni ꝑ
tinet ad cõcupiſcibilem: ita odiũ mali vt dicit ph̃s i.ix.
ethicorum. ⁊ ſpes de bono: ⁊ timor de malo pertinẽt
ad iraſcibilem.

¶ Quartam rationem ponit ibi.

Et etiam de quo nunc ſermo inſtat: quid
forte mouens ſecundum locum animal eſt.

Co.43. Secundum quidem igitur augmentum ⁊ decrementum motum qui omnibus ineſt: videbitur vtiq̧ mouere generatiuum ⁊ vegetatiuum.

E reſpiratione autem ⁊ expiratione ⁊ ſomno ⁊ vigilia poſterius perſpiciendum. Habent enim dubitationem multam.

¶ Dicens ꝙ etiam illud de quo nūc querimus: ſicut quid ſit mouens animal ſm locū facit dubitationē circa predictas diuiſiones: q̄ nō videt̃ ſub eis contineri. de motu aūt augmēti ⁊ decremēti: qui eſt cōis oībus viuentibus: manifeſtū eſt ꝙ habet principiū cōe oībꝰ viuētibus ſm generatiuā ⁊ vegetatiuā. quedā aūt alie mutationes ſunt ſicut reſpiratio ⁊ expiratio: ſomnus ⁊ vigilia de quibus poſterius determinandū eſt quid cauſet ea: habēt. n. multā dubitationē: ⁊ ꝓpter hoc ſpecialem exigunt tractatum.

Co.44. ¶ Deinde cum dicit.

Sed de motu ſecundum locum quid ſit mouens animal ſecundum proceſſiuū motum conſyderandum: quod quidem igitur non vegetatiua potentia manifeſtum: ſemꝑ enim propter aliquid motus hic: aut cum phantaſia aut appetitu eſt: nihil enim nō appetens aut fugiens mouetur: ſed aut violentia.

¶ Procedit diſputatiue ad inquirendū quid ſit principium motus ſʒ locū in aīalibus. Et primo oñdit ꝙ non ſit vegetatiua potētia: ſc̄do ꝙ nec ſenſitiua. ibi. (ſimiliter autē neq̧ ſenſitiua.) tertio ꝙ nec intellectiua. ibi. (At vero neq̧ rōci.) quarto ꝙ nec appetitiua ibi. (At vero neq̧ appetitus.) dicit ergo primo ꝙ conſyderandū nūc eſt quid ſit mouēs aīal ſm locū motu ꝓceſſiuo. ⁊ ꝙ nō ſit potētia vegetatiua oñdit duabus rationibus: quoꝝ prima talis eſt. Semꝑ motus ꝓceſſiuꝰ ſm locū ē ꝓpter aliqd imaginatū ⁊ deſyderatū: non enī aīal mouet̃ niſi appetens aut fugiens aliqd: niſi forte per violentiā: ſed phantaſia ⁊ appetitus nō cōpetit parti vegetatiue: ergo pars vegetatiua non eſt principium motus localis ꝓceſſiui.

Co.45. ¶ Secundam rōnem ponit ibi.

Amplius ⁊ plante vtiq̧ mote eēnt ⁊ vtiq̧ haberent aliquam partem organicaʒ ad motum hunc

¶ Que talis eſt. pars vegetatiua eſt etiaʒ in plātis: ſi igitur pars vegetatiua eēt principiū motus localis ꝓceſſiui: ſequeret̃ ꝙ plāte eēnt motiue ſuiipſaruʒ ſʒ hūc motū: ⁊ haberent partes organicas cōuenientes huic motui: quod patet eſſe falſum.

¶ Deinde cum dicit.

Similiter autem neq̧ ſenſitiuum: multa enim ſunt animalium: que ſenſum quidem habent: manentia autem ⁊ immobilia ſunt ꝑ finem. Si igitur natura facit frustra nihil: neq̧ deficit in neceſſariis niſi in orbatis ⁊ imperfectis: huiuſmodi autem animalium perfecta ⁊ non orbata ſunt. Signum autem eſt quia generatiua ſunt ⁊ augmentum habent ⁊ decrementum: quare ⁊ haberēt vtiq̧ partes organicas ꝓceſſionis.

¶ Oñdit ꝙ neq̧ etiā ſenſus eſt principiū talis motus tali rōne. ſenſus. n. eſt oībus aīalibus: ſi ergo ſēſus eēt ꝓncipiū predicti motus ſequeret̃ ꝙ omne aīal hoc mō moueret̃: qđ patet eē falſū: q̄ multa ſunt habētia ſenſum que tamen manēt ſemꝑ in eodem loco: ⁊ ſūt immobilia ꝑ finē. i. q̄ʒdiu viuūt. Et q̄ poſſet aliquis credere ꝙ h̄ nō eſt ꝓpter hoc ꝙ deficiat eis ꝓncipiū motiuū: ſed q̄ deficiūt eis inſtrumēta apta ad motū. iđ ad remouendū hoc ſubiūgit ꝙ natura nihil facit fruſtra: neq̧ deficit in neceſſariis: niſi in aīalibus orbatis ⁊ imperfectis: ſicut ſunt aīalia mōſtruoſa que quidē monſtra aīalibus accidunt preter intentionē nature ex corruptione alicuius principii in ſemine. ſed aīalia īmobilia ſunt perfecta in ſua ſpecie: ⁊ non ſunt orbata. q. mōſtra cuius ſignū eſt q̄ generāt ſibi ſile: ⁊ habēt debitū augmētū ⁊ decremētū: quod nō eſt in aīalibus orbatis: ergo ⁊ in hmōi aīalibus natura nihil facit fruſtra. neq̧ deficit in neceſſariis: vñ ſequit̃ ꝙ ſi haberēt principium motus ꝙ haberent partes organicas diſpoſitas ad motum proceſſiuum. alˢ principiū motiuum eēt in eis ſuꝑfluū: ⁊ neceſſaria ad executionem potentie motiue eis deficerent. Ex h̄ aūt accipere poſſumus ꝙ cuicunq̧ ineſt aliqđ principiū vite: inſunt ei organa cōuenientia illi ꝓncipio: ⁊ ꝙ ꝑtes corꝑis ſūt ꝑꝑ ꝑtes aīe.

¶ Deinde cū dicit.

At vero neq̧ rationatiua ⁊ vocatus intellectus eſt mouens. Speculatiuus quidē igitur nihil ſpeculatur actuale: neq̧ dicit de fugibili ⁊ perſequibili. Semper autem motus aut fugientis aut perſequentis aliquid eſt. Sed neq̧ cum ſpeculatus fuerit aliqd huiuſmodi iam precipit aut perſequi aut fugere: puta cum multotiens intelligit terribile aliquid: aut delectabile: non iubet autē timere: ſed cor mouet̃. Si autem delectabile altera aliqua pars. Co.46.

¶ Oñdit ꝙ etiā intellectus nō eſt principiū motiuum. ⁊ dicit ꝙ neq̧ pars rationatiua que vocat̃ intellectus videt̃ eſſe mouēs: vnde accipere poſſumus ꝙ rō ⁊ intellectus nō ſunt diuerſe ꝑtes aīe: ſed ipſeītellectus dicit̃ rō inquantū ꝑ inquiſitionē quandā peruenit ad cognoſcendū intelligibilē veritatē. Et ꝙ intellectus non ſit principiū motus: ꝓbat primo q̄ʒtum ad ſpeculatiuum intellectū: q̄ cū intellectus ſpeculatiuus ſpeculatiue cōſyderet ea que ſunt tm̄ ſpeculabilia: ⁊ nullo mō agibilia: ſicut cū cōſyderat ꝙ triangulus hʒ tres angulos equales duobus rectis: ⁊ alia hmōi: manifeſtū eſt ꝙ ſpeculatiuus intellectus nō ſpeculat̃ aliqd actuale: neq̧ dicit aliqd de fugibili ⁊ perſequibili: ⁊ ſic nō pōt mouere: q̄ ſemꝑ motus ē fugiētis aliqđ ſm appetitū aut ꝑſequētis. Aliqñ aūt intellectus cōſyderat aliquid agibile: nō tm̄ practice ſʒ ſpeculatiue: q̄ ꝯſyderat ipſuʒ in vlı̄: ⁊ nō ſm ꝙ eſt principiū particularis operis. ⁊ iđ dicit ꝓħr: ꝙ neq̧ ītellectus (cū fuerit ſpeculatiuꝰ). i. ſpeculatiue conſyderauerit (aliqd hmōi.). i. aliqd agibile nōdum ꝑcipit ꝓſequi vel fugere: ſicut cum multotiens intelligimus terribile aliqđ vł̄ delectabile. Sʒ intellectus nō iubet timere vel deſyderare: ſed aliqñ mouetur cor ad timēdū abſq̧ īperio intellectus. Et ſi iteꝝ dlectabile moueat appetitū: erit aliqua alia pars q̄ʒ cor q̄ mouet̃. Et h̄ dicit ꝓpter opinionē platonis: qui poſuit partes aīe eē ſb̄o diſtinctas: ita ꝙ iraſcibilis: cuius eſt timere ſit in corde: ⁊ ꝯcupiſcibilis ſit in aliqua alia ꝑte corporis: puta in epate: ſic igitur manifeſtū eſt ꝙ intellectus ſpeculatiue conſyderādo aliqd agibile nō mouet: ex quo pʒ ꝙ intellectus ſpeculatiuus nullo modo

moꝟetur. ¶ Deinde cum dicit.
Co.47. Amplius ⁊ precipiente intellectu ⁊ dicen
te intelligentia fugere aliquid aut proſequi
non mouetur: ſed ſecundum concupiſcenti/
am agit: vt incontinens: ⁊ totaliter videmus
quoniam habens medicatiuam non ſanatur
tanquam alterius proprium ſit agere ſecū/
dum ſcientiam: ſed nō ſcientie.

accidentia lapidis mouentur per accidens ad motum
ipſius lapidis: ⁊ licet phyloſophus non enumeret ni/
ſi duos modos ipſius moueri expreſſe: tamen omnes
predictos modos enumerat ſub intellectu ſiue com/
prehenſiue. ¶ Conſyderandum tertio ꝙ motus po/
teſt accipi dupliciter. Uno modo communiter: ſcilicet
vt ſe extendit ad omnem mutationem tam inſtantane
am q̄ʒ ſucceſſiuam: ⁊ illo modo ſex ſunt ſpecies mo/
tus que continentur in his verſibus: videlicꝫ (Auget
diminuit coꝛrumpit ⁊ generatur.. Alterat ⁊ mutat ſic
per loca multa vagatur. Alio modo accipitur motus
pꝛopꝛie ⁊ phiſice: pꝛout videlicet ſe extendit ad motū
qui eſt cum tranſmutatione naturali: ⁊ illo mō tm̄ ſūt
quatuoꝛ ſpecies motus: vt hic loquitur phyloſophus
¶ Conſyderandum vlterius quarto ꝙ album poteſt
conſyderari dupliciter: Uno modo in ſenſu compoſi/
to: videlicet pꝛo ſuo ſignificato foꝛmali. album eniꝫ de
ſuo ſignificato foꝛmali ſignificat albedinem cui non cō
petit moueri ꝑ ſe. alio modo accipitur in ſenſu diuiſo
videlicet pꝛo ſuo ſignificato materiali: videlicet pꝛo eo
quod eſt album: pꝛimo modo album mouetur per ac
cidens. Secundo mouetur per ſe. ¶ Conſyderanduꝫ
vltimo ꝙ vnicuiqꝫ eo modo competit moueri: quo
modo competit ſibi eſſe. Illa ergo que non habent eē
per ſe ſed in alio: non mouetur per ſe ſed per alte/
rum aut per accidens. Cum ergo nulla foꝛma natura
lis habeat eſſe per ſe ſed per alterum. Et licet anima
vnita coꝛpoꝛi ſubſiſtat per ſe ſubſiſtentia incompleta:
non tamen per ſe ſubſiſtit ſubſiſtentia completa: vt in/
fra patebit. ¶ Contra nonnulla dicta in textu: ſic argui
tur. ¶ Antiqui phyloſophi tribus modis inueſtiga/
uerunt naturam anime: videlicet ſenſu: motu: ⁊ incoꝛ/
poꝛeo: vt in precedēti capitulo adduxit phyloſophus
ergo inſufficienter phus ꝓſequitur contra eos quan
tum ad duos modos tantum. ¶ Preterea in tertio
⁊ quarto phiſicoꝛum dicitur ꝙ aliqd dicit̃ tripliciter
moueri: ergo hic male dicitur ꝙ tantum dupliciter ali
quid mouetur. ¶ Preterea phyloſophꝰ in tertio phi
ſicoꝛum: ⁊ in quinto enumerat ſex ſpecies motus: er/
go hic inſufficienter dicitur ꝙ quatuoꝛ ſunt motus.
¶ Preterea ſoli coꝛpoꝛi debetur locus vt patet quar
to phiſicoꝛum: ſed motus non eſt coꝛpus: ergo motꝰ
non eſt in loco ⁊ per conſequens phyloſophus male
dicit in textu ꝙ omnes motus ſunt in loco. ¶ Prete/
rea omne coꝛpus per ſe poteſt moueri ſed omne albū
eſt coꝛpus: ergo omne album ꝑ ſe pōt moueri: quod ē
contra phyloſophum in textu: vbi dicit ꝙ mouet̃ .n.
hec. ſ. album ⁊ tricubitum: ſed ſm̄ accidens. ¶ Pre
terea celum mouetur naturaliter: ⁊ tamen non poteſt
moueri violenter: ergo phs male dicit in textu ꝙ que
cunqꝫ mouentur naturaliter mouentur etiā violenter
¶ Preterea celū non pōt quieſcere naturaliter: ⁊ ta/
men mouet̃ naturaliter: ergo male dicit phs ꝙ qcqd
mouet̃ natura qeſcit natura. ¶ Ad ꝑmū ſm̄ ⁊ tertiuꝫ
pꝫ ſolutio ex dictis. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ motū eē ī
loco pōt ītelligi tripliciter. ꝑmo mō cōſyderādo motū
ex pte mobilis: ⁊ clarꝫ ē ꝙ oēs motus ſunt in loco. i. oē
mobile qd̾ mouet̃ ꝑ aliquē motū ē in loco. alio mō q̄ʒ
tū ad modū mouēdi: ⁊ illo mō etiā motus eſt in loco:
vt clare pꝫ de loci mutatione augmentatione diminu
tione: de alteratione aūt patet: qꝛ in oī alteratione req/
ritur appꝛoximatio alterātis ad alterabile: quod non
pōt fieri ſine loco. tertio mō quantū ad motum in ſe: ⁊
ſic añcedenter etiā oīs motus eſt in loco. i. oīs motus
ꝑſupponit motū localē: qui eſt de loco ad locū. ¶ Ad
quintū dicendū ꝙ pꝫ ſolutio ex dictis: qꝛ ibi arguit̃ a
ſenſu diuiſo ad ſenſū cōpoſitū: ⁊ ꝑ ꝯñs ibi cōmittit̃ fal
latia cōpoſitiōis. ¶ Ad ſextū dicēdū ꝙ duplex eſt mo
tus. Quidā ē qui hꝫ quietē ſibi appoſitā: ſicut ē motus
coꝛpoꝛū ſimpliciū aut mixtoꝝ coꝛruptibiliū. aliuſ ē mo
tus qui nō hꝫ quietē ſibi appoſitā: vt eſt motus coꝛpo
rum celeſtiū. Quicquid enim mouet̃ naturaliter pꝛio
mō dicto pōt moueri violenter: nō aūt ſecūdo modo
vñ rō laboꝛabat in equiuoco: ⁊ ꝑ h̃ pꝫ ſolutio ad. 7.

¶ Sequitur in textu. (Quidā aūt mouere.) Hec eſt
lectio ſeptima eiuſdem libꝛi: ⁊ in cōmento ſcī thome.

Stud ē ſecundū capitulū huius ſcdī tracta
tus ī quo phs adducit opinionē democriti
ī ſpāli repꝛobādo eā duabus rōnibus ſina
liter adducēdo opinionē trimēbꝛē platonis
dicebat .n. democritus ꝙ aīa cōponebat̃ ex athomis
qui ſemꝑ mouent̃ ⁊ ꝙ moueret coꝛpꝰ eo mō quo mo
uet̃ ſic deſcribēs aīam ꝙ aīa ē que mouet coꝛpus cōti
nue mota. Cuius ꝑſuaſio erat talis. Sicut ſe habet ar
gentum viuum ad ſtatuā ydee minerue: ita ſe hꝫ ani/
ma ad coꝛpus: ſed argentum viuū quandocunqꝫ mo
uebatur: mouebat illā ſtatuam: ergo aīa quādocunqꝫ
mouet̃: mouet coꝛpus. Cum ergo ipſa aīa cōponatur
ex athomis ſemꝑ mobilibus dicebat aīaꝫ ſemꝑ moue
re coꝛpus ſic. ¶ Cōſyderādū aūt ē ꝙ pꝛedictā opinio
nē repꝛobat phs duabus rōnibus: quaꝝ pꝛima ē. Ea
dē natura ē pꝛincipiū mouēdi ⁊ quieſcendi alicuius ſꝫ
aīal aliqñ quieſcit. (vt pꝫ ad ſenſū.) ergo id qd̾ erit ꝑn
cipiū quietis aīalis erit ꝑncipiū mouēdi: ſed aīa cū ſē/
per (ſm̄ democritū) moueat̃ nō pōt eē ꝑncipiū quie
tis ipſius aīalis: ergo nō erit ꝑncipiū mouēdi. Si dica
tur ꝙ aīal nunq̄ʒ quieſcit ſed ſemꝑ mouet̃ ſaltē motu
alterationis: ergo ratio nulla. dicendum ꝙ democritꝰ
loquebat̃ de motu locali: ⁊ non d̾ motu alterationiſ ſo
lum. Unde licet ratio non ſimpliciter concludat: con/
cludit tamen contra Democritum: licet enim ve/
rum ſit ꝙ omne animal ſit in continuo motu vniuer/
ſaliter loquendo de motu: tamen non eſt in continuo
motu locali: vt voluit Democritus. ¶ Secunda ra
tio eſt. animal mouetur per voluntatem ⁊ appetitum
ergo ſequitur ꝙ coꝛpus animalis ſiue animal non
mouetur ab anima ſecundum ſe conſyderata.
¶ Conſyderandum eſt vlterius ꝙ phyloſophus in te
xtu adducit tres opiniones platonis de anima ſecūdū
triplicem eius conſyderationē. Pꝛima opinio eſt ꝙ
anima eſt que vnitur coꝛpoꝛi ⁊ mouet illud. Secunda
opinio eſt ꝙ anima eſt quoddam compoſitum ex nu/

meris armoniacis. Tertia opinio eſt ꝙ anima ē aſpe/
ctus rectus reflexus in duos circulos: quorum vnus
diuiditur in ſeptem circulos: conſyderauit enim plato
ꝙ anima poteſt tripliciter conſyderari: Uno modo:
vt eſt forma corporis: ⁊ iſto modo dicebat animā vni
ri corpori: ⁊ ipſum mouere. Alio modo poteſt conſy
derari anima per reſpectum ad ſua principia: ⁊ ſic di/
cebant animam eſſe compoſitaʒ ex numeris ſiue ex ꝯ
ſonantiis. Tertio modo poteſt conſyderari quantum
ad eius operationes ⁊ motum: ⁊ iſto modo dicebat
animam eſſe aſpectum rectum ⁊c. ¶ Conſyderanduʒ
eſt vlterius ꝙ ſi opinio platōis conſyderetur ſecundū
ſonum verborum: ſic veritatem non haberet: vt oſtē/
dit infra phyloſophus: ſed ſi conſyderet̃ quantum ad
ſententiam verborum per viam .ſ. cuiuſdam ſimilitu/
dinis: ſic habet veritatem. Manifeſtum eſt enim ꝙ
anima vnita corpori per ſe non mouet ipſum corpus:
ſed mediantibus tantum ſuis potentiis. Sicut etiam
in numeris primo reperitur conſonantia ⁊ proportio
anima habet ſimilitudinem ad numeros armoniacos
quia reperitur maxima proportio anime ad corpus ⁊
partium corporis inter ſe vt debite exerceat ſuas ope
rationes. Manifeſtum eſt etiam ꝙ anima conſydera
tur aſpectus directus ⁊ reflexus per modum circuli:
qui quidem circulus diuiditur in duos circulos: quo/
rum vltimus diuiditur in ſeptem ſimilitudinarie lo/
quendo. nec intellectus vē recte intelligit ſuum obie/
ctum: que intellectio poteſt dici intellectus directus: ⁊
intelligendo ſuum obiectum etiam reflectitur ſupra ſe
ipſum per modum circuli: qui quidem intellectus cir
culus: ideſt intellectio diuiditur in duos circulos: id
eſt in duos diuerſos modos intelligendi. Alio modo
intelligit materialia ⁊ aliqua ſpiritualia. Ultimus ve/
ro circulus: ideſt intellectio que intelligit materialia di
uiditur in ſeptem circulos: ideſt in ſeptem intellectio/
nes: ſecundum ſeptem gradus corporum materialiū
que quidem corpora ſunt elementa mixta imperfecta
vt impreſſiones metherologice: mixta perfecta inani/
mata vegetabilia ⁊ ſenſitiua motiua ſecundum locuʒ
⁊ intellectiua.

¶ Sequitur (Primum quidem igitur.) Hic incipit
lectio octaua eiuſdem libri: ⁊ in cōmento ſācti thome.

Stud eſt tertium capitulum preſentis tra/
ctatus in quo poſtquam phyloſophus ad
duxit opiniones platonis ponit concluſio/
nes contra predictam opinionem ſecundū
ꝙ plato in ſua opinione quatuor affirmauit. Dicebat
enim animam eſſe aſpectum rectum: ideſt magnitudi
nem continuam. Dicebat vltra animam eſſe magnitu
dinem circularem. Tertio dicebat animaʒ eſſe magni
tudinem motam. Quarto dicebat ꝙ eſſet vnita corpo
ri. Ex quibus omnibus elicitur diffinitio anime ſecun
dum platonem: videlicet ꝙ anima eſt aſpectus rectus
ideſt magnitudo corpori vnita ex numeris armonicis
ꝯpoſita: reflexa i circulū diuiſū i duos circulos: quo/
rum vnus diuiditur in ſeptem circulos vt dictum eſt
quia ergo plato dicebat animam eſſe magnitudinem:
ideo phyloſophus primo ponit vnam concluſionem
contrariam: videlicet ꝙ anima nō eſt magnitudo: quā
quidem concluſionem probat tribus rationibus: que
magis reſpiciunt verba platonis q̃ʒ intentionem eius
¶ Quarum prima eſt. Talis eſt intellectus qualia ſūt
intelligibilia: (Cum potentie ſpecificentur per obiecta
ſed intelligibilia intellecta ab intellectu non ſunt conti/
nua vt magnitudo: ſed magis conſequenter ſe haben
tia: vt numeri: ergo intellectus non eſt continuus vt
magnitudo: ⁊ per conſequens non eſt magnitu/
do. ¶ Secunda ratio. Si intellectus eſſet magnitu/
do intelligens aliquod intelligibile: aut talis magnitu/
do intelligeret intelligibile ſecundum partem quantita
tiuam: aut ſecundum punctum applicando ſe videli
cet ad intelligibile: ſecundum partem diuiſibilem: aut
partem punctualem: non ſecundum partem punctua
lem: quia puncta ſunt infinita in magnitudine continua
que nequaquam eſt pertranſire. Nec ſecundum par/
tem quantitatiuam aut diuiſibilem: quia infinities in/
tellectus intelligeret iidem: quod eſt inconueniēs. Ter
tia ratio eſt. Impoſſibile eſt ꝙ indiuiſibile intelligatur
per diuiſibile: vel diuiſibile per indiuiſibile. Si ergo
anima eſſet magnitudo compoſita ex īdiuiſibilibus: ſic
non poſſet intelligere diuiſibilia ſiue materialia. Si ve
ro eſſet cōpoſita ex diuiſibilibus non poſſet intellige/
re indiuiſibilia ſiue immaterialia: quorum vtrunqʒ eſt
contra platonem qui poſuit intellectum poſſe intellige
re tam materialia q̃ʒ immālia. Sed conſyderandum
eſt ꝙ predicte rationes ſunt magis contra verba pla/
tonis ⁊ non contra ſententiam aut intentionem eius.
Quando enim plato dicit animam eſſe magnitudineʒ
loquitur figuratiue ſiue metaphorice ad ſimilitudineʒ
magnitudinis continue corporis celeſtis. non enim di
cebat animam eſſe magnitudinem corporalem: quan
do ipſe (vt hic dicit phyloſophus) dicat ipſam animā
eſſe vnitam ⁊ coniunctam corpori: ſed dicebat animaʒ
eſſe magnitudinem virtutis: que quidem magnitudo
attenditur ſecundum perfectionem eſſentie ⁊ operati/
onis ipſius anime ad ſimilitudinem: (vt dictum eſt)
corporis celeſtis: quia ſicut in magnitudine attenditur
maxima continuitas perfectio ⁊ proportio mobilis ad
mouens: ita in magnitudine virtuali ipſius anime (.i.
in operatione ſua) attenditur maxima perfectio ⁊ pro
portio: que attenditur inter intelligibile ⁊ ipſum intelle
ctum. Ex quo patet ꝙ ſi aliquis probabiliter vellet ſol
uere rationes phyloſophi non oporteret niſi negare
ſuppoſitum: videlicet ꝙ plato non poſuit animaʒ eſſe
magnitudinem corporalem contiuuam. ¶ Conſyde/
randum tamen eſt ꝙ quidam doctorum hic dicūt ꝙ
plato cum eſſet doctor veritatis non debebat tradere
ſuam ſcientiam ſub velaminibus metaphoricis: cum
veritas non querat angulum: vnde plato non ſolum
erat reprehenſibilis a phyloſopho: vt ipſe dicit quan/
tum ad intentionem ipſius: ſed etiam quantū ad ſonū
verboꝝ. Sed hoc eſſet dicere ꝙ theologia ſacra que
eſt ſcientia maioris veritatis q̃ʒ phia naturalis eſſet re/
prehenſibilis. tradit̃ .n. ſub velaminibus metaphoricis
iō nō male fecit plato tradēdo ſuā ſcientiā ſub metafo/
ricis locutionibus. Tū primo q: intellectus etiā huiuſ
modi inquirendo veritatē abilitat̃. Tū ſecundo quia
emuli ſuperbi: non ita cito poſſet peruenire in cogniti
onem veritatis. ¶ Secunda concluſio que tangitur in
fra (neceſſariū aūt ⁊c.) ē ꝙ aīa nō ē circulus: que ꝯclu
ſio ꝓbat̃ rōnibus duabus phi: quaꝝ prima ē. nā ſi ītel
lectus eēt circulus ſiue circulatio: ſequeret̃ ꝙ operatio
q̃ dicit̃ ītelligētia eēt circulatio cū circulatio ſit actus ip
ſius magnitudīs circularis: ꝯñs ē falſū ergo ⁊c. falſitaſ
ꝯñie ſic pʒ. Nā ſi opatio ipſius ītellect⁹ eēt circulatio ſe
q̃ret̃ ꝙ opatio eēt ꝑpetua ⁊ ſemꝑ duraret: ſʒ opatio in
tellectus nō ſemꝑ durat cū hēat finē. ergo nō ē circula
ris: ꝓbatio minoris q: oīs opatio intellect⁹ aut ē practi
ca aut ſpeculatiua: ſʒ opatio practica termīat̃ ad aliquē
terminū .ſ. ad finē: q: hito fine ceſſat opatio. practica:
cū finis ſe hēat ī practicis ſicut ꝑncipiū ī demōſtrabili/
bus: vt pʒ ſ᷈o phi. ⁊ .7. ethi. ſilr̃ opatio ſpeculatiua ter
minat̃ ad aliquē terminū: videlicet ad ꝑncipiū demō
ſtratiōis: quo hito ceſſat oīs opatio ītellect⁹ ſpeculati/
ua: quia tam ſyllogiſmus demonſtratiu⁹ q̃ʒ medium
eius quod eſt diffinitio: dicit̃ termin⁹. Scḋa ratio eſt.

Si operatio ſiue intelligentia ipſius anime eſſet circu/
latio: ſequeretur ꝙ vnum ⁊ idem multotiens intelli/
gèretur: conſequens eſt ſuperfluum. ergo id ex quo ſe
quitur probatio ſequele: quia in circulatione ſit ingreſ
ſus ab eodem puncto. ad idem punctum multotiens
immo infinities: ſtante eius perpetuitate. ¶ Pro de/
claratione precedentium conſyderandum eſt primo
ſecundum Egidium ꝙ in circulo non eſt aliquod pū
ctum in actu: ſed ſolum in potentia. Eadem ergo ra/
tione qua motus circularis terminaretur in vno pun
cto: terminaretur in quolibet. aut ergo ille motus ter/
minabitur in quolibet puncto: aut nunquam incipiet:
quia impoſſibile eſt ꝙ idem motus in eodem puncto
terminetur ⁊ incipiat: aut ergo non incipiet in aliquo
puncto: aut non finietur in aliquo pūcto: ⁊ ſic ſemper
durabit. Cum ergo ad ſupraſcriptū pꝫ ꝙ motus cir/
cularis incepit eſſe: ſequitur tamen ꝙ motus circula/
ris eſt perpetue durationis ſecundum phyloſophuꝫ.
vnde ſi intellectus eſſet circulatio: eſſet perpetue dura
tionis. ¶ Conſyderandum ſecundo ꝙ prima opera/
tio intellectus: (ſecundum phyloſophum hic que di
citur ſimplicium intelligentia.) terminatur ad diffini/
tionem que dicitur ratio dicens ꝙ quid erat eſſe. Se/
cunda vero operatio intellectus qua apprehendit ꝓ/
poſitiones: terminatur ad ſyllogiſmum ſiue ad meta/
phiſicum. ſyllogiſmi: quod quidem metaphiſicum eti
am ratio dicitur: quia virtutem habet probandi con/
cluſionem. Similiter ſyllogiſmus dicitur ratio: (vt hic
dicit phyloſophus.) vnde conſueuimus dicere ꝙ hi
qui in diſputationibus faciunt fortes ſyllogiſmos ⁊ ef/
ficaces: dicimus ꝙ faciunt efficaces rationes. ¶ Con/
ſyderandum eſt vltra ꝙ predicte due rationes phylo
ſophi: probabiliter loquendo non concludunt contra
platonem ſed falſum ſupponunt. Non enim poſuit
plato ꝙ operatio intellectus eſſet motus circularis q
eſt ſuper magnitudine quantitatiua: aut dimenſiua: ſꝫ
ſimilitudinarie dicebat eam eſſe circularem fundataꝫ
ſuper magnitudinem virtutis vt delaratum eſt: vnde
non ſequitur ꝙ ſi operatio intellectus eſſet talis circu/
latio ꝙ eſſet perpetua: ⁊ dato ꝙ tam operatio practi/
ca q̃ꝫ ſpeculatiua non ſit perpetua ⁊ continua: non ta/
men propter hoc ſequitur quin operatio intellect⁹ poſ
ſet continuari: quia intelligendo finem vnius: poteſt
intelligere finem alterius. poſtquam intellexit princi/
pium vnius poteſt intelligere principium alterius. ne
qꝫ inconueniens videtur: ꝙ (vt ſecūda ratio voluit)
vnum ridere multotiens ab eodem intellectu intelli/
gatur non ſecundum eandem rationem ſed diuerſis
rationibus. ¶ Tertia concluſio que tangitur ibi. (Ad
huc autem ⁊c.) ꝙ intellectus non eſt motus: que con
cluſio probatur duabus rationibus. Quarum prima
eſt. Illud quod aſſimilatur magis quieti q̃ꝫ motui: nō
debet dici motus. Sed intellectus quantum ad eius
vtranqꝫ operationem aſſimilatur quieti q̃ꝫ motui: er
go non eſt motus. ¶ Secunda ratio eſt talis: beatitu/
tudo conſiſtit in operatione naturali ipſius intellectus
ſed motus non eſt operatio ipſius intellectus cum nō
ſit de ſubſtantia aut de ſubſtantia eius: ergo intellectuſ
non eſt motus ¶ Pro declaratione huius concluſio
nis conſyderandum eſt primo ꝙ intelligentia ſiue ope
ratio intellectus ph. aſſimilatur quieti: quia ſecunduꝫ
perfectiſſimam operationem intellectus: anima fit ſci/
ens ⁊ prudens. Sed anima ſedendo ⁊ quieſcendo fit
prudens ⁊ ſciens per phyloſophum ſeptimo phiſico
rum. ergo operatio ipſius anime que dicitur intelligē
tia magis aſſimilatur quieti q̃ꝫ motui: quia ſyllogiſmo
vel metaphiſico habito ceſſat operatio intellectus: er/
go ⁊c. ¶ Conſyderandum tertio ꝙ duplex eſt beati/
tudo. ſ. increata quam ſolus deus habet. Alia eſt crea

ta: ⁊ illa eſt duplex. quedam eſt perfecta que videlicet
expectatur in gloria ad quam phyloſophi naturales
peruenire non potuerunt. Alia eſt beatitudo imperfe
cta que in hac vita ex puris naturalibus acquiri poteſt
de qua phyloſophi locuti ſunt. Et illa eſt duplex. nam
quedam eſt practica: alia eſt contemplatiua. Practica
conſiſtit in ſuprema operatione prudentie. Contem/
platiua vero conſiſtit in ſuprema operatione ſapientie
Ex quo patet ꝙ quelibet beatitudo ſiue felicitas: de
qua locuti ſunt phyloſophi ſecundum mentem phy/
loſophi in preſenti paſſu: conſiſtit in operatione intelle
ctus (quod eſt contra nonnullos): alias ratio phylo/
ſophi nullius eſſet efficacie. ¶ Conſyderandum eſt vl
terius ꝙ aliud dicitur naturale tripliciter. Vno modo
quia ineſt ſibi a natura ideſt a natiuitate. Alio modo
quia eſt de natura ideſt de ſubſtantia ſiue eſſentia eius
Tertio modo quia competit ſibi ſecundum naturam
ideſt ſecundum principia naturalia. beatitudo autem
non dicitur eſſe naturalis anime. Primo modo quia
vt ſic ſibi conueniret a natiuitate eius: neqꝫ etiam eſt ſi
bi naturalis. Secundo modo videlicet ꝙ ſit de ſubſtā
tia ſiue de eſſentia eius. Sed naturalis eſt anime. Ter
tio modo: quia ipſa anima rationalis per principia ſua
naturalia poteſt pertingere ad beatitudinem ſupradi/
ctam de qua locuti ſunt phyloſophi. ¶ Conſyderan/
dum eſt vlterius ꝙ plato ſecundum ſonum verboruꝫ
ſue opinionis habet dicere ꝙ operatio anime (que di
citur motus ſecundum ipſum) ſit preter aut extra na
turam eius: quia dicebat animam eſſe compoſitam ex
vnitatibus ⁊ numeris vt verba eius ſonant: ſed vni/
tas non habet poſitionem in continuo. Motus vero
quilibet requirit magnitudinem aliquam compoſitaꝫ
ex partibus poſitionem habentibus in continuo vt pa
tuit in preſentis: ergo motus ſecundum ꝙ verba pla
tonis ſonant non competit anime ſecundum ſua prin/
cipia naturalia: ⁊ per conſequens preter naturam.
¶ Sed pro intentione platonis ⁊ ſuſtentatione opinio
nis eiuſdem conſyderandum eſt vlterius: ꝙ motus
non ſolum ſecundum platonem: ſed etiam ſecundum
phyloſophum duodecimo metaphiſice. poteſt conſy
derari dupliciter. Vno modo phiſice ſiue naturaliter
vt eſt actus imperfectus alicuius exiſtentis in poten/
tia ſecundum ꝙ huiuſmodi. Alio modo capitur mo/
tus metaphorice vt eſt actus perfectus alicuius exiſtē
tis in actu. Primo modo motus dicit imperfectioneꝫ
⁊ competit rebus operabilibus: qui ſolum habet fie/
ri ſupra aliqua magnitudine corporali. Sed ſecundo
modo motus dicit perfectionem: ⁊ ſic non ſoluꝫ com
petit rebus corporabilibus: ſed etiā ipſi deo: ⁊ illo mo
do velle intelligere deſiderare appetere dicuntur mo
tus. Et iſto vltimo modo locutus eſt plato quādo di
cebat operationem anime eſſe motum recte dicens.
Et per hoc patet ſolutio probabiliter ad vtraſqꝫ rati
ones phyloſophi contra platonem. ¶ Quarta conclu
ſio que tangitur ibi: (laborioſum autem eſt.) ꝙ ani/
ma non debet vllo modo vniri corpori: ſicut plato di
cebat: quam concluſionē ꝓbauerat phs tribus rōnibꝫ
quarum prima eſt. Nam ſi ſic aīa debet vniri corpori: ſe/
queretur ꝙ corpus ſit ꝓpter animā magis q̃ꝫ econuer
ſo: ſed ſm platonē corpus nō erat ꝓpter animā: quia
dicebat animam habere motum ⁊ operationē per ſe
dicebat enim animā mouere ſeipſam: ergo anima in
ſuis operationibus nō indigebat corpore: ſed eſſet ab
eo ſeparata: ⁊ per conſequens ſm eū corpus nō eſſet
ꝓpter animā. Secunda ratio talis eſt: nā anima ſic de
bet vniri corpori: ꝙ ex tali vnione poſſit reddi rō om
nium motuum ipſius corporis: ſed plato per vnionem
anime ad corpus non potuit reddere rationem: qua/
re mouetur circulariter: Cum motus eius per ſe

ſit motus: ergo ⁊c. Tertia ratio eſt. Nam plato non determinauit de qualitate: diſpoſitiōe: ⁊ quātitate corporis cui vnitur anima: videt ergo ſm ipſum ꝙ aīa poſſet vniri indifferenter cuilibet corpori: quod eſt falſum: quia quilibet actus ⁊ perfectio requirit determinatum ⁊ diſpoſitum perfectibile: quia actus actiuoruꝫ ſunt in patiente diſpoſito. ¶ Conſyderandum eſt vlterius ꝙ animam intellectiuam eſſe ſeparatam a corpore ſecundum ſuam operationem: (vt ſupra dictum eſt.) poteſt intelligi tripliciter: videlicet ſubiectiue organice vel obiectiue: clarum eſt ꝙ ſubiectiue ſecunduꝫ platonem anima non eſt ſeparata a corpore: cum poſuit eam vnitam corpori: neqꝫ obiectiue: cum eam dixerit intelligere corporalia: ſed organice: ſiue inſtrumentaliter dicitur ſeparari a corpore: quia non indiget in ſua intellectione organo corporali: exercet tamen ſuas operationes in corpore. vnde ſi quis ſuſtentare voluerit opinionem platonis: poterit dicere ad primam rationem phyloſophi: ꝙ licet corpus non ſit propter animam organice: eſt tamen propter animam ſubiectiue: quia vt dictum eſt: anima vnita corpori nullo pacto poteſt exercere ſuas operationes ſine corpore: hoc eſt niſi ſit in corpore. ¶ Conſyderandum vlterius ſecundum Egidium ꝙ tria attendenda ſunt in vnione anime ad corpus. Primum eſt ꝙ corpus in tali vnione ſit propter animam potius q̄ꝫ econtra. Secunduꝫ eſt ꝙ per talem vnionem poſſet reddi ratio omniuꝫ motuum ipſius corporis ex parte anime. Tertium eſt ꝙ corpus cui anima vnitur debet eſſe debite diſpoſitum ⁊ organizatum. vnde ſecundum iſta tria adducit phyloſophus tres predictas rationes cōtra poſitionem platonis. ¶ Conſyderandum vlterius eſt ꝙ in his que agunt ſecundum naturam: deus vult ⁊ diſponit omnia que requiruntur ad veram ſubſtantiam ⁊ perfectionem eoruꝫ: vt poſſint debite exercere ſuas operationes: diſpoſuit ergo deus ⁊ voluit ꝙ anima intellectiua poſſet habere motum rectum (.i. operationem rectam.) ⁊ circularem ⁊ reflexam. Ex hoc eniꝫ natura forme immaterialis differt a materiali ⁊ organica ꝙ poteſt reflecti ſuper ſeipſam: ⁊ per conſequens moueri circulariter (.i. habere operationem ſiue intelligentiam circularem). Si quis ergo vellet ſuſtinere opinionem platonis poſſet dicere ad illam rationem phyloſophi: ꝙ ratio quare anima mouetur circulariter ſecundum platonem: (ideſt ꝙ habeat intellectionē circularem.) natura ipſius anime intellectiue: cuius ꝑfectio cum ſit immaterialis hoc requirit. ¶ Conſyderandum eſt vlterius ꝙ de aliquo ſit mentio dupliciter Uno modo proprie ⁊ in ſpeciali. Alio modo ſub metaphoris ⁊ implicite. Uolens ergo ſuſtinere opinionem platonis dicet ad tertiam rationem phyloſophi. ꝙ licet plato nō determinat proprie ⁊ in ſpeciali de ſuſceptiuo proprio ipſius anime. determinat tamen de ea ſub metaphoris: quemadmodum determinauit de ipſa anima: non enim dicebat animam vniri cuilibet corpori: videlicet corpori lapidis: ſed dicebat eā habere determinatum corpus: vt ex operationibus ſatis habetur.

¶ Sequitur in textu. (Alia autem opinio quedam ⁊c.) Hic incipit lectio nona huius primi de anima in commento ſancti Thome.

Stud eſt quartum capitulum huius tractatus ſecundi in quo phyloſophus remouendo opinionem illoruꝫ qui dicebant animam eſſe armoniam quandam tria facit. Primo adducit vnam concluſionem: videlicet ꝙ anima non eſt armonia ſiue proportio. Secundo deſcendit ad opinionem Empedoclis. ibi. (Inueſtigabat.) mouendo contra eum tres queſtiones quas ipſe non deducit in preſenti. Tertio adducit duas rationes ibi: (Si vero autem:) quibus probat dictam opinioneꝫ eſſe probabilem. ¶ Conſyderandum eſt autem ꝙ in armonia ſiue in proportione aut in compoſitione rerum quatuor poſſumus conſyderare ſecundum ſanctum thomam ⁊ egidium. videlicet ipſam rationem componibilium. principia motus ipſorum proprietates ⁊ paſſiones que conſequuntur ipſam compoſitionem ⁊ ipſa componibilia. vnde ratione horum quatuor phyloſophus adducit vnam concluſionem. videlicet ꝙ anima non eſt armonia: quam probat quatuor rationibus: quarum prima eſt ꝙ armonia nil aliud eſt niſi aut compoſitio aut ratio compoſitorum: ſꝫ anima non eſt neqꝫ ratio compoſitorum neqꝫ compoſitio: ergo anima non eſt armonia. Et ſi arguatur. Illud eſt ratio componibilium aut compoſitoruꝫ: quod continet partes componentes ne diſſoluantur. ſed anima eſt huiuſmodi vt expreſſe patet in ſecundo huius per phyloſophum. ergo videtur ꝙ anima eſt ratio cōpoſitorum. ¶ Dicendum ſecundum Egidium ꝙ ratio in propoſito poteſt accipi dupliciter. Uno modo pro quodam temperamento eorum que compoſitionem ingrediuntur. Alio modo pro principio formali ipſius compoſiti ⁊ partium componentium. Anima bene eſt ratio ſecundo modo non autem primo modo vt eſt in propoſito. Secunda ratio eſt. armonie non conuenit mouere: ſed anime conuenit per ſe mouere ſecundum ipſos: ergo anima non eſt armonia. Tertia ratio eſt. Habita quidditate alicuius facile eſt reddere ⁊ aſſignare rationes proprias. Sed habito quid ſit armonia non facile eſt ſed multum difficile eſt aſſignare proprias paſſiones ⁊ proprietates ipſius anime: ergo anima non eſt armonia. Quarta ratio. Si anima eſſet armonia: aut eſſet compoſitio partium corporis aut eſſet ratio eorum que miſcentur non primū ſcilicet compoſitio partium: quia compoſitio partium eſt multum nobis manifeſta: ſed ipſa anima cum ſuis partibus: non eſt nobis manifeſta: ſed multum difficilis: ergo ⁊ cetera. Non ſecundum: quia in diuerſis partibus corporis ſunt diuerſe mixtiones. ſi ergo anima eſſet ratio mixtionis: ſequeretur ꝙ in diuerſis partibus corporis eſſent diuerſe anime quod eſt inconueniens. ¶ Conſyderandum eſt vlterius ꝙ phyloſophus in ſpeciali deſcendendo ad opinionem Empedoclis monet contra eum tres queſtiones vt dictum eſt. Quarum prima eſt vtrum anima eſt ipſa armonia ſiue ratio mixtorum aut aliquid aliud: ſi dicatur ꝓmum: ergo cum diuerſe rationes mixtionis ſint in eodem corpore: ſequeretur ꝙ in eodem ſint plures anime. Si ſit aliquid aliud: ergo corpus animatum non habebit rationem mixtionis: cum anima ſecundum Empedoclem eſſet ratio mixtiōis in animatis. ¶ Secunda queſtio eſt. An illa armonia ſiue amicitia ſit cauſa mixtionis in omnibus vel ſolum in animatis. Si Empedocles dicat primum: ſequitur ꝙ omnia mixta erunt animata: cum anima dicatur eſſe armonia illa. Si dicat ſecundum contradicit opinioni ſue: quia dicit concordiam eſſe cauſa generationis ⁊ mixtionis omnium rerum: vt patet primo phiſicorum. Tertia queſtio eſt vtrum illa concordia ſit illa armonia que dicitur anima aut non. Si Empedocles dicat primuꝫ ſequitur ꝙ idem erit cauſa ſuiipſius: quia dicebat concordiam eſſe cauſam cuiuſcunque proportionis. Si dicat ſecundum: ſequitur quod concordia non eſt concordia. Cum ipſa armonia quedam

concordia ſit. ¶ Conſyderandum finaliter ꝙ phs ad
ducit duas rõnes quibus probat ꝙ predicta opinio ẽ
ꝓbabilis. Quarum prima eſt. nam ſi anima non eſſet
ratio mixtionis aut compoſitionis rerum: ſequeretur
ꝙ ipſa ſeparata a corpore: corpus non corrumperetur
conſequens eſt falſum: ⁊ contra ſupraſcriptũ: ergo ⁊c.
Secunda ratio: ſi anima non eſſet ratio compoſitionis
⁊ mixtionis partium corporis: ſequeretur ꝙ deficien/
te corpore non deficeret anima: hoc autem apparet eẽ
falſum. igitur probabiliter videtur ꝙ anima ſit ratio
compoſitionis aut mixtionis rerum in quadam armo
nia coſiſtens. Sed (vt dicit doctor ſanctus in commen
to.) hoc non ſequitur: quia proportio huiuſmodi non
eſt forma ſicut ipſi credebant: ſed eſt ipſa diſpoſitio ma
terie ad formam. Et ſic ſi accipiatur proportio armo/
niace compoſitionis pro diſpoſitione tali. bene ſequit
ꝙ manente diſpoſitione materie ad formaʒ: manet for
ma: ⁊ deſtructa huiuiuſmodi diſpoſitione remoue/
tur forma. Hec Tho.

¶ Sequitur (rationabilius autem dubitabit.) Hic in
cipit lectio decima eiuſdem libri ⁊ in commento ſancti
thome.

Stud eſt quintum capitulum huius tracta
tus in quo phyloſophus improbat opinio
nes antiquorum dicentium animam per ſe
moueri: propter hoc quod triſtari ⁊ gaude
re ⁊ ridere ſunt quidam motus: ponendo vnam dũta
xat concluſionem: que talis eſt. Quod anima propter
eius paſſiones non mouetur: quam concluſionem ꝓ/
bat quatuor rationibus: quarum prima eſt. Nam ea
que conueniunt per ſe anime: non conueniunt corpori
aut toti coniuncto: ſed gaudere ⁊ triſtari: ⁊ huiuſmodi
paſſiones anime: conueniunt corpori ⁊ toti coniuncto.
ergo motus tales non conueniunt per ſe ipſi anime.
Secunda ratio eſt. Illud quod eſt ratio ⁊ principium
motus: ſibi non competit per ſe moueri: ſed anima ẽ
ratio ⁊ principium motuum eius: ergo ſibi non com
petit per ſe moueri. Tertia ratio. Nihil mouetur niſi
motus ſit in eo: ſed predicti motus (vt gaudere ride/
re ⁊ triſtari) non ſunt in anima: ſed magis ab anima:
ergo ſm predictos motus anima non dicit per ſe mo
ueri. Quarta ratio eſt. In illo ſunt predicti motus aut
paſſiones anime: per cuius debilitatem: ille paſſiones
debilitantur: ſed organa corporalia ſunt huiuſmodi: vt
patet in infirmis ⁊ litargicis ⁊ freneticis: ſimiliter ⁊ in
ebrioſis: ergo ſm dictos motus: anima non debet di/
ci moueri: ¶ Pro declaratione precedentium conſy/
derandum primo ꝙ quidam antiquorum poſuerunt
animam per ſe moueri: quia dicebant paſſiones ⁊ ope
rationes anime eſſe motus vt triſtari gaudere timere
⁊c. ſic arguentes. Cuicunqʒ competit per ſe motus il/
lud mouetur: ſed anime competit motus per ſe: vt tri
ſtari gaudere ⁊c. ergo anima per ſe mouetur: ſed hec
ratio ſm themiſtium in duobus peccat. primo q: gau
dere triſtari ⁊ timere ⁊c. non ſunt motus proprie di/
cti. Secundo dato ꝙ eſſent motus ꝓprie dicti: non ſeq
tur ꝙ anima mouetur per ſe: quia ſunt paſſiones toti/
us coniuncti ⁊ non anime tantum: Unde phyloſophꝰ
in littera: dicere autem iraſci animam: ſimile eſt ac ſi di
ceret animam texere vel filare edificare. ¶ Conſyderã
dum ſecundo ꝙ lʒ predicte paſſiones non ſint motus
ꝓprie: habent tamen motus ꝓprie dictos ſibi annexoſ
ſm phyloſophum in littera videlicet loci mutationem
⁊ alterationem potiſſime: vt pʒ de ira maxime ⁊ de ti
more: nam in ira eſt conſyderandus aſcenſus ⁊ inflã/
matio ſanguinis circa cor: ⁊ conſyderanda eſt emiſſio
ſanguinis ebulientis ad partes exteriores ratione qua
conſyderatur ibi ebulitio: ſeu inflammatio: eſt ibi alte/
ratio ratione qua conſyderatur emiſſio ſanguinis ad
externas partes: attenditur locimutatio. In timore ve
ro conſyderatur aggregatio ſanguinis circa cor: rõne
qua attenditur ibi locimutatio ⁊ cõſyderatur pallidi/
tas membroꝝ exteriorum: ratione qua attenditur alte
ratio: ⁊ de aliis paſſionibus. ¶ Conſyderanduʒ vltio
ꝙ operatio attribuitur vnicuiqʒ: ſm ꝙ habet eſſe: eo
modo ergo quo forma habet eſſe: ſibi attribuitur pro
pria operatio eius: ſed quia nulla anima alia ab anima
rationali habet eſſe per ſe: ergo nulli attribuitur aliqua
operatio ſiue motus per ſe. Anima vº rationalis que
eſt coniuncta corpori: de qua loquimur hic: habet eſſe
per ſe: lʒ non complete ⁊ perfecte: cum non ſubſiſtat ꝑ
ſe: ſubſiſtentia completa: ideo ipſi anime rationali attri
buitur intelligere ⁊ velle per ſe ⁊ proprie: lʒ magis ꝓ/
prie homini per animam: quamuis nõnulli aliter ſom
niare videntur.

¶ Sequitur. (Multum autem his que dicta ſunt.)
Hic incipit lectio vndecima eiuſdẽ libri ⁊ in commen
to ſancti thome.

Stud eſt ſextum capitulum huius tracta/
tus: in quo phs improbat opinionem dicẽ
tium animam eſſe numerum mouentem:
ſeptem rationibus: quarum prima eſt. nã
omne mouens ſeipſum diuiditur in partem mouentẽ
⁊ motam per ſe. ſi ergo anima eſt numerus mouens
ſeipſum: ſequitur ꝙ erit diuiſibilis ⁊ partibilis: ⁊ per
conſequens ipſa vnitas erit diuiſibilis. ſecũda rõ ẽ. oẽ
qd mouetur: eſt in loco. ⁊ eſt quoddam ſituale: ergo ſi
anima ſit numerus ſeipſum mouens erit in loco ⁊ qd
ſituale: ⁊ per conſequens erit vnitas habens poſitionẽ
in cõtinuo. ⁊ ſic erit punctus. tertia ratio. Ois diuiſio
numeri variat ſpeciem: ſed non omnis diuiſio anima/
torum variat ſpeciem ſm aliqua animata vt anguille
⁊ cetera animalia ãnuloſa diuiduntur in plures par/
tes animatas eiuſdem ſpeciei: ergo anima non eſt nu/
merus mouens ſeipſum. quarta ratio. In omni mo/
tu mouens diuidit a mobili: quia nihil eſt in actu ⁊ po
tentia ſimul reſpectu eiuſdem. ſed anima non diuidit a
ſeipſa ergo non poteſt eſſe mouens ⁊ mota. quinta ra
tio eſt. Si anima eſſet numerus mouens: ſequeretur
ꝙ aut infinita puncta ſimul eſſe poſſent in eodem: aut
ꝙ omne corpus eſſet animatum. vtrunqʒ eſt inconue
niens: ergo id ex quo ſequitur probatio ſequele. Naʒ
ſi anima eſſet numerus ſeipſum mouens: cum nume
rus componatur ex vnitatibus: ſequeretur ꝙ anima
componeretur ex vnitatibus que ſunt de genere con/
tinuorum: quia nil mouetur niſi ſit de genere continuo
rum: vnitates ergo ille erunt puncta. i. habebunt poſi
tionem in continuo. vel ergo illa puncta differunt a pũ
ctis corporum vel ſunt eadem: ſi ꝑmum ergo diuerſa
puncta erunt ſimul: cum indiuiſibilia non augeant lo/
cum poterunt eſſe puncta infinita ſimul. Si ſecunduʒ:
ergo vbicunqʒ erũt puncta corporis: ibi erunt puncta
anime. ⁊ per conſequens omnia corpora erunt aĩata:
quod erat probandum. ſexta ratio. puncta non poſſũt
ſeparari a corporibus. ſed anima poteſt ſeparari a cor
pore. alʼs nunqʒ animal eſſet corruptibile: ergo anima
non eſt punctus: ⁊ per conſequens non erit numerus
cum quelibet vnitas pũctuata ſit. ſeptima ratio. Poſi
ta diffinitione vniuſcunqʒ rei: per eam poſſunt aſſigna
ri ꝓprie ꝓprietates. ſed per predictam deſcriptionem
(videlicet ꝙ anima eſt numerus per ſe mouens ſeip
ſum.) non poſſunt aſſignari proprietates ⁊ paſſiones
ipſius anime: ergo dicta deſcriptio eſt inſufficiens.
¶ Pro declaratione precedentium conſyderandũ eſt

ꝙ illud quod conuenit alicui per ſe aut ſm̄ ſe conuenit illi ſecundum ſe totum: vt patet in quinto metaphiſice capitulo per ſe. Si numerus moueat per ſeipſum per ſe ſequitur ꝙ numerus totus mouebit ſe ſecundum ſe totum ⁊ conſequens quelibet pars mouebit ſeipſam ſecundum ſeipſam. Cum ergo vnitas ſit pars numeri mouebit per ſeipſam: ⁊ per conſequens vnitas erit diuiſibilis: quia omne mouens ſeipſum diuiditur in partem per ſe mouentem. Conſyderandum eſt ſecundo ꝙ motus poteſt accipi dupliciter: vt ſupra ſepius adductum eſt. Uno modo phiſice vt eſt actus entis: exñtis ī paſſiuo: ⁊ ſic rationes phyloſophi procedunt ꝙ anima non mouet ſeipſaꝫ. Alio modo accipitur motus metaphiſice: vt eſt actus alicuius entis exiſtentis ī actu: ⁊ illo modo rationes phyloſophi non procedũt. Si quis ergo voluerit ſuſtinere ꝙ anima eſt numerus ſeipſum mouens accipiat motum ſecundo non autem primo. ¶ Conſyderandum ē vltimo ꝙ numerus poteſt accipi dupliciter: vno modo pro quantitate diſcreta que cauſatur ex diuiſione continui: ⁊ illo modo verum eſt ꝙ anima eſt numerus. Alio modo poteſt accipi tranſcendenter ſecundum ꝙ cauſatur ex diſtinctione diuerſarum formarum aut entitatum: ⁊ illo modo poteſt accipi numerus: quia in anima ē diuerſitas ⁊ diſtinctio potentiarum inter ſe ⁊ diſtinctio eſſentie a potentiis ⁊ per conſequens numerus. Qui ergo voluerit ſuſtinere predictam opinionem dicat animam eſſe numerum ſecundo modo ⁊ non primo.

¶ Sequitur in textu. (Tribus autem modis ꝛc.) Hec eſt lectio duodecima eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

Stud eſt ſeptimum capitulum huius tractatus in quo phyloſophus reprobat opinionem illorum dicentium animam eſſe cõpoſitam ex elementis vt omnia cognoſceret. Dicebant enim ſimile ſimili cognoſci: quam quidem opinionem reprobat nouem rationibus inferendis quadruplicem inſufficientiam eius. Prima ratio talis eſt. Nam ſi anima componeretur ex elementis: ſequeretur ꝙ omnia intelligibilia eſſent in intellectu ſecundum eorum eſſe materiale: ⁊ per conſequens intelligeretur ab intellectu. Cum intelligibile ſecundum ſuum eſſe materiale non ſit principium cognoſcendi. Secunda ratio eſt que tangitur ibi: (Non ſunt auteꝫ hec ſola ꝛc.) Si anima componeretur ex elementis vt elementa cognoſceret ſequeretur ꝙ anima componeretur ex omnibus mixtis: alias autem non omnia mixta intelligere poſſet: aut omnia mixta eandem rationem mixtionis haberent: quorum vtrunqꝫ eſt falſum. Tertia ratio eſt que tangitur: (Amplius autem ꝛc.) Si ſic: ſequeretur ꝙ anima componeretur ex omnibus preſentis ⁊ per conſequens componentis ex partibus quantitatiuis ꝙ preſentes opinatores negauerunt: q2 dicebant animam eſſe impartibilem: patet ſequela: q2 anima intelligit omnia preſentia. Si ergo anima componeretur ex omnibus vt omnia intelligeret. neceſſario ſequit̃ ꝙ cõponeretur ex accidentibus. Quarta ratio que tangitur ibi: (Inconueniens eſt ꝛc.) eſt talis. Si anima componeretur ex elementis vt ſimile ſimili cognoſceretur ſequetur ꝙ ſimile ſimili intelligitur: q2 ſecundum antiquos conſentire eſt quoddam pati. ¶ Quinta ratio que tangitur ibi: (Multas autem dubitationes ꝛc.) Si anima eſſet compoſita ex elemẽtis vt omnia cognoſceret ⁊ ſentiret: ſequeretur ꝙ omnia compoſita ex elementis ſentirent ⁊ intelligerent ⁊ per conſequens omnes partes animalis cognoſcerẽt: quod eſt manifeſtiſſime falſum: vt patet in vngulis ⁊ aliis partibus terreſtribus animalis. Sexta ratio que tangitur ibi. (amplius autem vnumquodqꝫ principiorum ꝛc.) ſic formatur. Si ſic ſequeretur ꝙ principium cum eſſet nimis compoſitum q̃ꝫ principiatuꝫ pauciora cognoſceret q̃ꝫ principiatum: ⁊ per conſequens magis conſiſteret ignorantia q̃ꝫ principiatum: quod ẽt ad ſenſum patet eſſe falſum. Septima ratio que tangitur ibi: (accidit autem ꝛc.) Si ſic ſequeretur ꝙ deus eſſet inſipientior ſubſtantiis corporalibus cum ſecũdum opinatores predictos ex paucioribus componatur. dicebant. i. omnia corporalia eſſe compoſita ex qnqꝫ: videlicet ex quatuor ex elementis ⁊ ex amicitia ⁊ diſcordia. Deum vero dicebant eſſe compoſitum ex qnqꝫ primis ⁊ non concordia. Octaua ratio que tangitur ibi. (Omnino autem ꝛc.) eſt talis. Si ita eſſet ſequeretur ꝙ omnia intelligibilia intelligerent ⁊ cognoſcerent cum quaſi omnia ſint compoſita ex elementis. Nona ratio que tangitur ibi. (Dubitant autem ꝛc.) eſt talis. Si anima eſſet compoſita ex elementis ſequeret̃ ꝙ aliqd in rebꝰ nãlibꝰ corruptibilibus eſſet nobilius ipſa anima cum principium componens ſit nobilius principiato: conſequens eſt falſum igitur ꝛc. ¶ Conſyderandum eſt autem ſecundum phyloſophum circa finem huius capituli. ꝙ predicti opinatores deficiebãt in quinqꝫ. ¶ Primo quia dicebant animam eſſe motiuam ſed hoc non competit omni anime vt puta anime vegetatiue. Secundo quia dicebant animam cognoſcere ⁊ ſentire: ſed etiam hoc competit omni anime: ergo inſufficienter determinauerunt de anima cũ de omni anima non fecerunt mentioneꝫ. Tertio quia multa alia competunt anime cognoſcitiue q̃ꝫ ſentire ⁊ intelligere de quibus nullam mentionem fecerunt. Quarto quia dicebant animam eſſe reſpirationẽ quandam attrahentem aerem hoc eſt non competit nõ omni anime: hoc quia ab eis ſuperflue ab eis dictum eſt ꝙ anima componitur ex elementis vt omnia cognoſceret quia frigidum poteſt cognoſci per calidum ⁊ humidum per ſiccum: cum vnum oppoſitorum cognoſcatur per reliquum.

¶ Sequitur in textu. (Et ſi toto autem quidam miſceri ipſam dicunt. Hec eſt lectio decimatertia eiuſdeꝫ libri: ⁊ in commento ſancti thome.

Stud eſt vltimum capitulum huius tractatus in quo phyloſophus etiam probat opinionem illorum qui dicebant animam eſſe in elementis ⁊ in toto vniuerſo tribus rationibus. Quarum prima eſt. Si anima ſit in elemẽtis pari ratione qua mixta animata dicuntur animalia eadem ratione ipſa elementa dicerentur animalia: conſequens eſt falſum ergo ꝛc. Secunda ratio: melior videt̃ eſſe aīa q̃ eſt in elemẽtis ſi ſit ī eis q̃ꝫ aīa q̃ ē ī mixt̃ ſꝫ aīa q̃ eſt in mixtis facit ea eſſe aīalia: ergo a fortiori ſi anima eſſet in elementis faceret ea eſſe animalia. Tertia ratio. Si anima eſſet in elementis ⁊ in toto vniuerſo aut eſſet vna ⁊ eiuſdem rationis in omnibus aut diuerſarum rationum. Non ſecundum: quia anima eſt in eiuſdem conditionis in omnibus vt antiqui dicebãt neqꝫ primum quia corruptibilium ⁊ incorruptibilium non poteſt eſſe anima eiudem rationis. Non eſt ergo anima in elementis ⁊ in toto vniuerſo.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam autem agnoſcere.)

¶ Hic ſequitur tertius tractatus primi libri. Et eſt lectio quartadecima ⁊ vltima eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

i

Ste eſt tertius tractatus huius libri
qui continet vnum capitulum tantū:
in quo phyloſophus mouet duas du
bitationes de ipſa anima remouēdo
opinionem antiquorum de partibus
anime. ¶ Preterea dubitatio ē: vtrū
ſentire: opinari: concupiſcere: moue/
re ſm locum ⁊ cetere operationes anime competant
ipſi anime ſecundum ſe totam vel diuerſis partibꝰ ani
me. Secunda dubitatio eſt: vtrum ſit vnum princip
um ipſius mundi aut plura: primam vero dubitatio
nem ſoluerunt antiqui dicentes ꝙ predicte operatio/
nes anime conueniunt ipſi anime ſecundum diuerſas
eius partes: poſuerunt enim animam eſſe diuiſibilē
⁊ partibilem. Sed hanc opinionem deſtruit phyloſo
phus tribus rationibus: quarum prima eſt. Nā mul
ta ⁊ diuerſa non poſſunt eſſe in vno ⁊ eodem niſi ſit ali
quid aliud quod contineat ea: ſed in anima non repe
ritur aliquid quod poſſit continere diuerſas partes
eiuſdem ſubſtantiales: quia aut id continens eſt corpꝰ
aut anima: non corpus: cum corpus magis continea/
tur ab anima q̄ȝ contineat. Si eſſet anima: aut illa ani
ma que continet eſſet partibilis aut non. Si ſecundū
pari ratione ſtandum eſſet in primo. Si primum ſe/
queretur ꝙ eſſet procedendum in infinitum in conti/
nentibus. Secunda ratio que tangitur ibi: (Dubitat
autem.) talis eſt. Si anima eſſet diuiſibilis in plures
partes: ſequeretur ꝙ quelibet operatio eius require/
ret determinatam partem in corpore: ⁊ per cōſequēs
omnis anima eſſet organica: conſequens eſt falſum q:
intellectus in ſua operatione non determinat ſibi cer/
tum organum. Tertia ratio que tangitur ibi: (Vidē
tur autem ⁊ plante.) talis eſt. Nam in plantis ⁊ ī ani
malibus imperfectis deciſis reperitur eadem anima
ſm ſpeciem in omnibus partibus: que in omnibus ꝑ
tibus eiuſdem rationis eſt: cum ea que conueniebat to
ti ante deciſionem: ergo anima non eſt diuiſibilis ī par
tes ſubſtantiales. Ex quo ſequitur reſponſio ad ꝑmā
dubitationem. Nam predicte operationes conueniūt
toti anime totalitate ſbe: ſecundum tamen diuerſas ꝑ/
tes poteſtatiuas. ¶ Conſyderandum eſt autem hic ſe
cundum doctorem ſanctum ꝙ animam eſſe partibi/
lem poteſt intelligi tripliciter. Vno modo ſecundum
diuiſionem ſubſtantialem: ita videlicet ꝙ ſubſtantia n̄
habeat partem ⁊ partem. Alio modo ſecundum di/
uiſionem quantitatiuam. ⁊ iſtis duobꝰ modis anima
non eſt diuiſibilis potiſſime loquendo de anima que ē
in animalibus perfectis. Tertio modo poteſt intelligi
ꝙ ſit partibilis ſecundum diuiſionem poteſtatiuam ſ
eſt in plures partes potentiales. Et hoc poteſt intelli/
gi dupliciter. Vno modo videlicet ꝙ ipſa diuidatur ī
huiuſmodi partes ita ꝙ omnes partes potentiales re
quirant determinatum organū in ſubiecto: ⁊ iſto mo
do etiam anima non eſt partibilis. Alio modo ꝙ diui
datur in plures potentias: quarū alique requirunt or
ganum. alique vero non. ⁊ iſto modo veritatem pōt
habere opinio antiquorū dicentium animam eſſe par/
tibilem. ¶ Conſyderandum vlteriꝰ ꝙ potētie aīe pn̄t
conſyderari dupliciter. Vno modo ſm modum ope
randi earū. ⁊ iſto modo ſunt tria genera potentiarū: vi/
delicet potētia vegetatiua ſenſitiua ⁊ intellectiua. q: po
tentia vegetatiua operatur mediantibus qualitatibus
actiuis ⁊ paſſiuis vt pȝ in nutritione ⁊ augmentatione
⁊c. Potētia vero ſenſitiua ⁊ ſi non indigeat in ſua ope/
ratione qualitatibus actiuis: indiget tamē organo cor/
poreo quod componitur ex eiſdem. Sed potētia intel
lectiua nullo modo eis indiget in ſua operatione per
ſe loquēdo vt infra patebit. Alio modo poſſunt conſy
derari ſecundum diuerſa genera operationum: ⁊ illo
modo ſunt quinqȝ genera potētiarum: videlicet potē
tia vegetatiua ſenſitiua appetitiua motiua ſm locum ⁊
intellectiua de quibus omnibus infra determinabitur
¶ Conſyderandum vlterius ꝙ phyloſophus ibi: (Vi
detur autem.) ſoluit ſecundam dubitationē ꝓpoſitā
dicens ꝙ anima vegetatiua dicit̄ eſſe principium ⁊ ſi/
gnum vite: non tamē ita ꝙ ipſa ſit ſolum principium
vite ſicut tactus dicitur eē principium ſenſationis: quia
remota potētia ſenſitiua nulla alia remanet: ⁊ omnia
viuentia communicant in hoc ꝙ habēt potētiam ve/
getatiuam.

¶ Finis ſcripti ſuper primum librum de anima.

## Breuis recollecta ſuper ſecundum de anima Ariſtotelis: ſecundum Magiſtrū Dominicum de flandria ordinis predicatorum.

¶ Hec eſt lectio prima ſecundi libri de anima: ⁊ in cō
mento ſancti Thome.

q

Ve quidē a prioribus tradita d̄
anima ⁊c.) Iſte ē ſcd̄s liber de
anima qui diuiditur ī duos tra
ctatus. In primo phyloſophus
d̄terminat de anima quantum
ad eēntiam eius. In ſcd̄o deter
minat de ea quantum ad eius
potētiales partes ⁊ opationes q̄
incipit ibi. (Potētiarū aūt.) pri/
mus tractatus continet quatuor capitula. In primo ca
pitulo inueſtigat diffinitionē māl̄ē cōmunē aīe q̄ dicit̄
ꝯcluſio d̄monſtrationis: ⁊ hoc in prima lectione doc.
ſancti. In ſecundo autem capitulo: quod incipit ibi.
(Vniuerſaliter autem.) manifeſtat ⁊ declarat predi/
ctam diffinitionem: ⁊ hoc in ſecunda lectione doctoris
ſancti. In t̄tio capitulo qd̄ incipit ibi. (Qui aūt ex icer
tis.) inueſtigat diffinitionē formalē ⁊ ꝓpriam ipſiꝰ aīe
q̄ dicitur principium d̄monſtrationis: demonſtrando
primā diffinitionē ꝑ iſtā: ⁊ hoc in t̄tia lectione doc. ſan
cti. In quarto capitulo: qd̄ incipit ibi. (Vtrū āt verū.)
oſ̄dit qualr̄ principia viuēdi ſm diuerſa gn̄a vite ſe
hēant ad animam ⁊ adinuicē. ⁊ hoc in quarta lectione
doctoris ſancti. In primo aūt capitulo facit duo: p̄mo
ponit. vi. diuiſiones ad inueſtigandum diffinitionē pro/
priam anime: quarū prima ē entis: ſȝ qd̄ diuidit̄ in. x.
p̄dicamēta: ſcd̄a ē ſubſtantie ſm ꝙ diuidit̄ in materiā
⁊ formā ⁊ totū cōpoſitum q̄ inter ſe differūt: q: mate/
ria nō eſt ſ aliqd ſm ſe: ſȝ in potētia tm̄. forma aūt eſt
ſm quā aliqd ē ens in actu: ſȝ totū cōpoſitū ē hoc ali/
ud demonſtratū: quod ē cōpletum in eſſe ⁊ in ſpecie.
Tertia diuiſio ē ipſius actus in actū primū ⁊ actū ſm
Quarta diuiſio ſbarū ē: q̄dam eſt corporea q̄dam icor
porea. Quinta diuiſio ē ſbarū corporearū: q̄dam ē arti/
ficialis ⁊ q̄dam ē naturalis. Sexta ē ſbarū naturalium:
q̄dam ſunt q̄ hn̄t vitam: q̄dam ſunt q̄ nō habēt vitā
Scd̄o inueſtigat diffinitionē aīe ponēdo quinqȝ ꝯcluſi
ones: quarum prima ē: ꝙ anima ē actus: qd̄ ꝓbat̄ ta/
li rōne phi. ¶ Q2 aīa ē ſba ⁊ nō eſt ſba cōpoſita: ergo
vel ē materia vel ē forma ſiue actus: pȝ ꝯn̄a per locū
a ſufficiēti diuiſione. ꝓbatio maioris. ¶ Nā omne cor
pus phiſicū eſt ſba: ſed omne corpus hn̄s vitā eſt cor
pus phiſicū: ergo neceſſarium ē dicere ꝙ omne corpꝰ
ſit ſubſtantia: ſed omne corpus habens vitam com/
ponitur ex corpore quod habet vitam: ⁊ ex eo ꝑ qd̄

hʒ vitam.ſ.aïa:ergo aïa eſt ſba:pʒ ſequela q: ſba non
cōponit̄ niſi ex ſubſtantiis.ꝓbatur mino: quantuʒ ad
p:imam partē:videlicet ꝙ nō eſt ſba cōpoſita:q: ē ꝑs
cōponēs ſbam habētem vitā vt ꝯceſſum eſt:ergo non
eſt ipſum cōpoſitum.¶Secunda pars pʒ ꝙ non eſt
co:pus ſiue materia:q: eſt id per quod aliquid habēs
vitam viuit:ſed co:pus nō eſt hmōi nec materia:alio/
quin omne habens co:pus ſiue materiā viueret qđ ē
falſum.¶Ex quo infertur ꝙ aïa ē actus co:po:is ha
bentis vitam.Nam id ꝑ quod habens vitam viuit:ē
actus co:po:is habentis vitā:ſed anima eſt hmōi vt di
ctū eſt:ergo aïa eſt actus co:po:is habentis vitā:nō q
dem in actu: quia id quod habet vitam in actu eſt to/
tum cōpoſitū ſed totū cōpoſitū nō debet poni in diffi
nitione fo:me:ſed anima non eſt actus co:po:is haben
tis vitam in actu inquantum huiuſmodi ſed inquantū
in potentia.Secundo infertur ꝙ anima cum ſit ſubſtā
tia:non eſt actus ſicut qualiſcunqʒ fo:ma:ſed eſt actus
ſicut fo:ma ſubſtantialis ſm quam aliquid ſit ens ſim
pliciter.¶Contra p:edictam cōcluſionē ⁊ ꝓbationem
eiuſdem arguitur ſic.¶Omne id quod aduenit enti ī
actu eſt accidens vt concedit docto:.s.in p:eſenti: ſed
anima aduenit enti ī actu:ergo ⁊c.ꝓbatio maio:is:q:
aduenit co:po:i o:ganico phiſico cum ſit actus eius:ſi/
militer eſt actus co:po:is animati ſed omne co:pꝰ ani/
matum o:ganicū eſt ens in actu:ergo ⁊c.¶Preterea
omne mouens motum eſt co:pus:ergo anima eſt co:
pus.¶Preterea ad idē omne mouēs mouet per cō
tactum:ſed omne tale ē quantū:⁊ ꝑ ꝯñs co:pus:ergo
idem vt ſup:a.¶Preterea id quod ē de genere potē
tie circa p:imā materiam:eſt aliquid includēs de actu
⁊ de potentia:ergo id quod eſt citra p:imū actū ē ali/
quid includēs de actu ⁊ de potentia:⁊ per ꝯñs erit cō
poſitum:ſed aïa eſt citra p:imum actū de genere actꝰ
exiſtens:ergo eſt cōpoſita ex potentia ⁊ actu:⁊ ꝑ ꝯñs
ex materia ⁊ fo:ma.¶Preterea ad idem vbicunque
cluſionem ſic primo arguitur rationibus doctoris ſan
cti in de ſpiritualibus creaturis: idem non poteſt eẽ ab
extrinſeco ⁊ ab intrinſeco: ſed anima vegetatiua eſt ab extrinſeco: vide
licet a virtute generantis in ſemine: ⁊ diſtinctio eſt. ani
ma rationalis eſt ab extrinſeco: ſcilicet a creatore: ergo
anima vegetatiua ⁊ anima rationalis non ſunt vna ani
ma in homine ſecundum ſubſtantias. ¶ Preterea il/
lud quod eſt ſubſtantia in aliquo non poteſt eſſe acci/
dens in alio: ſed anima ſenſitiua in bruto eſt ſubſtantia
cum ſit forma ſubſtantialis eius: ergo in homine ẽ ſub
ſtantia anima ſenſitiua: ⁊ non potentie anime: ⁊ ſic idẽ
quod prius. Preterea anima ſenſitiua in homine ẽ no
bilior q̃z ſit in bruto: ſed in bruto nominat formaz ſub/
ſtantialem: ergo ⁊c. ¶ Preterea idem non poteſt eſſe
ſecundum ſubſtantiam corruptibile ⁊ incorruptibile.
ſed anima rationalis eſt incorruptibilis: ⁊ anima ſenſi/
tiua eſt corruptibil' etiaz in homine: ergo i homine ani
ma ſenſitiua ⁊ anima rationalis ſunt diuerſe anime.
¶ Ad primum dicendum ꝙ licet anima vegetatiua ⁊
anima ſenſitiua in aliis ab homine ſint ab intrinſeco: ta
men in homine ſi ſecundum ſubſtantiam earum cõſy
derentur ſunt ab extrinſeco quantum ad modum ani
ma rationalis. ¶ Ad ſecundum dicendũ ꝙ anima ſen
ſitiua: etiam in homine eſt ſubſtantia non tamen diſtin
cta ab anima rationali: ⁊ ꝑ hoc patet ſolutio ad tertiuz
¶ Ad quartum dicendum ꝙ anima ſenſitiua in homi
ne dupliciter poteſt conſyderari. Uno modo quantũ
ad eius potentias ⁊ ſic eſt corruptibilis. alio mõ quan
tum ad eius eſſentiam: ⁊ ſic eſt incorruptibilis: ſicut ⁊
anima rationalis. Et ſi dicatur corruptibile ⁊ incorru/
ptibile differunt pluſq̃z genere: ſi ergo anima ſenſitiua
in homine ſit incorruptibilis: ⁊ in bruto corruptibilis:
ſequitur ꝙ brutum ⁊ homo differant pluſq̃z genere.
¶ Dicendum ꝙ illa communis auctoritas intelligen/
da eſt in his que per ſe ⁊ proprie collocantur in gene/
re. modo anima ſenſitiua non collocatur in genere pro
prie: cum ſit forma partis: vnde ratio non ſequitur: h
omnia doctor ſanctus vbi ſupra. ¶ Quarta conclu ſio
anima eſt actus corporalis organici phiſici. Hec con/
cluſio eſt prima diffinitio ipſius anime: qua phyloſo/
phus demonſtrat per ſecundam ei⁹ diffinitionem tali
ratione. Duorum quorum vtroq3 dicimur aliqd ope
rari illud quod eſt principium forma ⁊ actus ſi ſecun/
dum non eſt maius ſed anima eſt primum principiuz
quo dicimur operari tam anima q̃z corpore: ergo ani
ma eſt actus corporis phiſici. maior probatur: q: ani/
ma eſt principium quo viuimus: nutrimur ſentimus
mouemur ſecundum locum ⁊ intelligimus primo ⁊
hec eſt ſecunda diffinitio anime. ¶ Contra hãc diffini/
tionem ſic arguitur. Iſta diffinitio non cõtingit anime
ergo eſt inconueniens probatio antecedentis: quia ani
ma vegetatiua non eſt principium quo intelligim⁹ aut
quo ſentimus: ergo ⁊c. ¶ Preterea omnis diffinitio
datur per priora: quia partes diffinientes ſunt princi/
pia diffiniti: ſed iſta non datur per priora cum detur ꝑ
operationes que ſequuntur animam: ergo ⁊c.
¶ Ad primum dicendum ꝙ iſta diffinitio potiſſime ꝓ
prie datur de anima rationali: ſed ex conſequenti ⁊ ſe/
cundario datur de anima vegetatiua ⁊ ſenſitiua: vnde
ſufficit ꝙ ipſa tota conueniat anime rationali ⁊ ſecundũ
partẽ aliis aĩalibus. Et licet tota diffinitio debeat cõpe
tere oĩ cõtẽto ſub diffinito in vniuocis: h tñ reperit᷑ in
analogis. ¶ Ad ſcd̃m dicẽdum ꝙ illa rõ ꝓcedit d̃ dif
finitione quiditatiua ⁊ nõ ꝓprie dicta. Ex predicta cõ
cluſione infert phyloſophus tria corelaria: quoꝝ ꝑmũ
eſt ꝙ aĩa ſe hʒ vt rõ ⁊ ſpecies ⁊ nõ vt ſubiectũ ⁊ ma/
teria. Secundum ẽ ꝙ anima non eſt ſine corpore: q: ẽ
actus corporis ꝑ precedentẽ cõcluſionem. Tertiũ cor
relariũ ẽ ꝙ aĩa eſt in corpore non in quocũq3 ſed i cor
pore organico: vt ex dictis manifeſtũ. Circa predicta
dubitat᷑ vtrũ partes aĩalis imperfecti d̃ciſe viuãt ⁊ ar
guitur ꝙ non. quia ſi ille partes deciſe viuerent i qua
libet earum eſſet anima: cũ aĩa ſit principium viuendi
⁊ per conſequens ante deciſionem in toto fuiſſent plu
res anime ꝙ eſt contra predictam tertiam concluſio/
nem. ¶ Preterea ſi ſic cum ille anime non generent᷑
de nouo: ſequeretur ꝙ anima eſſet partibilis: ꝯſequẽs
eſt falſum cum ſit forma ſubſtantalis cuius eẽ cõſiſtit
in diuiſibili. ¶ Dicendum ad vltimum ꝙ partes p̃di
cti animalis viuunt: quia vbicunq3 eſt principiuz mo
tiuum ibi eſt anima: ⁊ per conſequens vita: ſed in ani
malium partibus eſt principiũ motiuũ: vt pʒ ad ſen/
ſum. ¶ Ad ꝑmũ dicendũ ꝙ iſte plures aĩe preexiſtũt
in potentia in toto ante deciſionẽ: in potentia dico actui
propinqua qui per vnicum actum decidentis ad actũ
reducuntur: nõ tamen ibi ſunt plures anime i actu for
maliter: vnde ratio non ſequitur. ¶ Ad ſecundũ dicẽ
dũ ꝙ in partibus illis nõ ſũt diuerſe aĩe ex hoc ꝙ vna
aĩa diuidit᷑ in plẽs aĩas: ſed ex h ꝙ plẽs aĩe exñteſ i po
tẽtia reducunt᷑ ad actũ per ipſã deciſionẽ: ſicut. n. vide
mus in elemẽtis: nã in tota aqua eſt vna forma ſb̃alis
aque actu: ſʒ dũ vna pars aque ex hitis ⁊ ſeparatis a
toto ibi ſunt plẽs forme ſb̃ales in actu reducte ꝑ ipſaz
diuiſionem.

¶ Sequitur in textu. ( Potentiarũ antẽ anime ⁊c. )

Hic eſt tertius primi libri de anima: ⁊ eſt vnica lectio
eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

i Ste eſt ſecundus tractatus iſtius ſe/
cundi libri:in quo phyloſophus de/
terminando de partibus anime.
Poſtq̄ȝ determinauit de anima: ⁊
quid eſt anima ſecundum eius eſſen/
tiam ponit decem ⁊ octo capitula.
In primo capitulo determinat de di
uiſione potentiarum: ⁊ hoc in principio. In ſecundo d̄
terminat de ordine ⁊ origine earundem:ibi.( Quali/
ter autem vnumquodqȝ ⁊c.) In tertio capitulo de/
terminat de potentia vegetatiua ſecundum ꝙ eſt prin
cipium ſuarum operationum ibi:(Quoniam primũ
de aliquo.) In quarto capitulo determinat de opera
tionibus anime vegetatiue ⁊ earum obiectis :ibi:
(Quoniam autem.) In quinto capitulo determinat
de potentia ſenſitiua ſecundum ſuam eſſentiam: oſten
dendo quid eſt ſenſus ⁊ qualiter ſenſus eſt potentia:
ibi:(Determinatis autem his.) In ſexto capitulo de
terminat de potentia ſen ſitiua per reſpectum ad actũ
oſtendendo qualiter reducitur ad actum ibi:( Diui/
dendum autem.) In ſeptimo capitulo de ſenſibilibus
in communi ponendo differentiam inter ſenſibilia pro
pria ⁊ communia. ⁊ inter ſenſibilia per ſe ⁊ per acci/
dens:ibi:(Dum autem ſecundum vnumquodqȝ.
In octauo capitulo de ſenſibilibus viſus: videlicet de
colore oſtendendo quid eſt color quid lumen ⁊ quid
dyaphanum:ibi.(Cuius quidem viſus.) In nono d̄
terminat de colore per reſpectum ad diaphanum:ibi.
(Eſt autem ſuſceptiuum coloris.) In decimo de vi/
ſibili auditus: videlicet de ſono abſolute:ibi. ) Nunc
autem primum de ſono.) In vndecimo de ſono ſecũ
dum ꝙ auditus immutatur ab eo:ibi: )Vacuum au/
tem.) In duodecimo determinat de voce que eſt ſpe
cies ſoni:ibi:Vox autem ſonus quod.) In decimoter
tio de ſenſibili olfatus abſolute: videlicet de odorabili:
ibi:(De odore autem.) In decimoquarto de odora
bili ſecundum ꝙ ab eo immutatur olfatus:ibi:(eſt au
tem olfactus.) In decimoquinto de ſenſibili guſtus:
videlicet de guſtabili:ibi.(Guſtabile autem.) In de
cimoſexto determinat de ſenſibili tactus : videlicet de
tangibilibus:ibi:(De tangibili autem ⁊ tactu.) In d̄
cimoſeptimo determinat de differentia tactus ⁊ gu/
ſtu:ibi.( Dubitabile autem vtiqȝ.) In decimooctauo
determinat de ſenſu ſecundum ſe abſolute:ibi:( Oȝ
autem vl'r.) In quo ſecundum ſententiam doctoris
ſancti terminatur iſte liber ſecundus. In primo igitur
capitulo huius ſecundi tractatus ponit phyloſophus
tres conclusiones. Quarum prima eſt. ¶ Tantũ ſunt
quinqȝ genera potentiarum anime: videlicet vegetati
uum appetitiuum ſenſitiuum ⁊ ſecundum locum mo
tiuum ⁊ intellectiuum: hec concluſio probatur elicitiue
tali ratione phyloſophi:quam deducit hic doctor ſan/
ctus. ¶ Nam potentie cum ſecundum propriam rati
onem ordinentur ad actum: diſtinguuntur ſecundum
diuiſiones actuum ⁊ operationum:ſed quelibet opera
tio anime cum ſit principium eſſendi:attribuitur ei ſe/
cundum aliquod eſſe. Vel ergo talis operatio attribui
tur ei ſecundum eſſe penitus materiale: ſic ſumitur po
tentia vegetatiua: vel attribuitur ei ſecundum eſſe im/
materiale: ⁊ hoc dupliciter: vel attribuitur ei ſecundũ
ꝙ ipſa ſuſcipit aliquod obiectum ſecundum eſſe peni/
tus immateriale: ſic ſumitur potentia intellectiua: vel
ſecundum eſſe medium inter materiale ⁊ immateria/
le: ſic ſumitur potentia ſenſitiua. Si ſecundum ⁊ h̄ du
pliciter. vel potentia tendit in tale obiectum ſecundum
ꝙ eſt principium in intentione: ſic ſumitur potentia ap
petitiua. vel tendit in ipſum ſecunduȝ eſſe quod habet
in executione: ſic ſumitur potentia motiua ſecunduȝ lo
cum. Aliter poteſt probari ⁊ clarius. Nam potentie
diſtinguuntur per actus: actus v̾o per obiecta. ſed po
tentia quanto eſt vl'ior tanto reſpicit obiectum: ſm ra
tionem vl'iorem: ergo potentie anime:(cum ſint vni/
uerſales.) diſtinguuntur ſm rationem obiectoꝝ ma/
gis ⁊ minus vl'es: ſed tales rationes ſe habent in mul
tiplici differentia: ergo quinqȝ ſunt genera potentiarũ
Vltima ſubſumptio ſic deducitur. Nam omnis potẽ
tia aut reſpicit obiectum: quod eſt tantum anime vni/
tũ: vel reſpicit obiectũ: qd̄ nõ ſolum aĩe eſt vnitũ. Si
primũ: ſic eſt potentia vegetatiua. Si ſecunduȝ: ⁊ hoc
dupliciter: vel reſpicit idẽ obiectum ſm ꝙ aptũ natuȝ
eſt ſuſcipi in ea: ſm eius ſimilitudinẽ: aut ſm ꝙ tendit
in ipſum obiectũ. Si primũ h̄ eſt dupliciter vel reſpi/
cit idẽ obiectũ ſm ꝙ eſt ſuſceptibile ſine conditionibus
materialibus: ſic eſt potentia ĩtellectiua: vel ſm ꝙ ẽ ſu
ſceptibile cũ cõditionibus materialibus: ſic ſumit̾ po
tentia ſenſitiua. Si ſecundũ ⁊ hoc dupliciter vel tendit
in idẽ obiectũ inquantũ hȝ eſſe in intẽtione: ſic ſumitur
potẽtia appetitiua: vel ſm eſſe qd̄ hȝ in executione: ſic
ſumitur potẽtia motiua ſm locum. ¶ Cõtra predictã
ↄcluſionẽ arguitur ſic. Sũt tm̄ tres partes aĩe. ſ. aĩa ſẽ
ſitiua vegetatiua ⁊ intellectiua: ergo tm̄ tres ſunt potẽ
tie cũ potentie dicantur partes anime. ¶ Preterea ſũt
quatuor modi viuendi vt ex ſupradictis patet ergo cũ
modi viuẽdi ſumant̾ ſm operationes anime: ſequitur
ꝙ erunt tm̄ quatuor potentie. Preterea aĩa intellecti/
ua inter ceteras formas naturales magis aſſimilatur
deo: ſed in deo eſt vna potẽtia que ẽ ſua eſſentia : ergo
in anima nõ erunt plures potẽtie. ¶ Preterea quãto
virtus eſt altior tanto ẽ magis vnita: ſed aĩa rõnalis ẽ
altior q̄ȝ aĩa vegetatiua: ergo(cum in anima vegetati/
ua non ſint quinqȝ genera potentiaꝝ.) ſequitur ꝙ ne/
qȝ in aĩa intellectiua erunt quinqȝ genera potentiarũ.
¶ Preterea preter predictas potẽtias in aĩa reperit̾
potentia obendientialis vt pȝ per doc. s. in de potẽtia
4. i. ergo ſequit̾ ꝙ ſunt plura genera potentiaꝝ q̄ȝ qn
qȝ. ¶ Preterea voluntas ẽ q̄dã potẽtia aĩe. ⁊ tm̄ n̄ enu
merat̾ hic: ergo ⁊c. ¶ Preterea illud qd̄ ẽ cõe oĩ enti
nõ eſt potẽtia aĩe: ſed appetitiuũ ẽ cõe oĩ enti: q2 omne
ens appetit ſuã perfectionẽ: ergo appetitiuum non eſt
vna potẽtia: ⁊ ſic n̄ ſũt qnqȝ. ¶ Ad p̄mũ dd̄ ꝙ dupli
ces ptes aĩe ſũt: q̄dã ſũt ptes aĩe ſubiectiue: ſic tm̄ tres
ſũt ptes aĩe vt voluit arg. Alie ſũt ptes potẽtiales de q
bus ẽ ad ppoſitũ: ⁊ ſic ſunt qnqȝ. Et ſi querat̾: quare
eſt ꝙ ſunt quinqȝ tm̄ genera potẽtiaꝝ anime: ⁊ ꝙ ſunt
tm̄ tres aĩe: dicendũ ſm doc. s. in lectiõe. ꝙ diuerſitas
aĩaꝝ ſumit̾ ſm diuerſitatẽ eſſe corporis aĩati: ſȝ tm̄ eſt
triplex eẽ qd̄ inuenit̾ in viuẽtibus. nã quoddã eſt eſſe
materiale: ⁊ ſic ſumitur aĩa vegetatiua : aliud ẽ eẽ peni
tus ĩmateriale: ſic ſumitur aĩa intellectiua. aliud ẽ me/
dio mõ ſe hñs: ſic ſumit̾ aĩa ſenſitiua: vñ tm̄ ſũt tres p
tes aĩe: potẽtie v̾o diſtinguunt̾ ſm diuiſionẽ actuuȝ ⁊
obiectoꝝ: vñ nõ eſt ſile. Ad ſcd̄m dicendũ negãdo ↄſe
quẽtiã: q2 modi viuendi ſumũtur ſȝ diuerſos gradus
viuentiũ ⁊ non ſm operationes vite ſm quas ſumun
tur genera potentiaꝝ: vt hic dicit doctor. s. formaliter.
¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ aĩa intellectiua magis aſſimila
tur deo q̄ȝ alie forme naturales: q2 poteſt pertigere ad
nobiliorẽ finem: ⁊ altiorem. ſ. ad beatitudinem q̄ȝ alie
forme naturales: lȝ non poſſit ad eam pertingere : niſi
variis ⁊ diuerſis operationibus procedẽtibus aduer/
ſis potentiis. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ceteris pa
ribus videlicet quando potentie ad equalia ſe extẽdũt
tunc quanto virtus eſt altior tanto magis eſt vnita: ſe/
cus autem eſt ſi ad inequalia ſe extendant. Cum igitur
anima intellectiua ad plura ſe extendat obiectiue ⁊
ad altiora quam anima vegetatiua : ideo ratio non ſe
quitur. ¶ Ad quintum dicendum pro nunc ꝙ poten/
tia obedientialis non diſtinguitur genere aut ſpecie

a predictis potentiis: cum illa potentia que dicitur na
turalis poſſit dici obedientialis diuerſis tamen rationi
bus. vnde potentia intellectiua ſecundum ꝙ operatur
ad ſuum obiectum naturale: dicitur naturalis potētia:
ſecundum vero ꝙ conſyderatur inquantum poteſt co
gnitionem ſuſcipere ſupernaturaliter infuſam: dicitur
potentia obedientialis. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ vo
luntas comprehenditur ſub potentia appetitiua: cum
voluntas ſit appetitus intellectiuus. ¶ Ad vltimuʒ di
cendum ꝙ duplex eſt appetitus: quidam eſt appeti/
tus naturalis ⁊ talis non conſtituit potentiam anime:
de qua procedebat argumentum. Alius eſt appetitus
animalis qui ſequitur formam apprehenſam a re ex/
teriori: ⁊ talis dicitur potentia anime: vnde argumen/
tum laborabat in equiuoco. ¶ Secunda concluſio eſt
ꝙ appetitiuum ineſt omnibus animalibus: hanc con
cluſionem probat phyloſophus duabus rationibus:
quarum prima eſt. Nam omnia animalia habēt vnū
ſenſum adminus. ſ. tactum: ſed cuicunqꝫ ineſt ſenſus:
ineſt delectatio ⁊ triſtitia: ⁊ cuicunqꝫ ineſt delectatio ⁊
triſtitia ei ineſt concupiſcentia que eſt appetitus dele/
ctabilis: ergo de primo ad vltimum ſequitur ꝙ omni
bus animalibus quibus ineſt ſenſus tactus ineſt ap/
petitus. Secunda ratio eſt. Omnia alimenta habent
ſenſum alimenti qui dicitur ſenſus tactus: ſed quibuſ/
cunqꝫ ineſt ſenſus alimenti: his ineſt eſuries ⁊ ſitis: ſed
vbicunqꝫ eſt eſuries ⁊ ſitis ibi eſt delectatio: ⁊ cuicun/
qꝫ ineſt delectatio ei ineſt appetitus: ergo in omnibus
animalibus eſt appetitus. ¶ Circa hanc concluſioneʒ
conſyderandum eſt ſecundum phyloſophum ꝙ pre/
dicta genera potentiarum ſe inuicem quodam modo
conſequuntur: nam in quibuſdam eſt vegetatiuum tā
tum: vt in plantis: in quibuſdam vero cum vegetati/
uo eſt ſenſitiuum ⁊ appetitiuum: ſicut in omnibus ani
malibus. In quibuſdam vero cum illis tribus ē mo
tiuum ſm locum: videlicet in animalibus perfectis: q
buſdam vero cum omnibus predictis ineſt intellecti/
uum vt in hominibus. Tertia concluſio illa anima q̄
eſt vltima ordine generationis: includit virtute alias
animas priores: hanc concluſionem probat phyloſo-
phus tali ratione. Sicut eſt in figuris ita eſt in formis
⁊ per conſeques in animalibus: ſed poſterior figura:
videlicet tetragonum includit in ſe virtute priorem fi
guram. ſ. trigonum: ergo vltima forma ſubſtantialis
includit in ſe virtualiter formas priores: licet non for/
maliter. ¶ Ex predictis infert phyloſophus vnuʒ cor
relarium contra platonem: videlicet ꝙ non eſt ponen
da vna diffinitio anime ſeparata que non cōueniat ani
mabus particularibus: quia ſm eum non debet po/
ni vna ratio communis figurarum ab eis cum ergo
anime ſe habeant ſicut figure ⁊ ſicut numeri: non debʒ
poni vna diffinitio anime que ſeparetur ab animabus
¶ Circa predicta dubitatur vtrum potentie anime di
ſtinguantur per obiecta ⁊ videtur ꝙ non: ¶ Quia pri
us non debet diſtingui per poſterius: ſed potius econ
uerſo ſed potentia eſt prior obiecto: cum ſit propinqui
or eſſentie anime: ergo potentie non debent diſtingui ꝑ
obiecta. ¶ Preterea differentia ſpecifica ſumitur per
id quod eſt intrinſecum rei cum ſit eſſentialis: vt patʒ
per phor. ſed obiectum eſt quoddam extrinſecum po/
tentie: ergo ⁊c. Preterea contraria maxime a ſe inui/
cem diſtant: vt patet quinto metaphiſice: ergo ſi potē/
tie diſtinguerentur per diſtinctionem obiectorum: ſe/
queretur ꝙ contraria non pertinerent ad eandem po
tentiam: conſequens eſt contra phyloſophum nono
metaphiſice: ergo ⁊c. ¶ Preterea homo: aſinus: la/
pis ⁊ ſimilia inter ſe differunt ⁊ tamen pertinēt ad eā/
dem potentiam: ſcilicet intellectiuam: ergo vt ſupra.
¶ Preterea corruptibile ⁊ incorruptibile: pluſqꝫ gene
re differunt: ⁊ tamen non cauſant diſtinctionem potē/
tiarum: ergo ⁊c. ¶ Preterea opinatiuum ⁊ ſcien/
tificum ſunt diſtincte potentie: vt expreſſe deducit do/
ctor ſanctus in queſtionibus de anima: ⁊ tamen non
habent obiecta diſtincta ſecundum ſpeciem: cuʒ ſe ha
beant ſicut perfectum ⁊ imperfectuʒ ergo ⁊c. ¶ Pre
terea ſi diſtinctiones potentiarum attenderentur ſecū/
dum diuiſionem obiectorum: ſequeretur ꝙ obiectis
non exiſtentibus potentie non diſtinguerentur inter ſe
conſequens eſt falſum: quia dato ꝙ nullus ſonus eēt
⁊ nullus color: adhuc potentia auditiua ⁊ viſiua diſtin
guerentur inter ſe: ergo ⁊c. ¶ Preterea potentia vi/
ſiua in homine ⁊ potentia viſiua in aſino differunt ſpe
cie cum ad diſtinctionem ſubiectorum ſequatur diſtin
ctio accidentium: ⁊ tamen non habent diuerſa obiecta
vtraqꝫ enim reſpicit colorē obiectiue: ergo ⁊c. ¶ Pre
terea accidentia diſtinguuntur per eorum ſubiecta ſed
potentie per accidentia: ergo potentie diſtinguuntur ꝑ
ſubiecta ⁊ non per obiecta. ¶ Preterea intellectus ⁊
voluntas ſunt potentie eſſentialiter diſtincte: ⁊ tamen
non habent obiecta eſſentialiter diſtincta: quia verum
quod eſt obiectum intellectus: ⁊ bonum quod eſt ob/
iectum voluntatis: non differunt eſſentialiter ſed ratio
ne tantum: ergo ⁊c. ¶ Reſponſio dicendum ad dubi
um ꝙ potentias diſtingui per eorum obiecta poteſt i/
telligi dupliciter. Uno modo loquendo de diſtinctione
numerali potentiarum vel ſpecifica. Si primo modo:
ſic potentie diſtinguuntur per eorum ſubiecta ⁊ non
obiecta. Si ſecundo modo hoc eſt dupliciter vel lo/
quendo de diſtinctione ſpecifica obiectorum vel de di
ſtinctione generica. Si primo modo: ſic etiam poten/
tie non diſtinguuntur per obiecta. Si ſecundo modo
hoc eſt dupliciter: vel loquendo de diſtinctione gene/
rica ſecundum genus nature: vel loquendo de diſtin/
ctione ſecundum rationem genericam cognoſcibilita/
tis. Si primo modo ſic etiam potentie non diſtinguū
tur per obiecta. Si ſecundo modo ſic potentie poſſūt
diſtingui per obiecta: quod ſic patet. potentia ſecundū
rationem eius ordinatur ad actum ſed actus potentia
rum diſtinguuntur per obiecta: ergo ⁊ ipſe potentie
probatio maioris. omne obiectum comparatur ad ac
tum ſicut principium ſi ſit actus potentie paſſiue: vel
etiam ſicut finis ſi ſit actus potentie actiue: ergo diſtin
ctio actuum potentiaruʒ ſumitur ab obiectis. ¶ Pro
ampliori declaratione huius conſyderandum eſt ꝙ
diuerſitas actuum poteſt attendi quinqꝫ modis ſecū
dum doctorem ſanctum in queſtionibus de veritate
queſtione decimaquinta. ar. 2. ad. 12. Uno modo ſecun
dum fortitudinem ⁊ debilitatem ſicut credere ⁊ opi/
nari. Secundo modo ſecundum velocitatem ⁊ tardi
tatem: vt currere ⁊ moueri. Tertio modo ſecundum
habitum ⁊ priuationem: vt quieſcere ⁊ moueri.
Quarto modo ſecundum comparationem ad contra
ria eiuſdem generis: vt videre album ⁊ videre nigrū
Quinto modo ſecundum repugnantiam diuerſorum
generum: ſicut videre colorem ⁊ audire ſonum ſic de
ſimilibus. Iſto autem quinto modo ſolum diuerſitas
actuum cauſat diuerſitatem potentiarum tunc ad ſo/
lutiones. ¶ Ad primum dicendum ꝙ licet potentie ſe
cundum eſſe precedant obiecta: tamen obiecta inquan
tum habent intentionem ⁊ rationem mouendi prece/
dunt potentias: ⁊ iſto modo ab eis ſumitur diſtinctio
potentiarum. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ licet di/
ſtinctio ſpecifica formarum que non habent dependē
tiam ad aliud ſumatur ab intrinſeco: tamen diſtinctio
illarum formarum que in ſua diſtinctione dicunt ordi
nem ad aliquid ſumitur ab aliquo extrinſeco: non ta/
men inquantum extrinſecum: ſed inquantum poteſt
conformari ipſis. ¶ Ad tertium quartum ⁊ quintum

patet ſolutio ex dictis. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ rati
ocinatiuum ⁊ opinatiuum ſunt due potentie que con/
tinentur ſub potentia intellectiua: verumtamen ꝯtin/
gens quod ē obiectū opinatiui poteſt conſyderari du/
pliciter. Uno modo inquantum cōtingens: ſic non pti
net ad ratiocinatiuum ſicut ſcientificum cū vt ſic de eo
nō poſſit haberi certa cognitio ſꝫ pertinꝫ ad opinatiuū
Alio modo poteſt conſyderari contingens inquantuꝫ
habet ratiōnē entis intelligibilis lꝫ imperfectam: ⁊ iſto
modo pertinet ad ſcientificum: ſicut ratiocinatiuū. vn
de in prima parte doc. ſan. vbi videt̄ innuere ꝙ opi/
natiuum ⁊ ſcientificum non diſtinguuntur ꝓpter hoc
ꝙ contingens ⁊ neceſſarium ſe habeant vt perfectum
⁊ imperfectum: accipit contingens ſecundo modo. ſed
in de veritate vbi ſupra: accipit primo modo cōtingēs
vbi videtur velle expreſſe ꝙ opinatiuum ⁊ ſcientificū
ſunt diuerſe potentie: q̄ꝛ vt ibidem dicit habēt diuerſa
obiecta ſm rationem cognoſcibilis diſtinctam: de quo
clarius videbit̄ quinto meta. c. poteſtas. ¶ Ad ſepti/
mū ꝙ potentie non diſtinguuntur per actualem exīſti
am obiectoꝝ: ſed per habitudinem habitualē quaꝫ ha
bent ad ipſa: vt lꝫ color ⁊ ſonus non eſſent in reruꝫ na
tura: tn̄ viſus haberet aliam habitudinē ad coloꝛeꝫ q̄ꝫ
auditus ad ſonum. ¶ Ad octauum dicendum negan/
do maiorem: immo potentia viſiua in omnibꝰ anima
libus eſt eiuſdem ſpeciei. Et lꝫ diſtictio naturalis actu
um ſumatur a diſtinctione ſubiectorum: nō tn̄ diſtin/
ctio ſpecifica: ſicut albedo que eſt in pariete ⁊ que ē in
homine: ſunt eiuſdem ſpeciei: lꝫ homo ⁊ paries diffe/
rant ſpecie: ⁊ per hoc patet ſolutio ad nonū. ¶ Ad de
cimum dicendum ꝙ diſtinctio formalis obiectoꝝ ſm
rationem ſufficit ad diſtinctionē potentiarum immate
rialium que ſe naturaliter extendunt ad omnia entia.
vnde cum intellectus ⁊ voluntas extendant ſe ad om
nia entia: ſufficit ꝙ eoꝝ obiecta diſtinguantur: ſm rati
onem cognoſcibilitatis.

¶ Sequitur textus. (Quare autem vnumquodqꝫ q̄
rendū eſt ⁊c.) Hic incipit lectio ſexta eiuſdem libri: ⁊
in commento ſancti Thome.

Stud eſt ſecundum capitulum ſecundi tra
ctatus in quo phs determinando potenti
arum ordinem ponit tres cōcluſiōes: qua
rum prima eſt. ¶ Potentie anime habēt
ordinem inter ſe. Hec cōcluſio ꝓbatur tali ratione vbi
cunqꝫ non conuertitur ꝯſ̄ia ſubſiſtendi: ibi eſt ordo ꝑ
oris ⁊ poſterioris: ſed in potentiis non conuertit̄ cōſe
quentia ſubſiſtendi: ergo inter eas eſt ordo. ꝓbatio ma
ioris q̄ꝛ vbicunqꝫ inuenitur intellectiuum inueniuntur
alie potentie nō tamen econtra. Similiter vbi inuenit̄
ſenſitiuum ibi inuenitur vegetatiuum ⁊ non econuer/
ſo. Similiter vbi inuenitur motiuum ſm locum inue
nitur appetitiuum ſenſitiuum ⁊ vegetatiuū non tamē
econtra: ergo in predictis potentiis non conuertit̄ con
ſequentia ſubſiſtendi. ¶ Contra hanc cōcluſionem ſic
arguitur. Quecunqꝫ ſimul cadunt ſub eadem diuiſio
ne: non hn̄t ordinem prioris ⁊ poſterioris cum ſpecies
quecūqꝫ contineantur ſub ſuo genere: ſed potētie cum
diuidantur inter ſe: ergo inter eas nō eſt ordo. ¶ Pre
terea ſi inter eas eſſet ordo: ſequeretur ꝙ operatio vni
us haberet dependentiam ad operationē alterius: cō
ſequens eſt falſum: ergo ⁊c. ¶ Preterea in preceden
tibus probatum eſt ꝙ vbicunqꝫ eſt ſenſitiuuꝫ ibi ⁊ ap
petitiuum ⁊ motiuū ſm locum: ⁊ hic dicitur oppoſitū
ergo ⁊c. ¶ Pro ſolutione iſtoꝝ argumentoꝝ aduer/
tenduꝫ ē ꝙ inter potentias poteſt aſſignari ordo dupli
citer. Uno modo ſm dependentiam vnius potētie ab

alia. Alio modo ſm ordinem obiectorum. primo mo
do attenditur duplex ordo: videlicet ordo generatiōis
⁊ ordo perfectionis. Ordine autem generationis ve/
getatiua eſt prima ſecunda ſenſitiua: tertia appetitiua:
quarta motiua ſm locum: vltima intellectiua. Ordine
vero perfectionis eſt ordo reuerſus. Ordo vō poten/
tiaꝝ ſm ordinem obiectorum ſumit̄ ſm vliorem ⁊ ꝑ
orem rationem obiecti: ſicut viſus qui reſpicit obiectū
quod reperitur tam in corporibus ſuperioribus quā
inferioribus: precedit auditum qui reſpicit obiectum:
quod ſolū reperitur in iſtis inferioribus: ſic de ſimili/
bus. Solutiones. ¶ Ad primum dicendū ꝙ lꝫ ſpecieſ
ꝯſyderate ſm perfectionē generis: equaliter contine/
antur ſub ipſo genere: tamen ſi conſyderentur ſm eſſe
eaꝝ: ſic vna eſt prior alia: vt patet in numeris ⁊ figuris
¶ Ad ſecundum negatur ſequela niſi ſiat locutio ꝺ or
dine potentiarum qui ſumit̄ ſm ordinem obiectoꝝ
hec omnia doc. ſan. ī prima parte. q. 77. ar. 4. ¶ Ad
tertium dicendum ꝙ ſuperius phs loquebat̄ de mo/
tu imperfecto ſm locum: hic vō loquitur de pricipio
motiuo progreſſiui motus. ¶ Secunda concluſio: pri
us determinandum eſt de potentiis quantum ad eaꝝ
quidditatem q̄ꝫ de aliis que conſequuntur ipſas potē
tias: hec concluſio ꝓbatur per doc. ſan. in lectione: q̄ꝛ
omnis cōfuſio in doctrinalibus ſcientiis eſt vitanda: ſꝫ
ſi ſimul de potentiis determinaretur quantum ad ea/
rum quidditatem ⁊ de his que conſequuntur: eſſet cō
fuſa doctrina: ergo ⁊c. ¶ Tertia concluſio prius deter
minandum eſt de obiectis ⁊ actibus potentiarum: q̄ꝫ
de ipſis potentiis. Hec concluſio probatur tali ratione
quia de prioribus: prior eſt ſpeculatio: ſed obiecta pre/
cedunt actus: actus vō potentias quantum ad intenti
onem ⁊ rationem mouendi: ergo ⁊c. ¶ Et ſi dicatur
phs prius determinauit de potentiis q̄ꝫ de obiectis.
¶ Dicendum ꝙ lꝫ phs determinauerit in generali ꝑ
us de potentiis (videlicet diuiſiue) tn̄ quando de eis
determinat in ſpeciali: prius determināt de obiectis: vt
infra patebit. ¶ Circa predicta dubitatur primo: vtrū
potentia anime realiter diſtinguatur ab eius eſſentia ⁊
arguitur ꝙ non: quia potentia materie non diſtinguit̄
ab eius eſſentia: ergo a ſimili potentia anime non diſti
guitur ab eius eſſentia. ¶ Preterea Aug. in decimo
de trinitate ait ꝙ mens intellectiua ⁊ voluntas ſunt ſb
vna eſſentia anime: ergo ⁊c. ¶ Reſpondetur. ¶ Di/
cendum ad dubium ꝙ neceſſe eſt dicere animā ⁊ eius
potentiam diſtingui realiter: quod ſic pꝫ. Nam poten
tia ⁊ actus cum denudant quodlibet genus entis: ſūt
eiuſdem generis: ſed actus anime ſunt de genere acci/
dentis: ergo ⁊ eius potentie. Cum ergo eſſentia anime
ſit de genere ſubſtantie: relinquitur ꝙ eſſentia anime ⁊
eius potentie diſtinguantur realiter. aliogn oporteret
dicere ꝙ ſubſtantia ⁊ accidens eſſent ideꝫ realiter. tūc
ad rationes. ¶ Ad primum dicendum negando cōſe
quentiam: ⁊ ratio ē q̄ꝛ potentia materie eſt ad actū pri
mum: potentia vero forme: eſt ad actum ſecundū: vn̄
non eſt ſimile. ¶ Ad ſecundā rationem dubii dicendū
ꝙ qn̄ dicitur ꝙ mens ītellectiua ⁊ voluntas ſunt vna
eſſentia: ibi non eſt predicatio eſſentialis ſed magis ma
terialis ⁊ eſt ſenſus ꝙ ſunt vna eēntia. i. ſunt in vna eſ/
ſentia ſubiectiue. ¶ Dubitatur ſecundo vtrum omneſ
potentie anime ſint ſubiectiue in anima. Et videtur ꝙ
ſic: q̄ꝛ omnes operationes anime attribuunt̄ toti com
poſito ratione anime: ergo videt̄ ꝙ potentie aīe oēs q̄
ſunt principia iſtarum operationum ſint ſubiectiue in
anima. ¶ Dicendum breuiter ꝙ non omnes potentie
anime: ſed ſolum potentie intellectiue ſunt ſubiectiue ī
anima q̄ꝛ non omnes operationes potentiaruꝫ anime
ſunt in anima ſicut in ſubiecto: licet omnes attribuant̄
anime tanq̄ꝫ principio. Et inde eſt ꝙ omnes potentie

ſunt in anima tanꝙ̃ in principio: ſed non ſicut in ſubiecto: ⁊ per hoc patet ſolutio ad dubium. ¶ Dubitat̃ tertio vtrum potẽtie anime fluant ab eius eſſentia. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Illud a quo aliquid fluit: eſt cauſa: ſꝫ aĩa nõ eſt cauſa potentiarum: vt patet diſcurrendo ꝑ omnia genera cauſaꝝ: ergo ⁊c. ¶ Preterea id qđ fluit ab alio: ſequit̃ illud: ſed potẽtie anime ſimul ſunt cũ ipſa anima: ergo ⁊c. ¶ Dicendum ad dubium ꝙ oẽs potentie anime fluunt ab eius eſſentia. Quod ſic patet q: ſubiectum eſt cauſa proprie paſſionis: ſed anima eſt ſubiectum cuius proprie paſſiones ſunt ipſe potẽtie: ergo ⁊c. ¶ Ad primam rationem dubii dicendũ ꝙ anima rationalis eſt cauſa materialis in qua: potentiarũ ⁊ eſt cauſa efficiens earum: nõ quidem ꝙ agat ꝑ trãſmutationem realem: ſed ꝑ concomitantiam naturalem hec omnia doctor ſanctus in prima parte. q. 77. quaſi per totum: ⁊ per hoc patet ſolutio ad dubium.

¶ Sequitur in textu. ( ¶ Quare primum de alimento ⁊c. ) Hec eſt lectio ſeptima eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

¶ Tertium capitulum huius ſcđi tractatus cõprehẽdit duas lectiones cõmenti. ſ. ſeptimã ⁊ octauã huius libri: cuius octaue textus ẽ ibi ( Empedocles aũt ⁊c. )

Stud eſt tertium capitulum: in quo phs determinando de operationibus anime vegetatiue: ſm ꝙ anima eſt principiũ earũ ponit quinqꝫ concluſiones: quarũ prima eſt. ¶ Prius determinandum eſt de potentia vegetatiua cum ſuis operationibus ⁊ obiectis q̃ꝫ de aliis ꝑtibus anime: hec concluſio ꝓbatur tali ratione. De cõmunioribus prior eſt ſpeculatio: vt patꝫ primo phi. ſꝫ potẽtia vegetatiua eſt cõmunior: in omibus viuẽtibus Ipſa enim ſeparatur ab aliis partibus ſed alie non ſeparantur ab ea: vt ſupra dictum eſt: ergo prius determinandum eſt de anima vegetatiua: cuius operatiões ſunt augmentatio ⁊ nutritio. ¶ Contra hanc cõcluſionem breuiter arguitur. De prioribus prior eſt ſpeculatio: ſed potentia intellectiua prior eſt ipſa vegetatiua cum ſit perfectior: ergo prius videtur eſſe determinãdum de potẽtia intellectiua. ¶ Preterea illđ ſine quo alia non poſſunt eſſe non eſt ſeparabile ab eis: ſed ſine potentia vegetatiua alie potentie eſſe non poſſunt: cũ in eis includantur ſicut trigonũ ĩ tetragono: ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendum ꝙ duplex eſt ordo. ſ. ordo generationis ⁊ ordo nature: qui eſt duplex: videlicet ordo nature generationis ⁊ ordo nature perfectionis: perfectiora autem ſunt priora ordine nature perfectionis: nõ autem ordine nature generationis ſeu cognitionis. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ aliquid poteſt dici ſeparabile ab alio dupliciter. Uno modo ꝙ alterum poſſet eſſe eo non exiſtente: ſicut accidens eſt ſeparabile a ſubiecto: ⁊ iſto modo potẽtia vegetatiua non eſt ſeparabilis ab aliis. Alio modo: quia inuenitur in aliis omnibus in quibus alie inueniuntur ⁊ in aliquibꝰ aliis ſicut genus dicit̃ ſeparabile a qualibet ſpecie eius ſeorſum ſumpta: ⁊ iſto modo potentia vegetatiua eſt ſeparabilis ab aliis. ¶ Secunda concluſio generatio ⁊ operatio potentie vegetatiue pertinet ad potentiam vegetatiuam. Hec concluſio ꝓbatur tali ratione. ¶ Ois operatiꝰ que naturaliter inuenitur in omnibus viuentibus pertinet ad potentiam vegetatiuam: ſed generare inuenitur in omnibus viuentibus ⁊ ineſt eis naturaliter: ergo generare pertinet ad potentiam vegetatiuã ꝓbatio maioris quia potentia vegetatiua eſt ſecundũ quam primo viuere ineſt omnibus. ¶ Ex predicta cõcluſione infert phs vnum correlarium: videlicet ꝙ naturaliſſimũ opus in viuentibus eſt generare ſibi ſimile. Cuius ratio eſt duplex. primo quia in hoc conuenit cum aliis rebus animatis que etiam generationẽ habent: licet alio modo vt infra patebit: tum ſecundo q: naturaliſſimum eſt viuẽtibus aſſimilari primo eſſe ſꝫ poſſe: ſed primum eſſe videlicet diuinũ eſt immobile ⁊ perpetuum: ergo naturale eſt viuentibus appetere aſſimilari eſſe perpetuo: ſed non poſſunt perpetuari niſi generando ei ſimile ſm ſpeciem: vnde naturaliſſimũ eſt viuentibus facere alterum tale quale ipſum eſt videlicet generare ſibi ſimile ſm ſpeciem. ¶ Conſyderandum eſt ſm doctorem ſanctum ꝙ eſſe diuinum ẽ cuius cauſa naturalia agunt: quod põt intelligi dupliciter: Uno modo ꝙ ſit illđ cuius cauſa naturalis res directe agit: ſicut dicimus ꝙ ſanitas eſt cuius cauſa medicus agit. Alio modo ꝙ ſit illud quo aliquid agit. vel ſit illud ſine quo res agere non poteſt: ſicut dicimꝰ ꝙ ſine caleſacere medicus ſanare non poteſt: primo igit̃ ⁊ ſecundo modis intelligitur ꝙ eſſe diuinum eſt: cuius cauſa agens naturale agit. ¶ Contra predictam cõcluſionem ſic arguit̃. Illa operatio que eſt oꝑatio nature non eſt operatio anime: ſed generatio eſt operatio anime vt infra patebit: ergo generatio nõ eſt operatio nature. ⁊ per conſequens generare non conuenit naturaliter viuentibus. ¶ Preterea illa operatio que reperitur in animatis: non pertinet ad potentiam vegetatiuam: ſed generatio reperitur in inanimatis: ergo non pertinet ad potentiam vegetatiuam. ¶ Preterea generare non conuenit pueris nec etiam animalibus imperfectis: ergo ſequitur ꝙ generare non conuenit naturaliter viuentibus: quia illud quod conuenit naturaliter alicui: ſemper ei conuenit. ¶ Ad primum dicẽdũ ꝙ natura poteſt accipi dupliciter. Uno modo ſm ꝙ diſtinguitur contra hoc quod eẽ ẽ cõtra naturã: ⁊ iſto modo gñatio ẽ oꝑatio naturalis. Alio mõ vt diſtinguitur cõtra principium naturale determinatũ qđ eſt aĩa ⁊ iſto modo gñatio non ẽ aĩa. ¶ Ad ſecundum dicẽdũ ꝙ gñatio alio modo reꝑitur ĩ iaĩatis ⁊ in aĩatis. nã inaĩata habẽt gñationẽ ab extrinſeco gñante: ſed viuẽtia habẽt gñationem a principio intrinſeco: inquantum generantur ex ſemine: vñ ratio non ſequitur. ¶ Ad tertium dicẽdum ꝙ a predicta gñatione viuẽtium excipiuntur tria ſm phyloſophum: quibus gñare non cõuenit. primo illa que ſunt impfecta vt pueri qui non generant. Quod enim poteſt alterum facere tale quale ipſe eſt: hoc in vnoquoqꝫ genere pfectum eſt: ſecundo excipiuntur illa que patiuntur aliquem defectum alicuius principii naturalis ſicut ſunt ſpadones ⁊ frigidi. Tertio excipiuntur animalia ⁊ plante que generantur ſine ſemine ex putrefactione. In his enim propter ſui imperfectionem: ſufficit agens vniuerſale. ſ. virtus corporis celeſtis ⁊ natura diſpoſita vt hic deducit doctor. ſ. licet ergo generare ſibi ſimile competat naturaliter oĩbus viuentibus exceptis tribus predictis: non tamen ꝓpter hoc ſequitur ꝙ conueniat omnibus ſimpliciter vel abſolute. ¶ Tertia concluſio anima eſt cauſa viuẽtis corporis vt forma: hec concluſio ꝓbatur duplici ratione phyloſophi. Quarum prima eſt. Nam illud eſt cauſa alicuius vt forma: quod eſt cauſa eſſendi. quia ꝑ formam vnumquodqꝫ eſt actu. ſed anima eſt viuentibus cauſa eſſendi: ergo anima eſt cauſa viuentibus vt forma. probatio maioris quia per animã viuentia viuunt: ſed viuere viuentibus eſt eſſe: ergo per animã habet eſſe. Secunda ratio talis eſt. Illud quod ẽ actꝰ alicuius: eſt ratio ⁊ forma eius quod eſt in potentia: ſꝫ anima eſt actus corporis viuẽtis: vt ex ſupradictis patet: ergo anima eſt cauſa viuentibus vt forma: que cõcluſio ſatis ſuperius declarata eſt. Quarta concluſio. Anima eſt cauſa corporis viuentis vt finis. hec cõcluſio probatur tali ratione. ¶ Sicut intellectus operat̃

ꝓpter finem ita ⁊ natura vt pʒ ſecũdo phi. ſʒ intellectus in his que fiunt per artẽ: materiã ordinat ⁊ diſponit ꝓpter formam tanq̃ʒ ꝓpter finem: ergo ⁊ natura cum igitur ⁊ anima ſit forma viuentis corporis: ſequitur ꝙ ſit ſinis eius. Si dicatur finis ⁊ forma ſunt diuerſa genera cauſaꝝ: ſed aĩa eſt forma viuentiũ vt iam dictum eſt: ergo non eſt finis. ¶ Dicendum ꝙ duplex ẽ finis: videlicet finis generationis ⁊ finis rei genite. Uerum eſt ꝙ forma ⁊ finis rei genite non coincidunt: ſed tamen forma ⁊ finis generationis inq̃ʒtuʒ terminat eaʒ. ¶ Ex hac cõcluſione infert pħs vnum correlariuʒ: vʒ ꝙ anima non eſt ſolum finis corpoꝝ viuentium. ſʒ ẽt omnium naturalium corpoꝝ in iſtis inferioribus que ſic ꝓbatur ſm pħm. ¶ Nam inſtrumenta ordinant̃ ad cauſas p̃ncipales tanq̃ʒ ad fineʒ: ſed oĩa corpora animata ſunt inſtrumẽta animatoꝝ ⁊ ſunt ꝓpter ipſa etiã animata minus perfecta ꝓpter animata magis perfecta: ergo oĩa corpora naturalia inferiora taʒ inaĩata q̃ʒ aĩata ordinant̃ ad aĩam tanq̃ʒ ad finem. ¶ Quinta concluſio. Anima eſt cauſa viuentium: ſicut principiuʒ vnde motus. hec cõcluſio ꝓbatur tali ratiõe. Oĩs forma corporis naturalis eſt p̃ncipium motus ꝓprii illi⁹ corporis. ſed quidam motus ſunt ꝓprii rebus viuẽtibus videlicet ſentire: moueri ꝓgreſſiue augeri ⁊ minui ⁊c. ergo eſt principium vnde motus. ¶ Et ſi dicatur principium vnde motus dicitur cauſa efficiens: ſed anima non eſt cauſa efficiens: ergo non eſt principium vñ motus. ¶ Dicendũ ꝙ principium vñ motus põt accipi dupliciter: vno mõ ꝓprie pro eo qđ eſt principium ꝓductiuum ipſius motus. ⁊ iſto mõ p̃ncipium vñ motus dicitur cauſa efficiens ſecũdo phi. Secũdo mõ accipitur cõmuniter ꝓ eo qđ eſt principium actuale motu: ſiue tale ſit forma ſiue efficiens: ⁊ iſto mõ forma dicitur p̃ncipium vnde motus. ¶ Ex predictis cõcluſionibus infertur vnum corrlarium ſm pħm qđ eſt p̃ncipale intentum in hoc capitulo: videlicet ꝙ operationes que attribuuntur potentie vegetatiue: ſunt ab aĩa: quod pʒ tali rõne. ¶ Nam anima eſt principium ⁊ cã viuentis corporis: vt per tres predictas concluſiones pʒ: ergo eſt principium operationum eiuſdem: cũ igitur operationes que attribuunt̃ potẽtie vegetatiue ſint operationes corporis viuentis: ſequitur ꝙ ſint oꝑationes aĩe. ¶ Contra predictum corrlarium ſic arguitur primo ratione empedoclis. Elementa ſunt cauſa augmentationis ⁊ diminutionis: ergo ſequitur ꝙ anima non eſt principium augmẽtationis: ⁊ per ꝯñs operationes potẽtie vegetatiue non ſunt ab anima. ¶ Preterea quod cõuenit alicui per ſe: eſt p̃ncipium omniũ illorum qui participant illud (ſicut ignis qui eſt calidus per ſe eſt cã caloris in rebus mixtis): ſed inter alia elementa ſolus ignis videtur augeri ⁊ nutriri: ergo videtur ꝙ ſolus ignis eſt cã augmenti ⁊ nutrimenti ⁊ non anima. ¶ Ad primum dicit pħs deſtruendo opinionẽ empedoclis ꝙ augmentum in ſurſum ⁊ deorſũ in animatis ꝓcedit ab anima ⁊ non ab elementis: quod pʒ dupliciter. Nam ſi ꝓcederet ab elementis: ſequeretur ꝙ in omnibus viuentibus ſumeretur eodem modo ſurſum ⁊ deorſum: ⁊ alie differentie poſitionis. ſequeretur etiã ꝙ in quibus eſſent due differentie poſitionis ſm naturam diſtincte: eẽnt omnes ſm naturã diſtincte: ꝯñs eſt manifeſte falſum. nam in plantis ſurſũʒ dicitur radix ⁊ locatur circa terram: ſed in hominibus ſurſum locatur circa celum: ⁊ dicitur caput: in brutis vero: ſurſum locatur medio modo. Secundo illud eſt principium ⁊ cauſa augmenti quod continet elementa ne totaliter ſeparentur ab inuicem. hoc autem eſt anima in rebus viuentibus: ergo anima eſt principium principale augmenti ⁊ non elementa: licet tamẽ ad augmentum inſtrumentaliter concurrant. ¶ Ex quo patet ꝙ primum argumentum ſoluitur negando antecedens. ¶ Pro ampliori tamen declaratione ſciendum eſt ſm doctorem ſanctum in preſenti lectione ꝙ differentie poſitionis. ſ. ſurſum ⁊ deorſum: ante retro: dextrum ⁊ ſiniſtrum in aliquibus diſtinguuntur ſm naturam. In aliquibus vero diſtinguuntur ſolum poſitione, quo ad nos. In illis autem in quibus ſunt determinate partes que ſunt naturaliter principia aliquoꝝ motuum: diſtinguuntur predicte differentie ſm naturam ſicut in vniuerſo: ad cuius medium naturaliter ferunt̃ grauia: ⁊ ad cuius circumferentiam feruntur leuia. ſimiliter in viuentibus ſm motum augmenti ⁊ decrementi: diſtinguuntur ſurſum ⁊ deorſum. Nam ſurſũ dicitur illa pars: vnde viuentia alimentum accipiunt. deorſum autem pars apta vnde ſuperfluitates emittuntur: ante vero ⁊ retro in quibuſdam determinant̃ ſm ſenſum: dextrum ⁊ ſiniſtrum determinantur ſm motum localem. In his vero in quibus non eſt determinata pars aliqua que eſt principium vel terminus alicuius motus: predicte differentie non diſtinguuntur ſm naturam ſed ſolum poſitione quo ad nos: vt in rebus inanimatis: vnde eadem columna dicitur ſiniſtra ⁊ dextra. hec autem omnia doctor ſanctus in lectione. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ licet ignis ſit cauſa inſtrumentalis alimenti ⁊ nutritionis ⁊c. tamen anima eſt cauſa principalis. Cuius ratio pħi eſt: quia in vnoquoqʒ viuente ſm naturam eſt certus terminus ⁊ determinata ratio augmenti ⁊ magnitudinis: ergo illud quod eſt cauſa determinationis magnitudinis ⁊ augmenti: eſt cauſa principalis augmenti. hoc autem ẽ anima ⁊ non ignis. nam ignis in infinitum poteſt extendi ſi in infinitum ſit materia combuſtibilis aut inueniatur ergo ⁊c. ¶ Ex predictis patet remotio duarum opinionum: quarum prima eſt que attribuit operationem potentie vegetatiue ipſis elementis indifferenter ſʒ ꝙ leuitas dicitur cauſa motus ſurſum ⁊ grauitas motus deorſum. Secunda vero opinio attribuit p̃dictas operationes ipſi igni tm̃ ⁊ non ceteris elementis.

¶ Sequitur in textu. (Quoniã eadẽ eſt potentia ⁊c.) Hec eſt lectio nona eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

Stud eſt quartum capitulũ ſecundi tractatus in quo pħs ponit duas ꝯcluſiones. quaꝝ prima ẽ ꝙ alimẽtũ oʒ eẽ contrariũ ei quod alitur: hec concluſio ꝓbatur duplici ratiõe: quaꝝ prima ẽ. ¶ Nam alimentuʒ decoquitur ⁊ mutatur in illud quod alit̃ ſiue nutrit̃ ſed nil mutat̃ niſi in cõtrarium: ergo alimentum eſt contrariuʒ ei in quod mutat̃. ¶ Preterea omne agens eſt contrarium pacienti. nam ſimile a ſimili non patitur: ſed alimentũ patitur ab eo quod alitur. nam alteratur ab eo ⁊ digerit̃. ergo ⁊c. ¶ Contra hanc concluſionẽ arguit̃ primo ratione pħi. ¶ Nam alimentum eſt cauſa augmenti: ſʒ oportet ꝙ ſimile ſimili augeatur: nam ſi aliquid diuerſum opponeretur: non eſſet eiuſdem augmentum: ſed eſſet nature extranee adiũctio. videt̃ ergo ꝙ oʒ ſiľe a ſimili ali: ⁊ per conſequens alimentum non debet eẽ cõtrarium ei quod alitur. ¶ Preterea arguitur contra primam rationem: nam aliquod mutatur in mediuʒ vt puta de albo in palidum: ergo falſum eſt dicere ꝙ nihil mutatur niſi in contrarium. ¶ Ad primum dicẽdum ſm phyloſophum ꝙ alimentum poteſt dupliciter conſyderari. vno modo ante decoctionẽ. ſic eſt contrarium ⁊ diſſimile ei qđ alitur. Alio modo conſideratur alimentum ſm ꝙ iam decoctum eſt ſm ꝙ conuertitur in ſubſtantiam aliti ſic eſt ſimile ei qđ alitur. vnde vno modo ſimile a ſimili alitur. Alio modo a ſuo con

trarïo. Sed cõtra in ſba nulla eſt contrarietas: ſed ali/
mentum eſt ſba: ergo ⁊c. ¶ Dicendũ ꝙ licet in gene
re ſbe non ſit contrarietas ꝓprie dicta. ſ. phiſica: eſt tñ
cõtrarietas largo modo ſumpta: videlicet ꝑ quacun
qꝫ diſſimilitudine. Uel dicendũ ꝙ lꝫ in ſba non ſit cõ/
trarietas ſm formas ſbales: in ea tñ eſt cõtrarietas ſꝫ
formas accidentales: ſicut patet de elemẽtis. ¶ Ad ſe
cundum dicendũ ꝙ medium cõparatum ad vnũ ex
tremorum inquantum rationẽ habet alterius extremi
eſt quodãmodo cõtrarium: ſicut pallidum albo cõpa
ratum: dicit̃ nigrum: nigro vero comparatum dicit̃
album: vñ ratio non ſequit̃. ¶ Pro maiori declarati
one precedentium phs aſſignat tres conditiones ĩ ca/
pite capituli que requirunt̃ ad hoc ꝙ aliquid ſit alimẽ
tum. Quarum prima eſt ꝙ alimentum videtur eſſe con
trariũ ei quod alitur ꝓpter rationes ſupra aſſignatas.
Secunda eſt ꝙ nõ quodcunqꝫ cõtrarium ſufficit ad
rationẽ alimenti: ſed oportet ꝙ ſit de illis contrariis que ha
bent generationem ex ſe inuicem: quia nutrimentum
conuertitur in ſbam nutriti. Tertia conditio eſt ꝙ ſit
ex illis contrariis que augmentum ſuſcipiunt ex ſe in/
uicem: quia ex alimento ſequit̃ augmentum. vñ licet
ex igne generetur aqua nõ tñ dicitur ꝙ ex igne nutrit̃
aqua ſed potius ecõuerſo. ¶ Secũda ↄcluſio ẽ ꝙ tres
ſunt partes potentie vegetatiue: videlicet potentia nu
tritiua augmentatiua ⁊ generatiua. hec concluſio ꝓba
tur duabus rõnibus que eliciuntur ex pho. Quarum p/
ma eſt. Nam alimentũ eſt obiectũ potentie vegetati/
ue: vel ergo eſt obiectũ eius inquantũ eſt in potentia ꝑ
ſe ad corpus aĩatum: ſic ſumit̃ potentia nutritiua: vel
tale alimentum eſt in potẽtia ad corpus quantũ: ſic ſu
mitur potentia augmentatiua: vel tale alimentũ eſt in
potentia ſubſtantia generans: ſic ſumitur potentia ge
neratiua. ¶ Pro declaratione huius rationis cõſyde
randum eſt ſm doc. ſan in lectione ꝙ nihil nutrit̃ niſi
qḋ eſt participans vita: ſed oẽ participãs vita eſt ani/
matum: ergo corpus qḋ alitur eſt animatũ: ſed alimẽ
tum eſt in potẽtia ad illud qḋ alitur: ↄuertitur. n. in ip
ſum. Ex quo relinquit̃ ꝙ alimentũ inquantũ eſt nutri
tionis obiectum eſt aliquid exñs in potentia ad corpus
animatũ per ſe ⁊ non per accñs. ¶ Ex predicta rõe in
fert phs diffinitionẽ potentie nutritiue: videlicet ꝙ po
tentia nutritiua eſt principiũ nutritionis mediante ali/
mento ſaluans ſuum ſuſceptiuum. Et ſi dicatur alimẽ
tũ eſt principiũ nutritionis: ergo non potẽtia nutritiua
Dicendum ꝙ in nutritione ſicut dicit doc ſan. hic: ſũt
tria: videlicet qḋ alitur: quo alit̃: ⁊ alens quod ẽ duplex
ſcilicꝫ primũ ⁊ primum. Alens primum eſt ipſa ani/
ma. Alens primum eſt anima vegetatiua. Illud vo
quod alitur eſt corpus habẽs hanc animam: ſed illud
quo alitur inſtrumentaliter eſt alimentũ. Ex quo pa/
tet ꝙ alimentum ⁊ aĩa vegetatiua ſiue potentia ei9 di
uerſimode ſunt pncipia nutritionis eius. ¶ Secunda
ratio eſt: tñ ſunt tres opationes potentie vegetatiue:
videlicet nutritio: qua aliquis ſaluat̃ in eſſe indiuidua
li ⁊ augmentatio qua aliquid ꝓficit in maiorẽ perfecti
onem ſm quantitatem ⁊ virtutem: ⁊ generatio ꝑ quã
aliquid quaſi in ſeipſo perfectũ exñs: alteri eſſe ⁊ per/
fectionem tradit: ergo tñ ſunt tres potentie anime ve
getatiue: cum potẽtie diſtinguantur per operationes.
Ex hac rõne infertur ſm phm ꝙ inter predictas ope
rationes eſt ordo. nam nutritio eſt prima: ſecunda au
gmentatio: tertia vo ⁊ perfectiſſima: eſt generatio. Cu
ius ratio eſt qꝛ per nutritionem aliquid ſaluatur in eẽ:
per augmentum vero ſuſcipit debitam quantitatem:
⁊ per generationem ꝓducit ſibi ſimile. Sed maniſe/
ſtum eſt ꝙ primo oportet rem habere ⁊ conſeruari
in eſſe qꝫ habere debitam quantitatem ⁊ neceſſe eſt ꝙ
habeat determinatam quantitatem anteqꝫ poſſit gene

rare: ergo inter predictas operationes eſt ordo. Se/
cundo infert diffinitionem anime vegetatiue: videlicet
ꝙ eſt generatiua alterius: ſimilem ſibi ſm ſpeciem. ⁊
ſi dicatur ipſius anime vegetatiue ſunt alie perfectões
qꝫ generare: vt patet ex dictis que ſunt priores: ergo ĩ
conuenienter diffinitur anima pro generari tñ: dicen/
dum ſm doc. ſan. ꝙ qꝛ omnia denominantur a fine: fi
nis autem operationũ anime vegetatiue eſt generare
alterum tale quale ipſum ẽ: ideo ipſa prima anima: vi
delicet vegetatiua conuenienter diffinitur per hoc qḋ
eſt generatiua alterius ⁊c. ¶ Contra predictam cõclu
ſionem ſic primo arguitur: potentia anime ẽ altior vir
tus qꝫ natura corporea: ſed natura corporea eadẽ vir/
tute dat vni eſſe ⁊ determinatam quãtitatẽ: ergo a for
tiori ipſa anima eadem virtute dabit rei eſſe ⁊ deter/
minatam quantitatem: ⁊ per ↄñs potentia augmenta
tiua ⁊ generatiua non differũt. ¶ Preterea per gene
rationẽ res acquirit eſſe: ſimiliter ⁊ ꝑ nutritionẽ: ergo
potentia nutritiua ⁊ generatiua nõ differũt. ¶ Ad pri/
mum dicendũ ꝙ res corporea inanimata acquirit eſſe
ab agente extrinſeco tñ qḋ agit in materiam iam diſ/
poſitam ideo dans eſſe dat ⁊ quantitatem debitam ſꝫ
res aĩata in principio ſue generationis requirit paruã
quantitatem cum ꝓducatur a principio intrinſeco: vi
delicet a principio ſeminis: vnde rõ non ſequit̃. ¶ Ad
ſecundum dicendũ ꝙ alimentum non eſt principium
generatiõis eius quod alitur: ſed alterius quod eſt ta/
le ſm ſpeciem: quale eſt quod alitur: qꝛ ſba que alitur
iam eſt ⁊ qḋ eſt nõ generat̃ qꝛ nihil generat ſeipſum:
qꝛ qḋ generat iam eſt: ⁊ qḋ generatur nõ eſt. Ex quo
patet ꝙ aliud eſt quod acquirit eſſe per alimentũ ⁊ ali
ud per generationem. ¶ Circa predicta dubitat̃ pri/
mo vtrum corpus animatum nutriat̃: ⁊ videtur ꝙ ñ
nam ignis dicitur nutriri ex aqua inquantum videli/
cet liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum ſed
conſtat ꝙ ignis eſt corpus animatũ: ergo nõ ſolũ cor/
pus animatum nutritur. In oppoſitũ ẽ phs hic in lit
tera. ¶ Dicendum ꝙ aliquid poteſt nutriri dupliciter
Uno modo proprie ſic ſolum corpora animata augẽ
tur ⁊ nutriuntur: quia dum corpus animatum auget̃
⁊ nutritur: quelibet eius pars augetur ⁊ nutrit̃. Alio
modo aliquid dicitur nutriri ſm quãdam ſimilitudi/
nem: ⁊ iſto modo corpora inanimata poſſunt dici nu/
triri. ¶ Ad rationem dubii dicendum ꝙ licet ignis di
catur nutriri improprie: nõ tamen dicitur nutriri pro
prie. quia illud dicitur nutriri proprie: quod in ſeipſo
aliquid recipit ad ſuiipſius conſeruationem: quod nõ
accidit in igne licet videatur accidere. qꝛ vt hic dicit do
ctor ſanctus ⁊ dum in materia accenſa additur mate/
ria combuſtibilis. nouus ignis generatur: non autem
ꝙ illud combuſtibile additum cedat in conſeruationẽ
ignis precedentis in alia materia prius accenſa: puta ſi
aliquod lignum de nouo ignitur per hanc ignitionem
non conſeruatur ignitio alterius ligni prius igniti: to/
tus enim ignis qui eſt ex aggregatione multorum igni
torum: non eſt vnus ſimpliciter: ſed videtur vnus ag
gregatione: ſicut aceruus lapidum eſt vnus: ⁊ ꝓpter
talem vnitatem: eſt ibi quedam ſimilitudo nutritiõis.
¶ Dubitatur ſecundo vtrum alimentum ſit inſtru/
mentum nutritionis: ⁊ videtur ꝙ non. Nam calor na
turalis eſt inſtrumẽtum nutritionis: ergo non alimen
formare voceꝫ: ergo ⁊c. Qđ aūt vox ſit reuerberatio
aeris reſpirati ab aīa ad arteriam vocalem patet. Nā
ſicut in ſono ita in voce reperit̄ corpus percuſſum: ſꝫ
vocalis arteria videtur corpus percuſſum in genera/
tione vocis: ergo ⁊c. Ex hac concluſione infert̄ ꝙ in/
animata non poſſunt formare vocem. Infertur ſecū
do ꝙ animalia non reſpirantia nō pñt formare voceꝫ
⁊ per conſequens piſces non poſſunt formare vocem
Infertur tertio ꝙ animalia carentia ſanguine nō poſ/
ſunt etiam formare vocem. ¶ Conſyderandum ē ſm
phyloſophum in littera. primo ꝙ aer reſpiratus ē me
dium vocis: cuius reſpirationis organum eſt vocalis
arteria: que eſt quedam vena procedens a pulmone
ad guttur. ¶ Contra predictam concluſionem ſic ar/
guitur breuiter. ¶ Reuerberatio eſt quidam motus:
ſed vox non eſt motus: ergo vox non eſt reuerbera/
tio aeris. ¶ Preterea ſi vox eēt reuerberatio aeriſ ab
aīa. ſequeret̄ ꝙ inſtrumēta muſicalia nō formarēt vo
cem: ꝯñs eſt falſū: ⁊ cōtra cōem modū loquēdi: ergo
⁊c. ¶ Preterea reſpiratio ē naturalis aīalium: ergo ſi
vox eſſet reuerberatio aeris reſpirati: ſequeret̄ ꝙ que
libet vox eēt naturalis ſignificatiua naturaliter. ¶ Ad
primū dicendū ꝙ dū dicit̄ vox ē reuerberatio aeris
eſt p̄dicatio cauſalis ⁊ non eēntialis. ¶ Ad ſecundū di/
cendū ꝙ inſtrumēta muſicalia ⁊ alia inaīata dicunt̄ for
mare vocē ſil'itudinarie: tū primo ꝑ ꝑ cōtinuitatē ſoni:
tū ſcđo ꝓpter cōſonantiam: tū tertio ꝓpter interēptio
nē: nō tñ dicunt̄ formare vocē ꝓprie. ¶ Ad tertiū di/
cendū ꝙ lꝫ formare vocē in cōi ſit nāle aīali cōditioni
bus predictis reſeruatis: tñ formare hāc vel illā voceꝫ
ñ ē nāle aīali: vñ nō oꝫ ꝙ q̄libet vox ſit nālis aīali.

¶ Sequitur in textu. (De odore aūt ⁊ olfatu minus
bñ determinabile ⁊c.) ¶ Hec eſt lectio decimanona
eiuſdem libri: ⁊ in commēto ſancti Thome.

Stud ē. iꝫ. ca. huiꝰ tractatꝰ ī quo pħs determi
nās de obō olfatꝰ. ſ. đ odore pōit duas ꝯcluſi/
ones: q̄ꝝ p̄ma ē ꝙ nos hēmꝰ peiorē olfatū cete
ris aīalibꝰ. h ꝯcluſio ꝓbat̄ tali rōe pħi. nā īſtrumētum
ſenſus dꝫ eē ꝓportionatū ſenſibili ſuo ſꝫ ſenſibile olfatꝰ
ſ. odor cauſat̄ ex calido ⁊ ſicco: ergo īſtrumētū ſiue or
ganū olfatꝰ dꝫ eē cōpoſitū ex talibꝰ. ſ. ex calido ⁊ ſicco: ſꝫ
cerebꝝ noſtꝝ ī quo ꝯſiſtit īſtrumētū olfatꝰ paꝝ hꝫ đ ca
lido ⁊ ſicco: ⁊ ſupabūdat ī hūido ⁊ frigido: cū īter ceťa
aīalia hēamꝰ maiꝰ cerebꝝ: ergo īter ceťa aīalia ꝑ maiori
pte hēmꝰ peiorē olfatū. Ex quo īfert̄ ſꝫ pħꝫ ꝙ difficile
ē determinare de odorabili ⁊ ſpēbꝰ eiꝰ. Et arguit̄ hō ē

perfectiſſimum animalium: ergo habet perfectiſſimas operationes: ⁊ per cõſequens perfectiſſima inſtrumẽta. ¶ Dicendum ꝙ licet homo abſolute ⁊ ſimpliciter loquendo ſit perfectiſſimum animalium: non tamen ẽ inconueniens ꝙ aliquod animal ſit perfectius homine quantum ad aliquid ſicut quantum ad fortitudinẽ leo precellit ⁊ linx quantum ad viſum ſic de aliis. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ ſpecies ⁊ differentie odoris nobis ignote ſunt: ſed fiunt nobis note per comparationem ad differentias ſaporis. Hec cõcluſio ꝓbatur tali ratione: Quecunq; aliqua duo habent proportionẽ ad inuicem: ⁊ vnum eſt notius altero: illud quod eſt minus notum habet cognoſci ⁊ notificari per illud qđ ẽ notius. Sed ſpecies odoris ⁊ ſaporis ꝓportionem habent adinuicem: (cum olfatus ꝓportionez habeat ad guſtum) ⁊ ſpecies ſaporis ſint nobis magis manifeſte ergo relinquitur ꝙ ſpecies odoris nobis innoteſcant per ſpecies ſaporis. Quod autem ſpecies ſaporis ſint nobis magis manifeſte: patet quia nos habemus guſtuz certiorem ceteris animalibus: q: guſtus eſt quidã tactus tactum autem habemus ceteris animalibus perfectiorem: ergo ſpecies odoris ſumuntur a ſpeciebus ſaporis: Ex quo ſequitur ꝙ homo eſt prudentiſſimũ aĩal: quia ex ſenſu tactus accipimus ꝙ aliqui ſint ingenioſi vel non ingenioſi: nõ autem ſm̄ alium ſenſum: vnde illi qui ſunt duri carne: carent ingenio bono ⁊ ſunt inepti ad ſcientias. Illi vero qui ſunt molles carne: ingenioſi ſunt ⁊ apti mente ad ſciẽtias ⁊ ad virtutes. Quod aũt illi qui habent bonum tactum habeãt per ſe bonitatem mentis: patet dupliciter: tuz primo: quia tactus ẽ fundamentum alioꝝ ſenſuum: tum ſecundo q: bonitas tactus ſequitur bonitatem complexionis. ¶ Et ſi arguitur ſenſus viſus ſpiritualior eſt ⁊ plures rerum differẽtias demonſtrat vt patuit in ꝓhemio huius: ergo ſenſus viſus magis denotat bonitatẽ mentis ⁊ ingenium ꝗ̃ ſenſus tactus. ¶ Preterea ſi homo haberet certiſſimum tactum inter cetera animalia: ſequeretur ꝙ ſpecies odoris deberent ſumi a qualitatibus tangibilibus ⁊ non a ſpeciebus ſaporis: conſequens eſt contra phm̄ hic: ergo ⁊c. ¶ Preterea vulgo dicitur ꝙ aranea precellit hominẽ tactu: vt patet per quendam metriſtam q ſic ait: (Vultur odoratu: linx viſu: ſimia guſtu. Nos aper auditu: precellit aranea tactu: ergo ſequitur ꝙ homo ceteris animalibus nõ habeat certiſſimũ tactum. ¶ Ad primum dicẽdum ꝙ viſus per accidẽs põt concurrere ad bonitatẽ ⁊ nobilitatem mẽtis per ſe tamen ſenſus tactus valet ad ꝓbationẽ nobilitatis ipſius mentis. ¶ Ad ſecundum dicendũ ꝙ ſapor ⁊ odor cauſantur per commixtionẽ aliquarum primaruz qualitatum ſenſibilium. Qualitates vero tangibiles ſunt ſimplices: ⁊ non commixte vt hic dicit doc. ſan. iõ ſpecies odoris magis ſumuntur a ſpeciebus ſaporis ꝗ̃ a qualitatibus tangibilibus. ¶ Ad tertium dicẽdum negando aſſumptum: quia predicta metra de directo repugnant dictis phi ⁊ veritati. ¶ Pro maiori declaratione conſyderandum eſt ſm̄ phm̄ in littera ꝙ ſpecies odoris ſiue differentie ſunt dulce ⁊ amarum que quidem in vno ⁊ eodem aliquando conueniunt cum differentiis ſaporis: ⁊ aliquando differunt. Nam aliquãdo contingit ꝙ vbi eſt odor dulcis: ibi eſt ſapor dulcis ⁊ vbi eſt odor amarus: ibi eſt ſapor amarus. Aliquãdo vero contingit ꝙ vbi eſt odor dulcis: ibi eſt ſapor amarus: ⁊ vbi eſt ſapor dulcis ibi eſt odor amarus. Cuius ratio eſt quia odor conſiſtit in calido ⁊ ſicco tẽperato: ſapor vero conſiſtit in humido aqueo debite digeſto. vbi ergo illa duo ſimul reperiuntur: ibi reperitur odor eiuſdem qualitatis cum ſapore: ſi vero reperiatur vnum ⁊ non reliquum: ibi erit differentia in qualitate vtriuſq;. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum odor ſit proprium obiectum olfactus ⁊ arguitur ꝙ nõ quia illud eſt proprium obiectum quod eſt adequatũ alicui potentie: ſed odor non eſt obiectum adequatum olfatui: ergo ⁊c. Probatio maioris quia non odorabilia poſſunt percipi ab olfactu: vt concedit hic phyloſophus. ¶ Preterea odor eſt perceptibilis a guſtu: ergo non eſt proprium obiectum olfactus. ¶ Ad dubiũ dicendum ꝙ odor eſt proprium ⁊ adequatum obiectum olfactus: quod probatur illa ratione qua probatum eſt ſuperius de colore reſpectu viſus: ⁊ de ſono reſpectu auditus. ¶ Ad primam rationem dubii dicendum ꝙ non odorabilia percipiuntur ab olfactu non ꝑ ſe ſed ꝑ accñs. ⁊ ſilr̄ dicendũ ẽ ad ſecundũ.

¶ Sequitur in textu. (Eſt autem ⁊ olfactus per medium vt aerem ⁊ aquam ⁊c.) Hec eſt lectio vigeſima eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

Stud eſt decimumquartum capituluz huius tractatus: in quo phyloſobus determinans de immutatione olfatus ab odore ponit tres concluſiones. ¶ Quarum prima ẽ ꝙ aer ⁊ aqua ſunt medium odoris: qñs patet per ſenſum. Nam vultures per magnum ſpacium veniunt ad cadauera mortuorum: quod non facerent niſi ſpecies odoris diffunderentur per aerem: ⁊ aqualica vt piſces odores ſentiunt vt patet ad ſenſum. ¶ Secunda concluſio eſt. Idem ſenſus olfactus ſm̄ ſpeciem eſt in omnibus animalibus tam rationalibus ꝗ̃ irrationalibus. hec concluſio probatur duabus rationibus phi: quarum prima eſt. Nam ſenſus diſtinguuntur penes ſenſibilia: ſed olfatus in omnibus animalibus ordinantur ad idem ſenſibile: videlicet ad odorem: ergo ⁊c. ¶ Preterea ille ſenſus eſt vnus: cuius ſunt eadez corruptiua: ſed tam olfatus hominis ꝗ̃ aliorum animalium corrumpuntur ꝓpter excellentia odoris: ergo idẽ vt ſupra. ¶ Contra hanc concluſionem arguitur tali ratione phi. ¶ Aliqua ſunt animalia que odorant reſpirando aliqua vero odorant non reſpirando: ergo videtur ꝙ non eſt idem olfatus in omnibus animalibus ¶ Dicendum ꝙ eſt idem olfatus ſm̄ eſſentiam ſed ẽ diuerſus modus odorandi qui peruenit ex diuerſa diſpoſitione organi. Nam organum olfatus in homine differt ab organis aliorum animalium. nam organuz odoratus in homine eſt cum cooperculo in aliis vero animalibus non reſpirantibus eſt ſine cooperculo. ¶ Ex quo infert phyloſophus ꝙ reſpirantia nõ odorant in aquis. ¶ Tertia concluſio eſt: oportet organuz olfatus eſſe in potentia ad odorem ⁊ ſiccitatem. Cuius ratio eſt quia ſicut ſe habet organum viſus ad colorez ⁊ lumen: ita ſe habet organum olfatus ad odorẽ ⁊ ſiccitatem: cum odor fundetur in ſicco ſicut ſapor in humido: ſed organum viſus eſt in potentia ad colorez ⁊ lumen: ergo organum olfatus debet eſſe in potẽtia ad odorem ⁊ ſiccum. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum odor tranſfundat ſuas ſpecies in aere realiter vel intẽtionaliter. Et videtur ꝙ realiter. Nam poma odorez emittentia deſiccantur: quod non fieret: niſi eſſet realis euaporatio: ergo odor realiter tranſfunditur in medio ¶ Preterea in omni euaporatione eſt fumalis euaporatio: ſed talis habet eſſe reale in medio: ergo idem vt ſupra. ¶ Preterea beſtie ſilueſtres dum volunt quieſcere in aliquo loco faciunt magnum ſaltum ne canes ipſas percipiant per odorem: ſed hoc non eſſet niſi odor realiter eſſet in medio: ergo ⁊c. ¶ Dicendum ꝙ odor tranſfunditur realiter in medio quantum ad aliquam partem: non tamen quãtum ad totum mediuz prima pars illius patet per argumenta iam facta. Secunda pars probatur: quia fertur ꝙ volucres ꝑ quin

q̄ginta miliaria ⁊ amplius ad cadauera mortuorum veniunt propter odorem: ſed impoſſibile eſt ꝙ talis odor per tantum ſpacium poſſit diffundi realiter: cuꝫ vniuſcuiuſqꝫ rei ſit determinatus terminus rarefactionis vel euaporationis. ¶ Ad argumenta omnia dubii patet ſolutio ex dictis.

¶ Sequitur in textu. (Guſtabile autem ⁊c. Hec eſt lectio viceſimaprima eiuſdem libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

Stud eſt decimumquintum capitulū preſentis tractatus in quo phs determinans de guſtu ponit quatuor concluſiones. quarum prima eſt ꝙ guſtus percipit ſuū obiectum. ſ. ſaporem per medium intraneū. hec concluſio ꝓbatur tali ratione ¶ Nam tactus percipit ſuū obiectum per medium intraneum: ſed guſtus eſt quidaꝫ tactus ⁊ guſtabile eſt quoddam tangibile: ergo ſequitur ꝙ guſtus percipit ſuum obiectum per medium intraneum. ¶ Pro cuius declaratione conſyderandū eſt ſm doctorem ſanctum ꝙ duplex eſt medium ſenſus. Quoddam eſt medium intraneum quod dicitur pars animalis de conſtitutione eius exiſtens: vt puta caro. Aliud eſt medium extraneum: quod. ſ. non eſt pars animalis: vtputa aer vel aqua: guſtus enim ⁊ tactus percipiunt ſua obiecta per medium intraneum. Alii vero ſenſus per medium extraneum: vt ex ſupradictis patet. ¶ Contra predicta ſic primo arguitur. ¶ Si guſtus eſſet quidam tactus ſequeretᷣ ꝙ nō eēnt niſi quatuor ſenſus exteriores: conſequens ē ꝯtra oēꝫ doctrinaꝫ phoꝝ: ergo ⁊c. ¶ Preterea aliquis ī aqua exiſtens percipit ſaporem alicuius corporis diſtantis: ergo videtur ꝙ guſtus non ſemper percipiat ſuum obiectum per medium intraneum. ¶ Ad primum dicendum ꝙ guſtum eſſe tactum poteſt intelligi dupliciter. Uno modo quantum ad eſſentiam ſenſuuꝫ. Alio modo quantum ad modum ſentiendi: guſtus eniꝫ dicitur tactus ſecundo modo non autem primo modo: quod patet tali ratione doctoris ſancti. Nam ita ſe habet guſtus ad tactum: ſicut ſe habet obiectum guſtus ſcꝫ ſapor ad obiectum tactus. ſ. ad quatuor qualitates tangibiles. ſed manifeſtuꝫ eſt ꝙ ſapor nō ē eēntialiter qualitas aliqua de qualitatibus tangibilibus: ergo eſſentialiter guſtus nō eſt quidam tactus. ¶ Ad ſecūdū dicendū ꝙ aliquis exiſtēs in aqua nō ꝑcipit ſaporem corporis diſtantis: vt diſtans eſt ſm qd̄ dicit hic doctor ſanctus: ſed percipit ſaporem corporis diſtantis ſm ꝙ admixtum eſt cum aqua. ¶ Secunda concluſio. guſtabile non poteſt percipi a guſtu ſine humiditate. hec concluſio ꝓbatᷣ tali ratione. ¶ Sicut ſe habet color ad lumen per reſpectum ad viſum: ita ſe habet ſapor ad humidum per reſpectum ad guſtum: ſed color non poteſt percipi a viſu ſine lumine: ergo ſapor n̄ pōt percipi a guſtu ſine humiditate. ¶ Ex quo inferᷣ ꝙ guſtabile debet eſſe vel actu humidū vel aptū natum humiditatē ſuſcipere. ¶ Tertia cōcluſio. guſtus nō ſolum percipit guſtabile: ſed etiam nō guſtabile: h̄ concluſio ꝓbatur tali ratione. ¶ Nam ſicut ſe habet viſus ad viſibile ⁊ non viſibile: ita ſe habet guſtus ad guſtabile ⁊ non guſtabile: ſed manifeſtuꝫ eſt ꝙ viſus non ſolum ꝑcipit viſibile ſed etiam nō viſibile: vtputa tenebras: ergo ⁊c. ¶ Pro cuius declaratione conſyderandum eſt ſm doctorē ſanctum ꝙ aliq̄d diciᷣ guſtabile tripliciter. Uno mō illud diciᷣ guſtabile qd̄ hꝫ bonum guſtum. Secundo modo diciᷣ guſtabile qd̄ habet paruum guſtuꝫ. Tertio modo diciᷣ guſtabile quod hꝫ prauū guſtum. Et ꝑ oppoſitum aliquid dicitur nō guſtabile tripliciter. Uno modo ꝙ nō ē aptū natum aliquo modo immutare guſtum. Alio mō dicitur nō guſtabile quod nō pōt īmutare guſtū ſꝫ praue. Tertio mō diciᷣ nō guſtabile qd̄ nō pōt īmutare guſtū cū magna quantitate lꝫ enim bn̄ poſſet īmutare cū modica. ¶ Conſyderandū eſt ſecundo ꝙ guſtū ꝑcipere non guſtabile pōt intelligi dupl'r. Uno mō per ſe ⁊ poſitiue. Alio mō ꝑ accn̄s ⁊ priuatiue. Prīo mō guſtus nō pōt ꝑcipere nō guſtabile: ſed bn̄ ſcd̄o mō. ¶ Quarta ꝯcluſio īſtrumētum ſiue organū guſtus n̄ eſt humidū actu ſm ſeipſum nec eſt tale ꝙ nō poſſet ſieri humidū. h̄ cōcluſio ꝓbatur tali rōne. ¶ Nā ſicut ſe hꝫ organū viſus ad lumen: ita ſe hꝫ organū guſtus ad humidū: ſed organū viſus nō hꝫ in ſe lumē inquātum hmōi: nec ē ſuſceptiuū coloris: ergo ⁊c. Idē pꝫ a ſigno: ¶ Nam lingua exn̄s ſicca aut valde humida n̄ pōt ſentire: ergo ſignū ē ꝙ organū guſtus qd̄ ē ī ligua nō ē actu humidū. ¶ Circa p̄dicta p̄mo dubitatur de ſpeciebus ſaporis. ¶ Dō ꝙ ſeptē ſpecies ſaporis ſupius enumeranᷣ que ꝯtinentur in his v̄ſibus. Dulcis ⁊ auſterus ſalſus quoqꝫ pinguis amarus: Pōtic⁹ acutus ſpecies ſunt iſte ſaporis. Quaꝝ ſpecieꝝ ſic pōt formari ſufficientia. ¶ Nam tales ſpecies aut rōnem habent extremoꝝ aut rationem medii. Si primuꝫ ſic ſūt dulce ⁊ amaꝝ. Si ſecundū hoc eſt dupliciter. vel hn̄t rōnem medii per participationē vel per equidiſtātiā. ſi ſecundū: ſic eſt acutum. ſi p̄mū ⁊ hoc eſt dupliciter. vel tale mediū mediat inter dulce ⁊ acutum: vel inter amaꝝ ⁊ acutum. ſi primum hoc ē dupliciter: vel magis accedit ad dulce: ſic eſt pingue: vel magis accedit ad acutum: ſic eſt auſterū: ſi ſecundum hoc eſt dupliciter: vel magis etiam accedit ad acutū ſic eſt ſalſū: vel magis accedit ad amaꝝ ſic eſt ponticum: de quibus ī libro de ſenſu ⁊ ſenſato latius diſputatum eſt. ¶ Dubitatur ſcd̄o vtrū ſapor ſit ꝓpriū obiectū guſtus ⁊ videᷣ ꝙ nō. ¶ Nā illud qd̄ ē inferius ad obiectū alicuius potētie: nō pōt eē obiectū alterius potētie: ſꝫ ſapor ē qd̄dā inferius obiecti ipſius tactus cum oē guſtabile ſit tangibile ⁊ nō ecōuerſo: ergo videᷣ ꝙ ſapor nō ſit obiectū ipſius guſtus. ¶ Preterea obiectū ꝑ ſe ⁊ proprium alicuius potētie nō ꝑcipiᷣ ab alia potētia: cū ſēſibile ꝓprium dicaᷣ illud qd̄ ab vno ſenſu aptū natū ē ꝑcipi: ſed ſapor ꝑcipiᷣ a tactu: ergo ⁊c. ¶ Preterea illud qd̄ guſtū immutat eſt obiectū eius: ſed humor ſaliualis īmutat guſtū: ergo ē obiectū eius ⁊ non ſapor. ¶ Dicēdū ꝙ ſapor formaliter ſūptus: videlicet inquantū ſapor ē per ſe ⁊ ꝓprium obiectū ipſius guſt⁹: qd̄ poſſet probari eadem ratione qua probatū eſt ſupra de obiecto viſus. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ ſapor nō cōtinetur ſub quatuor qualitatibus tangibilibus ſicut īferius ſub ſuo ſuꝑiori nec ēt guſtus ꝯtineᷣ ſub tactu: ſicut īferius ſub ſuo ſuꝑiori eēntial'r loquēdo: ſꝫ ſolum q̄ꝫtū ad modū ſentiēdi vt ſupra dictū ē. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dicēdū ꝙ ſapor ꝑ ſe ⁊ formal'r nō ꝑcipiᷣ a tactu: ſꝫ ſolū inquantū cauſaᷣ a q̄litatibus tāgibilibus. ¶ Ad vltimū dicēdū ꝙ humidū ſaliuale īſtrumētaliter ꝯcurrit ad guſtū nō aūt obiectiue: vn̄ rō nō ſequiᷣ ⁊c.

¶ Sequitur in textu. (De eo aūt ⁊c.) Hic incipit lectio viceſimaſecūda eiuſdeꝫ libri: ⁊ in commēto ſancti Thome.

Stud ē. 16. cap. pn̄tis tractat⁹ ī quo phs determinādo de ſenſu tact⁹ ⁊ de tāgibili: ponit duas ꝯcluſiōes ꝑ q̄s ſoluit duas dubitatiōes: q̄rum p̄ma ē. Sēſus tact⁹ non eſt vn⁹ formal'r ſꝫ plures. h̄ ꝯcluſio ꝓbaᷣ tali rōe phi. nā vn⁹ ſenſus ē vni⁹ ꝯtrarietatis ꝑ ſe ⁊ p̄mo: ſꝫ ſenſus tactus nō ē tm̄ vnius ꝯtrarietatis ꝑ ſe p̄mo cū obiectuꝫ eius ſint q̄tuor q̄litates tāgibiles. ſ. calidū frigidū humidū ⁊ ſiccū: ergo ſequiᷣ ꝙ tactus nō ē vnus ſenſus

formaliter. ¶ Cōtra hanc ꝯcluſionem ſic arguit᷑. Auditus nō eſt ſolum vnius ꝯtrarietatis: nam ē grauis ⁊ acuti magnitudinis ⁊ paruitatis lenitatis ⁊ aſperitatis ⁊c. que ſūt diuerſa cōtraria: ⁊ tñ auditus eſt vnus ſenſus: lꝫ ſit diuerſaꝝ cōtrarietatum. ¶ Preterea organū tactus eſt vnum qḋ dicit᷑ eē quidā neruus per totum corpus ꝑ modū cuiuſdam rethis ꝯſiſtens in media ꝓportione qualitatum tāgibiliū: ergo tactus eſt vnus ſenſus cum diuerſoꝝ ſenſibiliū ſint diuerſa organa. ¶ Preterea guſtus eſt quidā tactus: vt ſupra ꝯceſſum ē: ergo ſi tactus nō eſſet vnus ſenſus formaliter: ſequeret᷑ ꝙ guſtus nō eſſet vnus ſenſus formaliter: ꝯñs eſt falſum: cū guſtus habeat vnū obiectuꝫ .ſ. ſaporē. ¶ Preterea ſi tactus nō eēt vnus ſenſus formaliter: ſequeret᷑ ꝙ non tm̄ eſſent qnqꝫ ſenſus exteriores: ꝯñs eſt falſū ⁊ ꝯtra oēm regulā pħoꝝ: ergo ⁊c. ¶ Preterea accñs multiplicat᷑ ad multiplicationem ſuoꝝ obiectoꝝ: ſed ſubiectū tactus eſt vnū formaliter: ergo idem vt ſupra. ¶ Ad primū rñdet hic pħs negādo ꝯñiam: q: diuerſe cōtrarietates ſoni hñt aliqḋ cōe ſbm videlicet ſonū ſub cuius rōne formali hñt immutare ſenſū auditus: ſꝫ quatuor qualitates tāgibiles non hñt aliquod cōe ſbm: vnde rō non eſt ſimilis. Idē argumētū ſoluit doctor ſanctus alia ſolutiōe. Nā plures cōtrarietates eē alicuius ſbi cōis ſiue generis pōt intelligi dupliciter. Vno mō ꝙ ſint plures cōtrarietates ꝑ ſe ⁊ pͥmo ſic ipſius coloris aut ſoni nō ſunt plēs ꝯtrarietates. Alio mō ꝙ ſint plures ꝯtrarietates ſecūdario ⁊ ꝑ accñs: vna tñ pͥmo ⁊ per ſe ⁊ iſto mō ipſius ſoni ſimiliter ⁊ coloris pñt eē plures ꝯtrarietates. Qm̄ aūt dicit᷑ ꝙ vnus ſenſus eſt vnius cōtrarietatis tm̄: intelligit᷑ ꝑ ſe pͥmo mō īter quatuor q̄litates tāgibiles ſunt diuerſe ꝯtrarietates ꝑ ſe ⁊ pͥmo reſpectu tactus: iō tactus nō pōt eē vnus ſenſus formal'r. ¶ Sꝫ cōtra primā ſolutionē ſic arguit᷑. ¶ Omnium corpoꝝ eſt vnū ſbꝫ cōe vꝫ corpus: ſꝫ quatuor qualitates tāgibiles ſunt accidētia corporalia: ergo hñt vnū ſbm cōe. ¶ Ad h̄ rñdet doc. ſan. in littera ꝙ qualitatū tangibilium eē vnū ſbm cōe: pōt intelligi dupliciter. Vno mō accipiendo ſbm ꝓ genere qḋ ſe hꝫ ad differētias diuidētes: ſicut potētia ad actū: ⁊ illo mō nō hñt illum ſbm cōe. Alio modo accipiendo ſbm ꝓ ſba: que eſt ſbm accñtium: ⁊ iſto mō dicte qualitates hñt aliquod cōe ſbm. ¶ Contra hāc ſolutionē ſic arguit᷑. ¶ Cōtraria oīa ponuntur ſub aliquo genere vt pꝫ in p̄dicamētis ⁊ decimo metaphiſice: ergo qualitates tāgibiles que cōtrariant᷑ ad īuicem ꝯtinent᷑ ſub aliquo genere: ⁊ ſic hñt aliqḋ cōe ſbm accipiēdo ſbm ꝓ genere. ¶ Dicēdū ꝙ lꝫ p̄dicte q̄litates hēant aliquod genus remotū nō tñ hñt vnuꝫ genus ꝓpinquū. Vel dicendū ⁊ forſitā melius ꝙ licꝫ dicte q̄litates ꝯtineant᷑ ſub aliquo genere logico nō tñ ꝯtinent᷑ ſub genere ſbo cū nō ꝯueniant in aliqua rōne formali immutationis. ¶ Ad ſcðm dicendū ꝙ organuꝫ tactus ē vnū mālīter ⁊ tñ plura formal'r. Cuius ratio eſt q: organū tactus cōſiſtit in media ꝓportiōe qualitatū tāgibiliū vt dictū eſt in obiciendo: ſed diuerſarū ꝯtrarietatū ſunt diuerſe medie ꝓportiones cū igitur inter qualitates tāgibiles ſint diuerſe ꝯtrarietates relinquitur ꝙ in organo tactus ſint diuerſe medie ꝓportiones ⁊ ꝑ ꝯñs illo mō organū nō eſt vnum formaliter. ¶ Ad tertiū dicendū negādo ſequelā q: guſtus habꝫ cōe obiectū formaliter: qḋ nō cōtingit in tactu: iō rō nō ſequit᷑: p̄ſertim cū guſtus nō ſit tactus eēntial'r vt ſupra declaratum ē. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ lꝫ ſint tm̄ quinqꝫ ſenſus exteriores in genere pñt tñ eē plēs ī ſpecie. ¶ Ad vltimū dicendū ꝙ accñа materialia multiplicant᷑ ad multiplicationē ſboꝝ: non aūt ſpecifice: vñ tactus eſt bene vnus ſenſus materialiter ⁊ ſubiectiue ē tñ plures formaliter ⁊ obiectiue. ¶ Secunda ꝯcluſio caro nō eſt organum tactus. Hec cōcluſio ꝓbat᷑ dupliciter: primo ſicut ſe habet aer ad viſum: ita ſe habꝫ caro ad tactum: ſed aer nō eſt organum viſus: ergo caro nō eſt organū tactus. ¶ Preterea ī lingua ſūt duo ſenſus vtputa guſtus ⁊ tactus: ad quorum ſenſus actionē concurrit caro: ergo ſignū eſt ꝙ caro nō eſt organū tactus: q: pari ratione cēt organum guſtus: ſic guſtus ⁊ tactus non eēnt plures ſenſus cum diuerſoruꝫ ſenſuum ſint diuerſa organa. ¶ Et ſi dicatur ſtatiꝫ ad tactum carnis ſentimus tāgibilia: ergo videtur ꝙ caro eſt organū tactus. ¶ Ad h̄ rñdet pħs negando cōſequentiā: cuius ratio eſt quia ſi aliqua pellicula extēderetur ſupra carnē ſtatim ad tactū illius pelicule ſentiretur tangibile: ⁊ tamen propter hoc non eſſet dicenduꝫ ꝙ talis pelicula eſſet organum tactus: vnde licet ad tactū carnis immediate ſentiatur tangibile: non ſequit᷑ ꝙ caro ſit organum tactus.

¶ Sequitur in textu. (Dubitabit aūt ſi omne corpus profundum habet ⁊c.)

¶ Hec eſt lectio viceſimatertia huius tertii libri: ⁊ in cōmento ſancti Thome.

Stud eſt decimum ſeptimum capitulum huius ſecundi tractatus in quo phyloſophus determinando de medio extraneo ipſius tactus ponit tres ꝯcluſiones. Quarum prima eſt. Inter tangens ⁊ tactum cadit mediū extraneū: hec cōcluſio ꝓbatur tali ratione. ¶ Nam illud tangēs aut eſt in aqua aut in aere: quodcunqꝫ dicatur ſemper inter tangens ⁊ tactū mediat humiditas aut aerea aut aquea que cum ſit qualitas nō poteſt eē niſi in corpore ſubiecto: ergo inter tangens ⁊ tactū cadit mediū extraneū vꝫ aut aer aut aqua: verumtamē ꝙ aer mediet ē nobis magis īmanifeſtuꝫ ⁊ latens q̄ꝫ aqua. Tum primo quia continue ſumus in aere ideo aer eſt minime perceptibilis a nobis. Tum ſecundo. quia aer eſt ſpiritualior q̄ꝫ aqua. ¶ Contra predictaꝫ concluſionem ſic arguitur. Si inter tangens ⁊ tactum caderet medium: ſequeretur ꝙ in tangibilibus eſſet ꝓcedere ī infinituꝫ: conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens: patet ſequela: quia illud medium taugeret tactum. Si ergo inter tangens ⁊ tactum caderet medium. ⁊ ſic eſſet procedere in infinitum. ¶ Preterea ſi aqua ponatur ſuper organum tactus immediate percipitur a tactu vt ad ſenſum: patet ergo inter tangens ⁊ tactum non cadit medium. ¶ Preterea ſi inter tangens ⁊ tactum eſſet aliquod medium maxime eēt aer vel aqua vt hic innuit phyloſophus: ſed aer vel aqua non poſſunt eſſe medium tactus: quod ſic patet quia medium alicuius ſenſus non habet actu formaliter rationem ſui obiecti: ſicut dyaphanum non habet actu colorem aut lumen: ſed aer ⁊ aqua habent actu aliquas qualitates tangibiles que ſunt formaliter obiectum tactus: ergo ⁊c. ¶ Preterea medium tactus eſt caro vt in precedenti capitulo declaratum eſt. ſed caro non eſt aer aut aqua: ſed mixtum ex his: ergo aer ⁊ aqua non ſunt medium tactus ⁊ cetera.
¶ Ad primum dicendum quod inter tangens ⁊ tactum cadere medium extraneum poteſt intelligi dupliciter. Vel loquendo de corporibus tangibilibus ſiccis vel humidis. Si loquamur de tangibilibus humidis: ſic inter tangens ⁊ tactum non cadit medium extraneum vt voluit argumentum.

Si vͦo loq̄mur de tangibilibus ſiccis: ſic inter tāgēs ⁊
tactū cadit mediū extraneū vt voluit ↄcluſio: ⁊ p̱ hoc
p₃ ſolutio ad ſcd̄m. ¶ Ad tertiū rn̄det auerois: dicēs
ꝙ corpora noſtra nō pn̄t pati ab elemētis niſi rōe ali/
cuius admixtiōis cū elemēta hn̄ant ſe vt locātia ⁊ cor
pora noſtra vt locata: nec elemēta pn̄t alterari adinui/
cē: niſi rōne alicuius q̄litatis admixte: ad quā quidem
admixtionē aqua ⁊ aer ſunt in potētia. Sed hec rn̄ſio
ſtare nō pōt vt dicit hic doctor ſan. tū primo q: corp̱a
noſtra ſe hn̄t ad elemēta in rōne locantis: ſicut, vnū ele
mentū patiẜ ab alio: l₃ vnū elementū ſit locās reſpe/
ctu alterius: ergo corpora noſtra pn̄t pati ab elemētis
dato ꝙ elemēta ſint locātia: tū ſecūdo q: elemēta q̄₃tū
ad aliquā eoꝝ partē ſunt corruptibilia: ſ₃ corruptio nō
ſit ſine alteratiōe: ergo elemēta pn̄t adinuice₃ alterari.
¶ Dicēdū ergo ē p̄mo ꝙ elemēta dupliciter pn̄t cōſy
derari. Uno mō q̄₃tū ad q̄litates actiuas ⁊ paſſiōes:
⁊ iſto mō corp̱a noſtra pn̄t pati ab elemētis: ⁊ ipſa ele
mēta pn̄t inuicē alterari: nec vt ſic elemēta hn̄t rōnem
locātis. Alio mō pn̄t ↄſyderari ſm̄ ſuas formas ſb̄a/
les quas cōſequūẜ ex actiōe corp̱is celeſtis: ſic hn̄t ra
tionē locātis: vn̄ corpora noſtra ab eis nō pn̄t pati ſm̄
ꝙ hm̄ōi vn̄ corpus locās ē magis cōſeruatiuu₃ locati
q̄₃ deſtructiuū. ¶ Dicendū ſcd̄o ꝙ l₃ aer ⁊ aqua ha/
beāt q̄litates tāgibiles ⁊ in actu cōpleto ſi ſm̄ eoꝝ ſub
ſtātiā cōſyderenẜ. Si tn̄ cōſyderenẜ vt mediū tactus
ſic nō hn̄t illas qualitates tāgibiles in actu cōpleto: ſ₃
eas hēant in actu incōpleto qui cōparatus ad actū cō/
pletū h₃ rōnem potentie. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ ca
ro diciẜ eſſe mediū intraneū ⁊ generale ipſius tactus:
aer vero ⁊ aqua dicuntur mediū extraneū ⁊ nō gene
rale ⁊ l₃ etiā alii ſenſus. ſ. viſus ⁊ auditus hēant medi
um extraneū ſicut ſenſus tactus: tn̄ diuerſimode ſēſus
tactus imutaẜ a tali medio q̄₃ alii ſenſus. Nā illō me/
dium ſimul ⁊ ſemel imutaẜ a q̄litatibus tāgibilibus ⁊
imutat tactū: vt dū aliquis aliū percutit p̱ clipeū ſil'⁊
ſemel imutat clipeū ⁊ organū tactus: ſic nō eſt in aliis
ſenſibilibus. nam dyaphanum qd̄ eſt medium viſus
imutaẜ a lumine ⁊ ipſū immutatū imutat organū vi
ſus. ¶ Et ſi dicaẜ imutatio viſus ⁊ dyaphani ſit in in
ſtanti: ergo ſimul ⁊ ſemel dyaphanū imutaẜ a lumīe
⁊ viſus a dyaphano: ⁊ p̱ ↄn̄s nō eſt differētia inter i/
mutationē viſus ⁊ tactus a ſuis imutatiōibus mediis
¶ Dicendū ꝙ ly ſimul pōt dicere ordinē tp̱is tm̄ or/
dinē ⁊ tp̱is cauſalitatē ſimẜ. Si dicat ordinē tp̱is tm̄: ſic
medium viſus ſimul imutaẜ a lumine ⁊ viſus a me/
dio. Si vͦo dicat ordinē tēporis ⁊ cauſalitatē ſimul: ſic
ſenſus viſus ⁊ dyaphanū quod eſt medium eius nō
ſimul imutatur. Iſto aūt vltimo modo tactus ⁊ me/
dium eius ſimul immutātur. ¶ Ex predictis maxīe i
ferẜ ſm̄ pħm ꝙ caro nō pōt eſſe organum tactus q:
ſenſibile poſitum ſup̱ra ſenſum nō facit ſenſatione₃: ſ₃
tāgibile immediate ponitur ſupra carnē: ergo ſequiẜ
ꝙ caro non eſt organum tactus. ¶ Scd̄a ↄcluſio or/
ganū tactus nō h₃ in ſe qualitates tangibiles. p̱batio
pħi. Sicut ſe h₃ organū viſus ad lumen ⁊ ad colore₃
ita organū tactus ad qualitates tangibiles: ſed organū
viſus nō h₃ in ſe actu lumen aut colorē: ergo ⁊c. ¶ Si
dicatur mixtū h₃ in ſe qualitates tāgibiles: ſed organū
tactus ē corpus mixtum cū ſit neruus quidā p̱tēſus p̱
totū corpus: ergo h₃ in ſe qualitates tangibiles. ¶ Di
cendū ꝙ corpus mixtum nō habet in ſe qualitates tā
gibiles i actu cōpleto: ſed ſolū in actu incōpleto: q h₃
rōnem potētie p̱ cōparationē ad actū cōpletū vt dictū
ē ſupra. ¶ Tertia ↄcluſio tactus ē nō ſolū ipſius tāgi/
bilis: ſ₃ ēt n̄ tāgibilis. p̱batio q: viſus nō ſolū ē ipſius
viſibilis: ſ₃ ēt inuiſibilis: vt ex ſupradictis p₃: ergo tact⁹
nō ſolū ē tāgibilis: q: de ſenſibilibus idē ē iudiciū. Cō
ſyderandū tn̄ ē ꝙ aliq̄d nō tāgibile pōt cōſyderari du

pliciter ſm̄ pħm. Uno mō q: paꝝ h₃ de qualitate tan
gibili ſicut aer. Alio mō q: h₃ aliquā qualitatē tāgibi/
lē in excellentia nimia: diciẜ autē vtrunq₃ intangibile
priuatiue quaſi male p̱ceptibile ſenſu tactus q: aptum
natū ē priuatiue immutare tactum.

¶ Sequitur in textu. (O₃ aūt vl'r de omni ſenſu ac/
cipere ⁊c.) Hec eſt lectio viceſimaquarta ⁊ vltia eiuſ/
de₃ libri: ⁊ in commēto ſancti Thome.

Stud eſt decimūoctauum ⁊ vltimū capi.
huius ſecundi tractatus de anima in quo
pħs determinando de ſenſu in cōi: ponit
tres concluſiones. Quaꝝ prima eſt. Sen/
ſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. hec cōclu
ſio p̱batur p̱ exemplū pħi. ¶ Nam cera recipit ſigu/
ram anuli ſine mā videlicet ſine metallo aut ſine auro
ergo ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecieꝝ ſine materia. Ex
quo patet ꝙ forme rei ſenſibilis aliter ſunt in re ſenſi/
bili ⁊ aliter ſunt in ſenſu: q: ſunt in re ſenſibili ſ₃ eē mā
le ⁊ in ſenſu ſunt ſm̄ eſſe ſpirituale ſiue intentionale.
¶ Contra hanc concluſionē ſic arguitur. ¶ Propriu₃
eſt intellectus eſſe ſuſceptiuum ſpēꝝ ſine mā: ergo ſen
ſus non eſt ſuſceptiuus ſpecieꝝ ſine materia: preſerti₃
cum ſit materialis potentia. ¶ Preterea ſenſus p̱ ex
cellentiam ſenſibilium corrumpiẜ: vt hic p̱bat pħs: er
go videẜ ꝙ ſēſus ſuſcipiat ſpecies materialiter ⁊ rea/
liter. ¶ Ad primū dicendu₃ ꝙ intellectus eſt ſuſcepti/
uus ſpecieꝝ intelligibilium ſine materia ⁊ ſine cōditio
nibus materialibus: abſtrahit .n. intellectus ab hic ⁊
nunc: vt infra in tertio huius patebit: ſed ſenſus nō eſt
ſuſceptiuus ſpecierum ſine cōditionibus materialib⁹:
licet ſuſcipiat eas ſine materia. Item ſenſus recipit il/
las ſpecies in aliquo organo corporali: intellectus aūt
ſuſcipit ſpēs ſine organo: ideo nō eſt ſimile de ſenſu ⁊
intellectu. ¶ Ad ſcd̄m negaẜ ↄn̄a: q: l₃ excellentia ſen/
ſibilium corrumpat ſenſum qn̄ videlicet corrumpit p̱
portionem inter organū ſenſus ⁊ ſenſibilia. nō tn̄ pp̱ h̄
o₃ ꝙ ſenſibile ſuſcipiaẜ in ſenſu ſm̄ eſſe materiale. Se
cunda cōcluſio organū ſenſus corrumpiẜ p̱pter excel
lentiam ſenſibiliū. hec ↄcluſio p̱batur tali rōe. ¶ Nā
o₃ inter organū ſenſus ⁊ ſenſibile eſſe quandam p̱por
tionē: ergo dum iſta p̱portio corrumpiẜ ipſū organū
corrumpiẜ: ſed p̱pter excellentiā ſenſibilium corrūpiẜ
talis p̱portio: ergo ⁊c. Ex hac rōne inferẜ ꝙ plante n̄
habent ſenſum aliquē: qd̄ ſic p₃: q: nō hn̄t ſenſum ta
ctus: ergo nō hn̄t aliquē ſenſum. Añs p₃: q: ad ſenſu₃
tactus requiriẜ determinata p̱portio: v₃ medietas ſ₃
cōplexionem ad qualitates tāgibiles: ſed plāte nō hn̄t
illā determinatā p̱portionem ſiue complexionē: ergo
⁊c. ¶ Contra predicta ſic arguitur. ¶ Sicut ſe h₃ itel
lectus ad intelligibile ita ſe h₃ ſenſus ad ſenſibile: ſ₃ in/
tellectus nō corrumpiẜ p̱pter excellentiā intelligibiliū
ſed p̱ficitur: ergo videẜ ꝙ ſenſus propter excellentia₃
ſenſibilium non corrumpaẜ. ¶ Preterea p̱pria paſ/
ſio nō corrumpitur per ſuum p̱prium actu₃: ſicut nec
p̱fectibile per ſuā p̱fectionē: ſed ſenſibile eſt p̱pria paſ/
ſio ipſius ſenſus: ergo ⁊c. ¶ Preterea plante patiun
tur a qualitatibus tangibilibus: ergo videtur ꝙ habe
ant tactū: cum ſenſus cōſiſtat in quodam pati: vt ſu/
pra dictum eſt. ¶ Ad primum dicendū ꝙ maior illa ē
vera ſi ly ſicut dicat ſimilitudinem idēptitatis ſiue ade
quationis: nā intellectus ſuſcipit intelligibile ſine orga
no corporali: ſenſus vero ſuſcipit mediāte organo cor
porali: vnde non eſt ſimile. ¶ Ad ſecundum dicendū
ꝙ p̱prium perfectibile non corrumpitur per ſe p̱ pro
priam perfectionem: ſed per accidēs: ſenſus vero cor
rumpitur per excellentiam ſenſibiliū non per ſe videlic₃
ad corruptionem proportionis que requiritur inter

oꝛganum ⁊ ſenſibile. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ plã
te licet patiantur a qualitatibus tangibilibus non pa/
tiuntur tamen ab eis ſicut ſenſus a ſenſibili: ⁊ ideo nõ
opoꝛtet ꝙ habeant ſenſum. ¶ Tertia concluſio: licet
omnia inanimata coꝛꝛuptibilia patiantur a qualitati/
bus tangibilibus ipſius tactus: non tamen omnia pa/
tiuntur a qualitatibus ſenſibilibus alioꝛum ſenſuum:
ſed ſolum aer ⁊ aqua ſed aliqua tantū. Pꝛima pars
concluſionis patet tali ratione. Nam omnia inanima
ta pꝛedicta alterantur cum ſint coꝛꝛuptibilia: ſed non
videntur poſſe alterari niſi a qualitatibus tangibilibꝰ:
ergo patiuntur ab eis: quia alterari eſt quoddam pa/
ti. Secunda pars patet ad ſenſum: nam aer patit̃ ab
odoꝛe cum aliquando patiatur fetoꝛem: ergo aliqua in
animata patiuntur ab aliis ſenſibilibus. Et ſi dicatur
quicquid patitur ab odoꝛe habet olfatum: ergo ⁊c.
ſed aer non habet olfatum: ergo ⁊ cetera.

¶ Dicendum ꝙ quicquid patitur ab odoꝛe per ſen/
ſationem quandam habet olfatum: non autem ſi pa/
tiatur ſimpliciter per modum actionis abſolute. Aer
autem non patitur per ſenſationem: ideo non opoꝛtet
ꝙ habeat olfatum. Item qui voluerit pꝛedicta diffuſi
us perluſtrare videat commentum ſancti Thome in
vltima lectione huius ſecundi: Hec autem ad pꝛeſens
ſufficiant de ſecundo libꝛo de anima ſm̃ diuiſionē di
cti doctoꝛis: ſʒ ſm̃ alios diuerſos: diuerſimode termi
netur ſecundus liber de anima: vt patebit in capitulo
ſequenti.

## Breuis recollecta ſuper tertium libꝛum de anima Ariſtotelis ſecundū magiſtrum Dominicum de flandria oꝛdinis pꝛedicatoꝛum.

¶ Sequitur in textu. (Quod autem non ſint ſenſus
pꝛeter quinqʒ ⁊c. Hec eſt lectio pꝛima huius tertii li
bꝛi: ⁊ in commēto ſancti Thome.

Hic incipit tertius liber de ani/
ma ſecundum doctoꝛem ſan/
ctum vbi phyloſophus incipit
determinare de potentia intel/
lectiua per comparationem ad
ſenſum. Antiqui enim phyloſo
phi ideo poſuerunt differenti/
am inter ſenſum ⁊ intellectum
ideo phyloſophus remouens
iſtam opinionem oſtēdit in pͥn
cipio huius tertii libꝛi intellectum non eē ſenſum. Sʒ
ſm̃ Egidium ⁊ Albertum: tertius liber incipit ibi.
(Quoniam autem duabus differentiis.) Secundū
aūt modernos incipit ibi. (De parte aūt anime.) Di
uiditur autem iſte liber in quatuoꝛ tractatus. In pꝛi/
mo tractatu oſtendit phyloſophus ꝙ pꝛeter quinqʒ
ſenſus particulares oꝫ ponere ſenſum communem.
In ſecundo oſtendit intellectum non eſſe ſenſum ibi.
(Quoniam autem duabus differētiis.) In tertio ve
ro determinat de potentia intellectiua ſecundum ſe ⁊
de ſuis partibus: videlicet de intellectu poſſibili ⁊ de
intellectu agente: ibi. (De parte aūt anime.) In quar
to determinat de potentia motiua: ibi. (Quoniam au
tem anima.) Pꝛimus tractatus cōtinet tria capitula
In pꝛimo capitulo oſtendit ꝙ nō eſt ponendus alius
ſenſus pꝛopꝛius pꝛeter quinqʒ pꝛedictos. In ſecundo
capitulo oſtēdit phyloſophus ꝙ neceſſe eſt ponere ali
quem ſenſum communem pꝛeter quinqʒ ſenſus pꝛo
pꝛios. ex hoc ꝙ ſenſus percipit ſe ſentire: ibi. (Quo/
niam autem ſentimus. In tertio vero capitulo oſten
dit etiam ex hoc ꝙ ſenſus diſcernit inter ſenſibilia pꝛo
pꝛia: ibi. (Unuſquiſqʒ quidē igitur ſenſus ⁊c.) In
pꝛimo capitulo ponuntur due concluſiones. Quarū
pꝛima eſt ꝙ non eſt ponendus alius ſenſus ꝓpꝛius ꝑ
ter quinqʒ ſuperius enumeratos. Hec concluſio ꝓba
tur tali ratione phyloſophi. ¶ Nam animalia perfe/
cta habent omnes ſenſus: ſed non habent niſi quinqʒ
ſenſus exterioꝛes: ergo pꝛeter illos quinqʒ ſenſus non
eſt ponendus alius. pꝛobatio maioꝛis. ¶ Nam quicū
qʒ habet aliquod oꝛganum ſenſus per quod nata ſūt
aliqua ſenſibilia cognoſci: ille poteſt cognoſcere omnia
ſenſibilia que nata ſunt cognoſci per illud oꝛganū vt
patet inductiue per ſingula oꝛgana ſenſus. Sʒ anima
lia perfecta habent omnia oꝛgana ſenſus: ergo cogno
ſcere poſſunt omnia ſenſibilia ⁊ per conſequens ha/
bent omnes ſenſus. Cum igitur non habeant niſi qn/
qʒ ſenſus non erit alius ſenſus reſpectu pꝛopꝛioꝛū ſen
ſibilium pꝛeter quinqʒ. Ex quo patet ꝙ tantum ſunt
quinqʒ ſenſus exterioꝛes ⁊ pꝛopꝛii: videlicet viſus: au
ditus: olfatus: guſtus ⁊ tactus. Quoꝝ ſic poteſt foꝛ/
mari ſufficientia. ¶ Nam ſenſus eſt quedam poten/
tia paſſiua que apta nata eſt immutari a ſenſibili exte/
rioꝛi. Vel ergo immutat̃ ſm̃ immutationē ſpiritualem
tm̃: ſic eſt viſus: vel immutat̃ cū immutatione ſpūali
etiā imutatione naturali: ⁊ hoc dupliciter: vel talis im
mutatio naturalis eſt ſolū ex parte obiecti: vl̓ eſt ex ꝑ
te oꝛgani. Si pꝛimū hoc eſt dupliciter: vel talis imu/
tatio ſit ꝑ motū localē: ſic eſt auditus. nam obiectum
eius. ſ. ſonus tranſfunditur ꝑ motū localē: vel ſit ꝑ al/
terationē: ſic eſt olfatus. nam odoꝛ per quandam trāſ
mutationē tranſfunditur ꝑ medium. Si vero talis i/
mutatio fiat ex parte oꝛgani. h̓ eſt dupliciter: vel tale
oꝛganum eſt diffuſum per totum coꝛpus: ſic eſt tactꝰ:
vel eſt in determinata parte coꝛpoꝛis ſic eſt guſtus.
¶ Ex pꝛedictis poteſt hic clare elici ꝙ viſus ſit pꝛimꝰ
ſenſus cum ſit magis immaterialis q̃ʒ alii ſenſus.
Secundus eſt auditus: tertius eſt olfatus: quartus gu
ſtus. quintus tactus. ¶ Contra pꝛedictā ꝯcluſionē ar/
guit̃ ſic. Sicut ſe hʒ ītellectus ad ītelligibilia ita ſe hʒ ſē
ſus ad ſēſibilia: ſed ad intelligēdū oīa ītelligibilia po/
nit̃ vnus intellectus: ergo ad ſentiendum omnia ſenſi
bilia ſufficit vnus ſenſus: ⁊ ſic non erunt quinqʒ ſēſus
exterioꝛes ſed vnus tm̃. ¶ Preterea ſenſus tactus nō
diuidit̃ ꝯtra guſtū vt ſupꝛa dictū ē. q: guſtus ē ſenſus
ipſius tactus: ergo idē vt ſupꝛa. ¶ Preterea ſēſus ex
terioꝛes ſūt ſuſceptiui accidentiū: ſʒ plura ſunt accn̄ia ī
genere diſtincta q̃ʒ qnqʒ: ergo videt̃ ꝙ ſint pl̓es ſen/
ſus q̃ʒ qnqʒ cū diſtinctio potētiaꝝ ſumat̃ a diſtinctiōe
obiectoꝝ. ¶ Ad pꝛimū dicendū negādo ꝯn̄am ⁊ ſil̓itudi
nē: q: intell̓us eſt potētia ſpūalis: ſenſus vō eſt potētia
oꝛganizata: iō lʒ ponat̃ tm̃ vnus ītellectus ad intelligē
dū oīa intelligibilia: nō tn̄ ꝓpter hoc oꝫ ꝙ ponat̃ ſolū
vnus ſenſus. ¶ Ad ſcd̓m dō ꝙ tactus pōt dupl̓r ꝯſy
derari. Uno mō in cōi: vʒ ꝓ oī potētia q̄ imutat̃ imu
tatione ſpūali. vel imutatione oꝛgani. ⁊ iſto mō guſtꝰ
dicitur ſenſus ipſius tactus. ſic tactus non dicitur pꝛo
pꝛius ſenſus. Alio modo accipitur tactus in ſpeciali ⁊
pꝛopꝛie videlicet pꝛo illa potentia que apta nata ē im
mutari immutatione naturali ex parte oꝛgani: quod
quidem oꝛganum eſt diffuſum per totum coꝛpus. ⁊
iſto modo guſtus non eſt ſenſus tactus. ſed diuiditur
contra ipſum. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſenſus ex/
terioꝛes non ſunt ſuſceptiui per ſe pꝛimo omnium ac
cidentium: ſed ſolū ſunt ſuſceptiui ꝑdictoꝛum quinqʒ
a quoꝛum diffinitione ſumitur diſtinctio ſenſuum.

¶ Scḋa ↄcluſio. Nō ē ponēdus alius ſenſus ꝓprius
ꝑꝑ ſenſibilia cōia. h ↄcluſio ꝓbaṫ tali rōne ṗhi. Quic/
quid cognoſcitur ab vno ſenſu vt ꝓpriū ſēſibile eius:
nō cognoſcitur ab alio ſenſu ꝑ ſe: ſ; ſolū ꝑ accn̄s: ſ; ſen
ſibilia cōia ꝑ ſe cognoſcunṫ nō ſolū ab vno ſenſu ſ; a
pluribus vt ſupra in ſcḋo declaratū eſt: ergo ſenſibilia
cōia nō ſunt ꝓpriū obm̄ alicuius ſenſus: ⁊ ꝑ ↄn̄s nō ē
ponēdus aliqs ſenſus ꝓprius preter qnq; ꝓpter ſen/
ſibilia cōia. ¶ Et ſi queraṫ q̄re ponanṫ plures ſenſus
exteriores in aīalibus ꝑfectis ꝑꝑ ſēſibilia ꝓpria. ¶ Ad
hoc rn̄detur ſm̄ ṗhm ꝙ rō huius eſt vt nos nō late/
ant ea que ↄſequuntur ad ſenſibilia propria: q̄ vz ſunt
cōia diuerſis ſenſibus vt mot⁹ figura magnitudo ⁊c.

¶ Sequitur in textu. (Qm̄ autem ſentimus ꝙ vide/
mus ⁊ audimus ⁊c. ¶ Hec eſt lectio ſcḋa huius ter
tii: ⁊ in cōmento ſancti thome.

Istud ē ſcḋm capitulū huius tractatus in
quo ṗhs volēs ↄcludere preter ſenſus exte
riores vnū cōem ſenſū eē ponendū mouet
tres dubitatiōes. Quaꝝ prima eſt vtrum
viſus percipiat ſe videre: ⁊ arguo ꝙ ſic. ¶ Nā hō ſē
tit ſe videre: vel ergo ſētit ſe videre ſēſu viſus vel alio
ſēſu. Si ṗmum hētur intentū. Si ſecundū: aut ille ali⁹
ſenſus ꝑcipit colorē ⁊ ipſum videre: vel percipit ipſu;
videre: ſed nō colorē. Nō pōt dici ſecūdū q: videre n̄
eſt niſi colorē ꝑcipere. Nō ergo pōt ſe ꝑcipere videre
nō percipiēdo colorē. Neq; ṗmu; pōt dici: q: ſic vni
us obi vz coloris eēnt duo ſenſus diſtincti vt puta vi/
ſus ⁊ ille alius ſenſus. ¶ Preterea ſi alio ſenſu ꝑcipe
ret homo colorē ⁊ alio ſenſu ꝑciperet ipſū videre vel
ille ſenſus qui percipit ipſū videre ꝑcipit ipſū colore;
vel nō. Nō poteſt dici ſecundū q: ſic eſſet ꝓceſſus in
infinitū. Si dicaṫ ṗmum ſequiṫ ꝙ eadē rōne ſtādum
erat in primo vz ꝙ viſus ꝑcipit ſe videre ſicut ille ali
us ſenſus percipit ſe ſentire. ¶ Preterea eiuſdē potē
tie eſt percipere colorē ⁊ viſionē ipſam: vt innuit hic
ṗhs: ſed manifeſtū eſt ꝙ viſus ꝑcipit colorē: ergo vi/
ſus ꝑcipit ſuā viſionē. ¶ In cōtrariū arguit ṗhs. Nā
nihil videṫ niſi color ⁊ habēs colorē: ſed viſio ſiue vi/
dere nō eſt color neq; habēs colorē: ergo viſus nō vi
det ſuū videre. ¶ Ad hāc dubitationem ṗhs adducit
tres ſolutiones ¶ Quarum prima eſt. Actio ipſi⁹ vi
ſus eſt duplex. Quedam eſt ↄſiſtens in mutatione ip/
ſius viſus ab exteriori ſenſibili ⁊ tali actione quicquid
videṫ eſt color vel coloratū nec tali actione viſus ꝑci/
pit ſe videre. Alia ē actio viſus que attribuiṫ viſui ſ;
quā poſt imutationē actualē ipſius organi iudicat de
ipſa immutatione vel ꝑceptione organi a ſenſibili etiā
abſente ſenſibili ⁊ ſic viſus nō videt ſolū colorē vel ſē
tit: ſed ſentit etiā viſionē coloris. Et tali actione: viſus
ꝑcipit ſe videre. ¶ Alia ſolutio ē ꝙ l; videre nō ſit co
lor vel coloratū: tn̄ in ipſo videre eſt ſilitudo coloris i
quantū vidēs eſt quaſi coloratū ex eo ꝙ organū viſus
eſt aptū natū ſuſcipere ſpecies coloris ꝓpter qḋ ipſu;
videre pōt percipi a viſu. ¶ Tertia ſolutio. Idem eſt
actus viſibilis ⁊ actus ipſius viſus: idē dico de ſbo: l;
differāt rōne: ſicut idē eſt actus ſoni videlicet ſonatio ⁊
actus auditus vz auditio: ſed manifeſtū ē ꝙ actio vi/
ſibilis attribuitur viſui: ergo actus ipſius viſus vt pu
ta viſio attribuiṫ ipſi viſui: ⁊ ꝑ ↄn̄s eiuſdē potētie eſt
ꝑcipere viſibile ⁊ ipſam viſionē. Quod aūt actus ſen
ſibilis ⁊ ipſius ſenſus ſint idē ſbo p; tali ratiōe q: actio
⁊ paſſio cum ſint quidā motus ſūt ſubiectiue in patiē
te: ergo actus ipſius ſēſibilis (qui diciṫ quedā actio.)
⁊ actus ipſius ſenſus (qui ↄſiſtit in quodā pati vt ſu/
pra dictum eſt) ſunt ſbiue in viſu: ⁊ illi duo actus ſunt
idem ſbo. Due autem rationes in principio dubii ad

ducte admittunṫ ſm̄ ṗhm. ¶ Sed cōtra ṗmā ſoluti
onem ſic ṗmo arguiṫ. ¶ Nulla potētia materialis pt̄
reflecti ſupra ſeipſam ⁊ ſupra ſuum actum: ſed viſus
eſt potentia materialis ergo viſus nō pōt habere re/
flexionem ſupra ſeipſam ⁊ ſupra ſuum actū ⁊ per ↄn̄s
viſus non poteſt ꝑcipere ſe videre nec pōt percipere
ſeipſum: ꝓbatio maioris: q: vel iſta reflexio fieret ſm̄
partem: ita ꝙ vna pars reflecteretur ſuper aliam: vel
ſm̄ totum poteſt dici primū: q: ſic totū ſituareṫ in mi
nima particula aut in puncto. Nō pōt dici ſecūdū q:
ſic idē non reflectitur ſupra ſeipſum. ¶ Dicendum ꝙ
viſus ⁊ quilibet ſenſus particularis pōt conſyderari
dupliciter. Uno modo proprie prout eſt ſenſus ꝑticu
lariter diſtinctus ↄtra cōem: ⁊ iſto mō viſus nulla acti
one ꝑcipit ſe videre. Alio mō accipiṫ viſus pro ſenſu
cōi: inquantum vz eadem imutatione qua imutaṫ vi
ſus: imutaṫ ſenſus cōis: ⁊ iſto mō viſus ꝑcipit ſuū vi
dere: q: ipſius ſenſus cōis eſt iudicare de ꝓpriis ſenſi
bilibus ſenſuum particulariū. Cui⁹ ratio eſt q: ſicut
ſe habet centrum circuli ad circūferentias ⁊ ad lineas
ꝓcedentes a circumferētia ad centru;. ita ſe h; ſenſus
cōis ad ſenſus particulares ⁊ ad actus eorundē: ſ; nul
la linea poteſt pertingere ad centrum niſi tranſeat per
circūferentiam: ergo nulla ſenſatio poteſt pertingere
ad ſenſationem niſi mediantibus ſenſibus particulari
bus ⁊ per ↄn̄s ſenſus cōis habet particulares ſenſati
ones ſpecieꝝ ſenſuū. Sed cōtra predictā cōcluſione;
ſic arguitur: q: vt habeṫ in ṗmo capitulo nō ē aliene
potentie ſed eiuſdē percipere colorē ⁊ actionē viſus: ſ;
manifeſtū eſt ꝙ ſenſus guſtus eſt alia potentia a viſu:
ergo ſequiṫ ꝙ non ſolum ſenſus guſtus percipiat ip;
videre: ſed etiam ipſe viſus. ¶ Dicendum ꝙ ſenſus
guſtus ⁊ ſenſus particulares ſunt vnus ſenſus ſubie/
ctiue ⁊ materialiter: differunt tamen ratione ſpecifica
ideo non ſequitur: ſed quia due rationes in principio
dubii videntur concludere ꝙ viſus percipiat ſuu; vi
dere ⁊ accipiendo viſum proprie vt diſtinguitur ↄtra
ſenſum communem: ideo ſoluende ſunt. ¶ Unde ad
primum dicendum ꝙ alio ſenſu homo percipit colo
rem ⁊ alio ſenſu: vt puta ſenſu communi percipit ſe
videre: ⁊ iſte ſenſus communis non ſolum percipit vi
dere: ſed etiam percipit ipſum colorem: non ſub pro/
pria ratione coloris inquantum ſenſibilis eſt. non eſt
enim inconueniens ꝙ vnius obiecti materialiter ſum
pti ſint plures potentie ſm̄ diuerſas rationes forma/
les. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ iſte ſenſus qui per
cipit viſionem: percipit ſe ſentire. nec eſt ſimile de vi/
ſu quia ſenſus ille communis eſt qui dicitur commu
nis non communitate cognitionis ⁊ eſt alterius virtu
tis q̄; ſit potentia viſiua. ¶ Ad tertiu; patet ſolutio ex
dictis. ¶ Ex iſtis infertur vna concluſio tacite princi/
paliter tamen intenta in hoc capitulo: videlicet ꝙ pre
ter ſenſus exteriores neceſſe eſt ponere ſenſum com/
munem. Hec concluſio patet tali ratione. ¶ Na; ani
mal percipit actiones ſenſuum exteriorum: ſed non ꝑ
cipit illas actiones per proprios ſenſus exteriores: er
go (vt declaratum eſt) neceſſe eſt ponere vnum aliū
ſenſum communem qui habeat illas actiones perci/
pere ⁊ de eis iudicare. ¶ Secunda dubitatio vtrum
ſenſibile ⁊ ſenſus ſimul generentur ⁊ ſimul corrum/
pantur. ¶ Uidetur ꝙ non. nam ſenſibile non depen/
det in eſſe a ſenſu nec realiter nec formaliter: ergo vi/
detur ꝙ ſenſibile ⁊ ſenſus non ſimul generētur ⁊ cor
rumpantur. ¶ Dicendum ſm̄ phyloſophum ꝙ ſen
ſibile in actu ſm̄ rationem ſenſibilitatis conſyderatu;
⁊ ſenſus in actu ſimul ſunt. Cuius ratio ex precedenti
bus elicitur. nam actus ſenſibilis ⁊ actus ſenſus ſunt
vnus actus ſubiecto: ergo ſenſibile in actu ⁊ ſenſus in
actu ſimul ſunt ⁊ ſimul non ſunt: ſed ſenſibile in poten

tia ⁊ ſenſus in potentia non ſimul generanť ⁊ corrum
puntur. Et per hoc pꝫ ſolutio ad rationem dubii.
¶ Tertia dubitatio: quare eſt ꝙ aliqua ſenſibilia cor
rumpũt ſenſum ⁊ aliqua inferunt delectationem ſēſi/
bus. ¶ Ad hoc dicendũ ſm pħm ꝙ organum ſenſus
ꝯſiſtit in debita ꝓportione qualitatũ ſenſibiliũ: vñ qñ
iſta ſenſibilia ſunt excellentia: tunc corrumpũt illã pro
portionem ⁊ etiam ſenſũ: qñ vero non corrumpũt il/
lã ꝓportionem: inferunt delectationem ſenſui. ¶ Du
bitatur extra litterã circa dictũ pħi: ⁊ doc. ſan. vtrum
actio ſit ſubiectiue in patiente: videtur ꝙ nõ. ¶ Nam
ꝑfectio eſt ſubiectiue in eo cuius eſt perfectio: ſed actio
quecunqꝫ (ſiue immanẽs ſiue tranſiens) eſt perfectio
agentis: ergo actio eſt ſubiectiue in agente. ¶ In ꝯtra
rium arguitur tali rõne doctoris ſancti. Nã actio eſt q
dam motus: ergo ſi actio eſſet ſubiectiue in agente: ſe/
quereť ꝙ omne agens in agendo moucreť: ergo ⁊c.
¶ Dicendũ ꝙ duplex eſt actio: quedam eſt actio im/
manens: ⁊ talis eſt ſubiectiue in agente. Alia eſt actio
tranſiens ⁊ illa poteſt dupliciter cõſyderari. Uno mõ
materialiter videlicet ꝓ eo quod introducitur ab agẽ
te in paſſũ: ⁊ iſto modo actio diciť eſſe ſubiectiue ĩ pa
tiente: qꝛ vꝫ forma que introducitur ab agente ꝑ ſuaꝫ
actionem: ſuſcipitur in patiente. Alio mõ accipiť actio
formaliter ꝓ ipſa ĩtroductiõe actiua forme ⁊ talis actõ
eſt ſbiue in agente ⁊ eſt perfectio eius vt voluit argu
mentum dubii: de quo ad longum tertio phiſicorum
diſputabiť.

¶ Sequitur in textu. (Unuſquiſqꝫ quidem igitur ſẽ
ſus ⁊c. Hec eſt lectio tertia huius tertii libri: ⁊ in com
mẽto ſancti Thome.

Stud eſt tertiũ capitulũ huius tractatus ĩ
quo pħs ꝯcludens ſenſum cõem eſſe po/
nendũ ad diſcernendum inter diuerſa ſen
ſibilia diuerſoꝝ ſenſuũ ponit duas ꝯcluſio
nes. ¶ Quarum prima eſt ꝙ preter qnqꝫ ſenſus exte
riores neceſſe eſt ponere vnũ ſenſũ cõem ad diſcernẽ
dum inter ſenſibilia diuerſoꝝ ſenſuum. Hec ꝯcluſio ꝓ
batur tali rõne. Nã nos percipimus differentiam ⁊
conuenientiã ſenſibilium diuerſorum ſenſuũ inquan/
tum ſenſibilia ſunt: ſed cognoſcere ſenſibilia inquantũ
ſenſibilia ſunt pertinet ad ſenſũ: ergo percipere ad dif
ferentias diuerſoꝝ ſenſibiliũ inquantũ hmõi pertinet
ad ſenſum: non autem ad ſenſum particulareꝫ: ergo
pertinet ad ſenſum communem. Quod autem di/
ſcernere iter ſenſibilia diuerſoꝝ ſenſuum nõ pertineat
ad ſenſum particularẽ exteriorẽ. patet quia vel perti/
net ad vnum ſenſum vel ad diuerſos. non primuꝫ qꝛ
ille ſenſus qui cognoſcit differentiam diuerſoꝝ ſenſuũ
bi͛lis: ſed non quidem ſecundum eſſe in preſenti ſtatu ſed ſm operationem eo modo quo ſupra declaratuꝫ eſt. Secunda conditio eſt que ſequit̃ ex prima ꝙ ſola anima intellectiua in homine eſt perpetua ⁊ incorru/ptibilis: prrpetua dico a parte poſt non a parte ante cum habeat principium. Et ſi dicatur: poſtq̃ꝫ pars in tellectiua eſt ſeparata ab homine: in ea non eſt remini ſcentia: ergo videtur ꝙ non poteſt ſeparari. ¶ Dicen dum ꝙ reminiſcentia non ſolum pertinet ad partem intellectiuam: ſed pertinet ad eam ſolum ſm eſſe qđ habet in corpore ⁊ hoc potiſſime ad eundem modũ. ¶ Contra predictam concluſionem ſic arguitur. pre/ſentia obiecti ſufficit ad immutationem potentie: ergo videtur ꝙ non neceſſario requiratur intellectus agẽs ad intelligendum. ¶ Preterea non eſt ponendus ſen ſus agens: ergo non eſt ponendus intellectus agens: patet conſequentia: quia ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſi bilia: ita ſe habet intellectus ad intelligibilia. ¶ Prete rea intellectus agens ſe habet ſicut lumen vt dicit phy loſophus: ſed lumen nou requiritur ad videndum ni ſi propter medium ſm doctorem ſanctuꝫ: vt ex ſupra dictis patet: ergo ad intelligendum non requiritur in tellectus agens. ¶ Preterea ſi poneretur intellectus agens eius eſſet aliqua operatio: ſed ipſius nõ ponit̃ aliqua operatio: ergo videtur ⁊c. probatio maioris: quia ſi ipſius eſſet operatio maxīe eſſet illuſtrare phã taſmata: ſed intellectus agens non illuminat phanta/ſmata: cum non agat in ea neqꝫ aliquid imprimat in eis: ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendũ ꝙ preſentia obi ecti ſufficit ad immutationeꝫ potentie dummodo idẽ obiectum ſit in actu: obiectum autem intellectus ſecũ dum eſſe quod habet extra animam non eſt actu intel ligibile ſm ſui naturam: ſed fit actu intelligibile ꝑ vir tutem intellectus agentis: vnde ratio non ſequitur. ¶ Ad ſecundum ſimiliter dicendum ꝙ ſenſibile ſm ſui naturam actu poteſt immutare ſenſum: ideo non ponitur ſenſus agens: ſed intelligibile ſm ſui naturaꝫ non poteſt immutare intellectum: ideo neceſſario po nitur intellectus agens. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ i tellectus ſe habet ſicut lumen non omnibus modis ſi militudinis: ſed quantum ad aliquid. Nam ſicut lu/men requiritur ad videndum: ita intellectus agẽs ad intelligendum: ſed diſſimilitudo eſt in hoc quia lumẽ requiritur propter medium ⁊ non propter obiectum ſed intellectus agens requiritur propter obiectum ⁊ non propter medium. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ intellectus agentis triplex eſt operatio. prima eſt illu/ſtrare phantaſmata. Secunda eſt ex phantaſmatibus illuſtratis ſpeciem intelligibilem abſtrahere. Tertia ẽ per ſpecieꝫ intelligibilem abſtractam: intellectum poſ ſibilem determinare qui eſt ſm ſe indeterminatus. ¶ Et dum dicebatur intellectus agens non imprimit aliqđ ĩ phãtaſmatibꝰ ergo nõ illumĩat. dđ ꝙ ñ illumĩat phãtaſmata aliqđ ĩprimendo phantaſmatibus: ſꝫ ma gis abſtrahendo ⁊ confortando intellectum poſſibi/lem ad ſuſceptionem ſpecierum intelligibiliuꝫ. ¶ Cir ca predicta primo dubitatur vtrum intellectus agens ſit habitus: ⁊ arguitur ꝙ non ratione doctoris ſancti. ¶ Nam omnis habitus preſupponit cognitionẽ ter/minorum. ſi ergo intellectus agens eſſet habitus ſeq̃/retur ꝙ non faceret omnia intelligibilia in actu: quod eſt contra ſententiam phyloſophi. In oppoſitum ar guitur per phyloſophum in littera. ¶ Dicenduꝫ bre uiter ꝙ habitus poteſt dupliciter conſyderari. Uno modo proprie vt diſtinguitur contra potentiaꝫ ⁊ iſto modo intellectus agens non dicitur habitus vt volu it argumentum dubii. Alio modo accipitur habitus cõmuniter pro quacunqꝫ forma ſm ꝙ habitus diſti guitur contra priuationem: ⁊ iſto mõ intellectus agẽs dicitur habitus: vnde phyloſophus non dicit ꝙ intel lectus agens ſit habitus ſimpliciter ſed eſt tanq̃ꝫ habi tus. ¶ Secundo dubitatur vtrum intellectus agens ſit ſeparatus ab anima: vel vtrum ſit aliquid ipſiꝰ ani me. ⁊ videtur ꝙ ſit aliquid ipſius anime. ¶ Nam ad intellectum agentem pertinet illuminare: ſꝫ illumina/re pertinet ad altiorem virtutem: videlicet ad primã cauſam: ergo intellectus agens non eſt aliquid ipſius anime. ¶ Preterea intellectus agens vt videtur hic dicere phyloſophus ſemper eſt in actu: ergo ſi intel/lectus agẽs eẽt aliquid ipſius aĩe ſequeretur ꝙ homo ſemper actu intelligeret: coſequẽs eſt falſum: ergo ⁊c. ¶ Preterea prima conditio intellectus agentis eſt ꝙ ſit ſeparabilis: ergo non videt̃ ꝙ ſit aliquid ipſius ani me. ¶ Dicendum ꝙ intellectus agens non eſt ſepara tus ab ipſa anima: ſed eſt aliquid ipſius anime quod patet tali ratione doctoris ſancti in p̃nti lectione. Naꝫ in omni quod eſt conſtitutum a natura ſunt principia ſufficientia ad completionem proprie operationis: ſꝫ intelligere eſt propria operatio hominis: (intelligere dico per phantaſmata. ergo in homine ſunt principia requiſita ad talem intellectionem. ſed homo non po/teſt intelligere niſi per virtutem intellectus agentis: cu ius eſt illuminare phantaſmata ⁊ ab eis ſpeciem intel ligibilem abſtrahere: ergo intellectus agens eſt aliqđ in anima exiſtens. ¶ Preterea ſi intellectus agẽs nõ eſſet in homine exiſtens: ſequeretur ꝙ homo non in/telligeret per intellectum agentẽ cuꝫ nihil operetur ni ſi per aliquid in eo formaliter exiſtens: conſequẽs eſt falſum: ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicẽdum ꝙ vniuerſa liter illuminare omnem creaturam pertinet ad p̃maꝫ cauſam: ſed illuminare phantaſmata pertinet ad in/tellectum agentem tanq̃ꝫ ad cauſam particularem. ¶ Ad ſecundum dicendum ad rationem illaꝫ ꝙ phy loſophus ſemper eſſe in actu non attribuit intellectui agenti: ſed intellectui in actu vt ſupra dictuꝫ eſt. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ intellectus agens dicitur ſepara bilis eſſe non ſm eſſe a materia ſed ſm operationem ⁊ ideo non indiget organo corporali. ¶ Dubitatur tertio vtrum intellectus agens ſit perpetuus ⁊ incor/ruptibilis: ⁊ videtur ꝙ non quia illud quod hꝫ prin cipium non eſt perpetuum: ſꝫ intellectus agẽs habet principiũ: ergo non eſt ꝑpetuus. ¶ Preterea illđ qđ eſt ex nihilo ẽ vertibile in nihil: ſꝫ intellectus ẽ ex nihi lo: ergo ẽ vertibilis in nihil: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ erit ꝑpetuus. ¶ Preterea nihil eſt ſine ſua ꝓpria operatione: ſed in tellectus nõ põt intelligere poſt corruptionem totius coniuncti (cum ꝓpria eius operatio ſit intelligere per phantaſmata: ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendum ꝙ aliquid dicitur perpetuum. Uno modo proprie pro eo quod caret principio ⁊ fine quod dicit̃ perpetuuꝫ a parte ante ⁊ a parte poſt. ⁊ iſto modo intellectus nõ dicitur perpetuus. Alio modo accipitur perpetuum pro eo quod caret fine: quod dicitur perpetuum a ꝑte poſt. ⁊ iſto modo ĩtellectus dicitur perpetuus. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ intellectus bene eſt vertibilis in nihil per potentiam creantis: non autem per aliquã potentiam in eo exiſtentem. vnde non eſt corruptibi/lis: ſed bene eſt annihilabilis. ¶ Ad tertium dicenduꝫ ꝙ intelligere per phantaſmata eſt propria operatio in tellectus coniuncti: ſm ꝙ huiuſmodi. non autem ipſiꝰ ĩtellectꝰ abſolute ꝯſyderati: vñ rõ nulla. Dubitat̃ q̃rto vtꝝ ĩtellectꝰ agẽs ſit vnꝰ ĩ oĩbꝰ hoĩbꝰ. ⁊ videt̃ ꝙ ſic. nã ĩtellectꝰ agẽs ẽ ĩmaterialis: ergo ñ multiplicat̃ ad multi plicationẽ ſingulariũ ſiue ſuppoſitoꝝ materialiũ: ⁊ ſic erit vnꝰ ĩ oĩbꝰ hoĩbꝰ. ¶ Preterea ſi eſſent tot intelle/ctus agẽtes quot ſũt hoĩes: ſeq̃ret̃ ꝙ iã eẽnt ĩfiniti ĩtel lectꝰ actu ſtãte (ſm phm) ꝑpetuitate mũdi: ꝯñs ẽ im poſſibile: ergo ⁊c. ¶ Dicenduꝫ ꝙ nõ ẽ vnus ĩtellectꝰ

agens in omnibus hominibus ſecundum numerum licet ſit vnus ſecundum ſpeciem: quod ſic patet: quia ad multiplicationem ſubiectorum ſequitur multiplicatio accidentium. Sed intellectus agens eſt accidens: quod eſt ſubiectiue in anima. ergo ad multiplicationem animarum ſequitur multiplicatio intellectus agentis. Sed manifeſtum eſt quod non eſt vna anima numero in omnibus hominibus: ergo in eis non eſt vnus intellectus agens. ¶ Ad primum dicendum quod intellectus agens dicitur immaterialis: quia nõ eſt ex materia compoſitus: dicitur tamen materialis: quia eſt in materia: ſcilicꝫ in eſſentia anime ſubiectiue. vnde habet materiam in qua: licet non habet materiam ex qua. ¶ Ad ſecundum dicendum quod etiam ſtante perpetuitate mundi: non ſequitur quod eſſent infinite anime in actu: ⁊ per conſequens ſequitur quod non eſſent infiniti intellectus agentes. ¶ Et ſi dicatur quod in qualibet circulatione deus creaſſet vnam animam: ſequitur (quod cum fuiſſent infinite circulationes ſtante perpetuitate mũdi): quod eſſent anime infinite actu. ¶ Dicendum negando ſuppoſitum: quia in infinito non eſt dabile vnum: ideſt non eſt aſſignabilis quelibet pars. vnde falſum ſupponitur cum dicitur in qualibet circulatione deus creaſſet animam.

¶ Sequitur in textu. (Indiuiſibilium quidem igitur ⁊c. ¶ Hec eſt lectio vndecima eiuſdeꝫ libri: ⁊ in commento ſancti Thome.

Istud eſt quintum capitulum: in quo phyloſophus determinando de operationibus intellectus poſſibilis ponit duas concluſiones. ¶ Quarum prima eſt Tantum ſunt due operationes intellectus: videlicet indiuiſibilium: ideſt terminorum incomplexorum intelligentia ⁊ compoſitio ⁊ diuiſio eorundem. Hec concluſio probatur tali ratione. ¶ Nam in omni operatione intellectus: aut eſt veritas: aut falſitas aut non. Si ſecundum: ſic eſt prima operatio: Si primum: ſic eſt ſecunda. ¶ Contra predictam concluſionem: ſic arguitur primo. ¶ Nam ratio ⁊ intellectus ſunt idem: ſed indiuiſibilium intelligentia non attribuitur rationi: cum proprium rationis eſt diſcurrere: ergo non debet attribui intellectui. ¶ Preterea diſcurrere a notis ad ignota: eſt operatio intellectus: ⁊ tamen non eſt aliqua predictarum: ergo non ſunt tantum due operationes intellectus. ¶ Preterea compoſitio ⁊ diuiſio non eſt niſi reſpectu multorum: ſed intellectus non poteſt multa intelligere ſimul: ergo non poteſt componere: ergo compoſitio non eſt operatio intellectus. ¶ Preterea intellectio fit per aſſimilationem rei intellecte ad intellectum: ſed in re extra animam non eſt compoſitio realis que per compoſitionem ſignificetur: cum ibi non ſit predicatum vel ſubiectum: ergo ⁊c. ¶ Ad primuꝫ dicendum quod licet ratio ⁊ intellectus ſint idem ſecundum rem: differunt tamen ſecundum rationem: vnde indiuiſibilium intelligentia non attribuitur rationi proprie loquendo: attribuitur tamen intellectui. ¶ Ad ſecundum dicendum quod diſcurrere ab vno in aliud continetur ſub ſecunda operatione intellectus videlicet ſub compoſitione ⁊ diuiſione. ¶ Ad ſecundum dicendum quod licet intellectus non poſſit multa intelligere ſimul per modum multorum: poteſt tamen bene per modum vnius inquantum illa multa in aliquo conueniunt. ¶ Ad quartum dicendum quod licet compoſitio intellectus non ſit in re extra animam ſecundum ſubſtantiam: eſt tamen in re extra animam ſecundum correſpondentiam. Nam in rebus eſt compoſitio que correſpondet compoſitioni intellectus. ¶ Pro cuius declaratione conſyderandum eſt quoniam in rebus inuenitur duplex compoſitio forme cũ materia ⁊ talis correſpondet compoſitioni intellectus cum intellectus componit ſuperius cum inferiori. Alia eſt compoſitio accidentis cum ſubſtantia: ⁊ talis correſpondet compoſitioni intellectus: quia intellectus componit accidens cum ſubiecto. ¶ Secunda concluſio. Solum in ſecunda operatione intellectus eſt veritas vel falſitas. Hec concluſio probatur tali ratione. ¶ Nam veritas ⁊ falſitas conſiſtunt in compoſitione vnius ad alterum: ſed talis operatio non eſt niſi ſecundum compoſitionem vel diuiſionem: ergo in compoſitione vel diuiſione intellectus eſt veritas aut falſitas. ¶ Ex hac concluſione infert phyloſophus quod licet in his que apprehenduntur per primam operationem intellectus non ſit veritas vel falſitas: tamen intellectus circa talia intelligibilia diuiſibilia ſemper eſt verus. Cuius ratio eſt. nam ſicut ſenſus non decipitur circa proprium ſenſibile. ita intellectus non decipitur circa quod quid eſt intelligibile: ergo intellectus ſemper eſt verus. ¶ Contra hoc corelarium ſic arguitur. ¶ Nam ſenſus circa propriuꝫ ſenſibile poteſt decipi vt patet in collo columbe: ergo intellectus circa quod quid eſt poteſt decipi. ¶ Preterea opinio ⁊ racionatio attribuitur intellectui ⁊ in vtroqꝫ poteſt eſſe veritas ⁊ falſitas: ergo intellectus non ſemper eſt verus. ¶ Ad primum dicendum quod ſenſus non decipitur circa proprium ſenſibile per ſe. ſed bene per accidens inquantum iudicat de his que ſunt adiuncta proprio obiecto. Ita intellectus poteſt decipi diuerſimode circa quod quid eſt per accidens ratione compoſitionis ⁊ diuiſionis. Et hoc dupliciter. Uno modo attribuendo diffinitionem ſiue quod quid eſt vnius alteri. Secundo modo ponendo aliquas partes in diffinitione que poteſt incompoſſibiles adinuicem ⁊ tũc diffinitio eſt falſa ſimpliciter. Exemplum primi vt diffinitio circuli attribuatur triangulo eſſet falſa diffinitio Exemplum ſecundi: vt ſi aliquis ponat in diffinitione alicuius inſenſibile. In illis vero in quorum diffinitione nulla eſt compoſitio non contingit eſſe deceptionem: ſed oportet illa vel intelligere vere vel nullo modo: vt dicitur nono methaphiſice. ¶ Ad ſecundum dicendum quod ratiocinatio ⁊ opinio attribuuntur intellectui quantum ad ſecundam eius operationem in qua bene eſt veritas aut falſitas: non autem quantum ad primam eius operationem. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum indiuiſibile ſit prius intelligibile a nobis ꝙ diuiſibile. Et videtur ꝙ ſic quia ex cognitione principiorum ⁊ elementorum deuenimus in cognitionem principiatorum: vt patet in primo phiſicorum: ſed indiuiſibile eſt principium ⁊ elementum diuiſibilis: ſicut vnum eſt principium numeri: ⁊ punctus eſt principium linee: ergo ſequitur quod indiuiſibile prius cognoſcatur a nobis quam diuiſibile. In contrarium arguitur: quia habitus prius cognoſcitur a nobis quam priuatio: ſed indiuiſibile dicit priuationem: diuiſibile autem habitum: ergo ⁊c. ¶ Dicendum ſecundum phyloſophum in littera quod tripliciter aliquid dicitur indiuiſibile. ¶ Nam aliquid dicitur indiuiſibile ſecundum actum: quod tamen eſt diuiſibile in potentia ſicut continuum vt puta linea dicitur indiuiſibilis ſecundum actum: tamen eſt diuiſibilis ſecundum potentiam. Secundo modo aliquid dicitur indiuiſibile ſecundum ſpeciem ⁊ iſtis duobus

modis indiuiſibile cognoſcitur prius a nobis quam diuiſibile. Tum primo quia cognitio confuſa ⁊ indeterminata precedit cognitionem determinatam. Tuꝫ ſecundo: quia prima operatio intellectus precedit ſecundam. Tertio modo dicitur indiuiſibile tam ſecundum actum quam ſecundum potentiaꝫ: ſicut pũctus dicitur indiuiſibilis: ⁊ iſto modo indiuiſibile non prius cognoſcitur a nobis quam diuiſibile vt voluit ratio in contrarium adducta. ¶ Ad argumentum dubii dicendum quod in acquiſitione ſcientie non ſemper prius cognoſcimus principia ſed aliqñ ex cognitione effectuum deuenimus in cognitione cauſarum ⁊ principiorum: licet in complemento ſcientie procedamus a principiis ad effectum.

¶ Sequitur in textu. (Uidetur autem ſenſibile ⁊c.)
¶ Hec eſt lectio duodecima huius tertii libri ⁊ in cõmento ſancti Thome.

¶ Iſtud ſextum ⁊ vltimum capitulum tertii tractatus huius tertii de anima comprehendit ſimul duas lectiones commenti ſancti thome: videlicet duodecimã que incipit. (Uidetur ⁊c.) ⁊ tetiamdecimam que incipit (Nunc autem de anima ⁊c.

Istud eſt ſextum ⁊ vltimuꝫ capitulum tertii tractatus in quo phyloſophus determinando de parte intellectiua per reſpectum ad ſenſum ponit tres concluſiones: inferendo tria corelaria. ¶ Prima concluſio eſt quod intellectus mouetur ab intelligibili. Hec concluſio probatur tali ratione phyloſophi. ¶ Sicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile: ita ſe habet intellectus ad intelligibile: ſed ſẽſus mouetur a ſenſibili vt ſupra conceſſum eſt: ergo intellectus mouetur ab intelligibili. ¶ Contra hanc concluſionem ſic arguitur. ¶ Nam motus eſt actus exiſtentis in potentia ſecundum quod huiuſmodi: vt patet tertio phiſicorum: ſed intelligere non eſt actus exiſtentis in potentia. alias non attribueretur deo: ergo intelligere non eſt moueri: ⁊ ſic nõ mouetur intellectus ab intelligibili. ¶ Preterea per motum ſubiectum aliquid amittit. ſed anima intellectiua per intellectionem nihil amittit: ſed magis perficitur: ergo intellectus nõ patiť neqꝫ moueť. ¶ Ad primũ dicẽdũ ꝙ duplex eſt motus. Quidam eſt motus phiſicus ⁊ proprie dictus: qui eſt de contrario in contrarium: ⁊ iſto modo intellectus non mouetur ab intelligibili. Alius eſt motus methaforicus qui videlicet eſt actus entis perfecti ſecundum quod huiuſmodi ⁊ iſto modo ĩtellectus dicitur moueri: ⁊ per hoc patet ſolutio ad ſecunduꝫ. ¶ Secunda concluſio. Intellectus non poteſt intelligere niſi per fantaſmata. hec concluſio probatur tali ratione. ¶ Nam ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile ⁊ viſus ad colorem: ita ſe habet intellectus ad phantaſmata: ſed ſenſus non poteſt ſentire ſine ſenſibili: neqꝫ viſus poteſt videre ſine colore: ergo intellectus non poteſt intelligere ſine phantaſmatibus: videlicet conuertendo ſe ad phantaſmata. Ex quo infertur quod neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. ¶ Contra predictam concluſionem arguitur primo. ¶ Naꝫ intellectus intelligit mathematicalia que ſunt abſtracta a materia: ergo intellectus non ſemper idiget phãtaſmatibus. ¶ Preterea intellectus intelligit deum ⁊ ſubſtantias ſeparatas: ſed talia non cadunt ſub phantaſmatibus: ergo idem vt ſupra. ¶ Preterea intellectus eſt in actu per ſpeciem intelligibilem: ergo intellectus dum habet apud ſe ſpeciem intelligibilem poteſt intelligere: quia intelligere nihil aliud eſt q̃ intellectum actu informari per ſpeciem intelligibileꝫ. ¶ Ad primum dicendum quod licet mathematicalia ſint abſtracta a materia ſenſibili tam in communi q̃ indiuiduali: tamen non ſunt abſtracta a materia intelligibili ideſt phantaſiabili. ¶ Ad ſecundum dicenduꝫ quod licet ſubſtantie ſeparate accipiendo intellectũ pro phãtaſia non cadant ſub phantaſmatibus per ſe: tamen cadunt ſub eis per accidens: videlicet per ſuos effectus: vnde illa ratio nihil aliud concludit q̃ quod ſubſtantie ſeparate non ſunt intelligibiles quantum ad earum quidditates in preſenti ſtatu ⁊ a priori: ſed ſoluꝫ quantum ad quid eſt ⁊ a poſteriori. ¶ Ad tertium dicendum quod intellectus eſt in actu per ſpeciem intelligibilem actualiter exiſtentem in eo: ſpecies autem intelligibilis poſt actualem conſyderationem non eſt in intellectu in actu: ſed in habitu ſolum. vnde ratio nulla. ¶ Tertia concluſio. Intellectus practicus ⁊ intellectus ſpeculatiuus non ſunt due potentie anime realiter diſtincte: ſed ratione tantum. Hec concluſio probatur tali ratione phyloſophi elicitiue. ¶ Nam intelligere cum actione: ideſt cum extenſione ad opus ⁊ intelligere ſine actione aliquod vnum abſolute pertinet ad idem genus cognoſcibilitatis: ſed intellectus ſpeculatiuus intelligit verum ſine actione: ideſt ſine extenſione ad opus. Intellectus vero practicus intelligit cuꝫ actione: ergo intellectus ſpeculatiuus ⁊ intellectus practicus pertinent ad ideꝫ genus potentie. ¶ Cõtra hãc concluſionem ſic arguitur. ¶ Potentie diſtinguuntur per obiecta: ſed obiectum intellectus ſpeculatiui ẽ verum: obiectum autem intellectus practici eſt bonum: ergo videtur ꝙ intellectus practicus ⁊ intellectus ſpeculatiuus ſint diuerſe potentie. ¶ Preterea habitus practicus ⁊ habitus ſpeculatiuus ſpecie diſtinguuntur propter diſtinctionem obiectorum: ergo intellectus ſpeculatiuus ⁊ intellectus practicus ſpecie diſtinguuntur. ¶ Ad primum dicendum ꝙ non quelibet diſtinctio obiectorum ſufficit ad diſtinctionem potentiarum: ſed requiritur ꝙ talia obiecta ſint diſtincta genere: non quidem genere nature aut genere logico ſed genere cognoſcibilitatis: vt ſupra determinatum eſt in ſecundo. Uerumtamen bonum in ſe conſyderatum non eſt obiectum intellectus practici: ſed verum extenſum ad opus. dicitur obiectum intellectus practici: verum autem abſolute conſyderatum dicitur obiectum intellectus ſpeculatiui. ¶ Ad ſecundum dicendum negando conſequentiam: quia maior diſtinctio obiectorum requiritur ad diſtinctionem potentiaruꝫ q̃ ad diſtinctionem habituum vt etiam ſupra declaratum eſt: vnde ratio non ſequitur. ¶ Ex predictis in hoc tractatu infert phyloſophus primo quod nõ poteſt fieri intellectio ſine ſenſu: quia vt dictum eſt intellectus non poteſt intelligere ſine phãtaſmatibus: phãtaſmata autem non ſunt ſine ſenſu: ergo non poteſt fieri intellectio niſi mediante ſenſu. ¶ Ex quo patet falſitas opinionis Auicenne qui dicit ꝙ poſt actualem cõſyderationem intellectus poteſt intelligere non conuertendo ſe ad phantaſmata: hoc autem patet eſſe falſum ad ſenſum. ¶ Nam ille qui habet habitum ſcientiarum poſt actualeꝫ cõſyderationem non poteſt actu per illos habitus conſyderare ſi ledatur organuꝫ corporale: vt patet de freneticis: ergo ſignum eſt manifeſtum ꝙ in qualibet intellectione requiruntur vires ſẽſitiue. ¶ Infertur ſecundo ꝙ intellectus eſt quodam modo omnia. Cuius ratio eſt: quia omnia que ſunt aut ſunt ſenſibilia aut intelligibilia: ſed in anima eſt ſenſus ⁊ intellectus: ſenſus autem eſt quodaꝫ modo omnia ſenſibilia: ⁊ intellectus eſt quodam modo omnia

intelligibilia: cum ex intellecto ⁊ intellectu fiat quodã
modo vnum: ergo anima noſtra intellectiua eſt quo/
dammodo omnia: non autem per comparationem:
vt antiqui voluerunt ſed per apprehenſionem. Infer
tur tertio ꝙ intellectus non eſt idem quod phantaſia
quia proprium ipſius intellectus eſt affirmare vel ne
gare: ſed hoc nõ competit proprie phãtaſie: ergo ⁊c.
¶ Circa predicta dubitatur primo vtrum intellectus
eodem modo mouetur ab intelligibili: ſicut ſenſus a
ſenſibili. ¶ Dicendum breuiter ꝙ non: quia dum ſen
ſus mouetur a ſenſibili attenditur triplex gradus. naꝫ
primo ſenſus apprehendit aliquod ſenſibile tanquam
conueniens vel nociuum. Secundo ex hoc ſequitur in
ſenſu delectatio vel triſtitia. Tertio vero illud proſe/
quitur ſi ſit delectabile aut fugit ſi ſit nociuum. Intel/
lectus autem poſtꝙ̃ apprehendit intelligibile: tũc im/
mediate proſequitur aut fugit. Item ſenſus dum ap/
prehendit ſenſibile non ſimpliciter ⁊ vere ſed quodã
modo affirmat vel negat: intellectus autem vere affir
mat vel negat. ¶ Pro ampliori declaratione eius aſ
ſignat doctor ſanctus in commento preſentis lectionis
169. quare in ſenſu ex apprehenſione boni vel mali nõ
ſtatim ſequatur deſiderium vel fuga ſicut ſit in intelle
ctu: huius ratio eſt: quia ſicut ſenſus non apprehendit
bonum vniuerſale: ita appetitus ſenſitiuus non mo/
uetur a bono vel malo vniuerſali ſed a quodam de/
terminato bono quod eſt delectabile ſm ſenſum ⁊ a
quodam determinato malo quod eſt triſte ſm ſenſũ
In parte autem intellectiua eſt apprehenſio boni ⁊
mali vniuerſalis. vnde ⁊ appetitus intellectiue partis
(ſcilicet ipſa voluntas) mouetur ſtatim ex bono vel
malo per intellectum apprehenſo ſibi preſentato. hec
ille vbi ſupra. ¶ Dubitatur ſecundo vtrum intelle/
ctus intelligat per abſtractionem a phantaſmatibus:
⁊ videtur ꝙ non. ¶ Nam intellectus intelligẽdo con
uertit ſe ad phantaſmata: ergo intellectus non intelli/
git abſtrahendo a phãtaſmatibus. ¶ Preterea ſicut
ſe habet viſus ad colorem ita ſe habet intellectus ad
phantaſmata vt conceſſum eſt: ſed viſus nõ poteſt vi
dere colorem abſtrahendo ſe a colore: ergo itellectus
non poteſt intelligere abſtrahendo a phantaſmatibus
¶ Preterea nihil põt itelligi ſine illo qđ cadit ĩ diffõe
reiꝫ mã cadit ĩ diffõe rei nãlis: ergo itellectus nõ põt
intelligere res naturales ſine materia: ſed materia eſt
principium indiuiduationis: ergo ſequitur ꝙ intelle/
ctus non poteſt intelligere abſqꝫ conditionibus indi/
uiduantibus: ſic non abſtrahit ſe a phantaſmatibus.
¶ Preterea ſi intellectus intelligendo abſtraheret a
phantaſmatibus: vel ergo abſtrahere pertinet ad in/
tellectum poſſibilem: vel ad intellectum agentem non
ad intellectum poſſibilem cuꝫ eius ſit recipere: nec ad
intellectum agentem: cum eius ſit phantaſmata illu/
ſtrare: ⁊ per conſequens magis in eis aliquid impri/
meret ꝙ̃ abſtraheret. ¶ Ad primum dicendum ꝙ in
tellectus intelligit ſemper conuertendo ſe ad phanta/
ſmata: ⁊ etiam abſtrahendo. conuertendo quidem in
quantum intelligit vniuerſale quod habet eſſe in ſin/
gularibus: abſtrahendo vero inquantuꝫ intelligit vni
uerſale non intelligendo ſingulare. ¶ Ad ſecundum
ꝙ non eſt omnimoda ſimilitudo inter colorem per re
ſpectum ad viſum ⁊ inter phantaſmata per reſpectũ
ad intellectum: nam color ſm ſui naturam eſt per ſe
viſibilis: ſed phantaſmata ſm ſe non ſunt intelligibi/
lia: ſed propter ea requiritur virtus intellectus agen/
tis vt ſupra declaratum ẽ: vnde non eſt ſimile. ¶ Ad
tertium dicendum ꝙ materia ſignata eſt principium
indiuiduationis: non autem materia communis que
ponitur in diffinitione rei naturalis. ¶ Ad quartuꝫ di
cendum ꝙ abſtrahere pertinet ad intellectum agen/
tem inquantum ipſa (propter propinquitatem quam
habent ad ipſũ) efficiũtur habilia vt ab ipſis poſſit ab
ſtrahi ſpecies intelligibilis preſentanda intellectui poſ
ſibili.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam autem anima ⁊c.)
¶ Hic eſt quartus tractatus huius tertii libri de ani/
ma: ⁊ eſt lectio decimaquarta eiuſdem: in commen/
to ſancti Thome.

Stud eſt quartus tractatus huiꝰ ter
tii in quo phyloſophus determinat
de potentia motiua ⁊ de comparati
one potentiarum ad ipſam animam
⁊ ad ſe inuicem. Qui quidem tracta
tus continet tria capitula. In primo
capitulo phyloſophus determinat đ
potentia motiua in communi ⁊ ſm
ſe. In ſecundo vero determinat de potentia motiua ꝑ
reſpectũ ad diuerſa aĩalia: ibi. (qm̃ igit̃ ſupra dictum
ẽ.) In tertio capitulo oñdit q̃liter diuerſe ꝑtes aĩe or/
dinant̃ inter ſe: ibi. (vegetabilẽ aũt quidẽ.) In primo
igit̃ capitulo ponunt̃ due ↄcluſiones: quaꝝ prima eſt
ꝙ diuiſiones potẽtiaꝝ ab antiquis phĩs ſũt inſufficien
ter aſſignate. quaꝝ prima ẽ. Potẽtiaꝝ q̃dã ſũt rõales
q̃dã ſũt irrõnales: ⁊ hãc ↄcluſionẽ ꝓbat phs q̃tuor ra
tionibus: quaꝝ ꝓma ẽ. Potẽtia vegetatiua ⁊ ſenſitiua
ſũt potẽtie aĩe plus iter ſe differẽtes ꝙ̃ potẽtia irrõna
lis ⁊ ↄcupiſcibilis: ⁊ tñ iſte due potẽtie nõ cõprehẽdũ
tur ſub ꝑdictis diuiſiõibus: ergo nõ ſũt ſufficiẽtes. Se
cũda rõ. phãtaſia ẽ q̃dã potẽtia aĩe: ⁊ tñ nõ cõprehẽdi
tur ſub ꝑdictis: ergo ⁊c. Tertia rõ. vis appetitiua ⁊
vis intellectiua ẽ quedã potẽtia aĩe diſticta ab aliis: ⁊ tñ
nõ ↄtinet̃ ſub aliqua predictaꝝ diuiſionũ: cũ ñ diuida
tur in iraſcibilẽ: vꝫ ⁊ ĩ ↄcupiſcibilẽ: ergo ⁊c. Quarta rõ
aliq̃ ſũt potẽtie aĩe q̃ ſũt ꝓncipia motiua augmẽti ⁊ de/
cremẽti: ⁊ tñ de illis in ꝑdictis diuiſiõibus nulla ſit mẽ
tio: ergo ⁊c. ¶ Scđa ↄcluſio ꝓncipiũ motus localis:
vꝫ potẽtia motiua nõ ẽ potẽtia vegetatiua: que pꝫ dua
bus rõnibus phĩ: quaꝝ prima ẽ. motus ſm locũ ſem
per ſit ꝑꝑ aliqđ deſideratũ vel imaginatũ ſꝫ imagina
tio ⁊ deſideriũ ſiue appetitus nõ ↄueniũt potẽtie ve/
getatiue: ergo ſequit̃ ꝙ ꝓncipiũ motus localis nõ ẽ po
tẽtia vegetatiua. ſcđa rõ ẽ ad idẽ. nã ſi potẽtia vegetati
ua eẽt ꝓncipiũ motus localis ſequeret̃ ꝙ plãte moue
rent̃ motu locali: cũ in eis ſit potẽtia vegetatiua: ↄñs ẽ
falſũ: ergo ⁊c. ⁊ ſi dicat̃ plãte mouent̃ ſurſũ ⁊ mouen
tur deorſum: ⁊ ad alias differentias poſitionis: ergo
mouentur motu locali. ¶ Dicendum ꝙ non mouen
tur motu locali progreſſiuo de quo eſt ad propoſituꝫ
¶ Quod vero principium motus localis non ſit ſen/
ſus probatur tali ratione. Nam ſenſus eſt in omni ani
mali: ſi ergo ſenſus eſſet principium motus localis: ſe
queretur ꝙ omnia animalia mouerentur motu loca/
li: quod eſt falſum. ¶ Sed ꝙ tale principium non ſit
intellectus patet: quia aut eſſet intellectus ſpeculatiuus
aut practicus. Non primum quia intellectus ſpecula
tiuus ſolum verſatur circa ſpeculabilia non autem cir
ca aliqua agibilia: inquantum huiuſmodi ſꝫ ꝙ ſit mo
tus localis: neqꝫ intellectus practicus: quia animalia
bruta mouentur motu locali progreſſiuo quibus ineſt
intellectus practicus. ¶ Circa predicta dubitatur pri/
mo vtrum appetitus intellectiuus qui dicitur volun
tas ſit potentia diſtincta ab appetitu ſenſitiuo ⁊ vide/
tur quod non. ¶ Nam differentia accidentalis obie
ctorum non facit differentiam ſpecificam potentiaruꝫ

vt in ſecundo habitum eſt: ſed accidit obiecto appeti/
tus: videlicet bono quod ſit apprehenſum a ſenſu vel
ab intellectu: ergo appetitus intellectiuus ⁊ appetitus
ſenſitiuus non realiter diſtinguuntur cum non diſtin/
guantur niſi per bonum apprehenſum ab intellectu.
⁊ per bonum apprehenſum a ſenſu. ¶ Preterea ap
petitus ſenſitiuus ſicut ⁊ intellectiuus fertur ad rem
ad extra: ſed res ad extra eſt ſingulare bonum: ergo
idem vt ſupra. ¶ Dicendum quod appetitus intel/
lectiuus ⁊ ſenſitiuus ſunt due potentie ſpecie diſtin/
cte. Cuius ratio eſt: quia potentia appetitiua ⁊ poten
tia paſſiua apta nata eſt moueri a bono apprehenſo:
ſed manifeſtum eſt quod bonum quod apprehendi/
tur ab intellectu aliter mouet appetitum quam bo/
num apprehenſum a ſenſu: cum bonum quod appre
henditur ab intellectu apprehendatur ſub ratione vni
uerſalis: bonum vero quod apprehenditur a ſenſu:
apprehenditur ſub ratione particularis: ergo ſũt due
potentie diſtincte. ¶ Ad primum dicendum quod
non accidit bono ſecundum quod appetibile eſt quod
ſit apprehenſum a ſenſu vel ab intellectu: ſed conuenit
ei per ſe quia non poteſt mouere appetitum niſi vt ap
prehenſum. ¶ Ad ſecundum dicendum quod licet
res extra animam ſit quoddam bonum particulare
in ſe conſyderatum: tamen voluntas fertur ad illud
bonum non ſecundum rationem particularem ſed ſe
cundum rationem vniuerſalem. ¶ Dubitatur ſecun/
do vtrum appetitus intellectus diuidatur in iraſcibi/
lem ⁊ concupiſcibilem: ⁊ videtur quod ſic: quia appe/
titus dicitur concupiſcibilis a concupiſcentia ⁊ iraſcibi
lis ab iraſcendo: ſed voluntas aliqua concupiſcit que
non pertinet ad ſenſum: videlicet virtutes intellecti/
uas: vt puta ſapientiam: ergo aliquis eſt appetitus cõ
cupiſcibilis ⁊ ex oppoſito iraſcibilis. ¶ Dicendum
quod appetitus intellectiuus non poteſt diuidi in ira/
ſcibilem ⁊ concupiſcibilem. Cuius ratio eſt: quia illa
potentia que reſpicit aliquod obiectum vniuerſale:
ſecundum communem rationem eius non diuiditur
in potẽtias diſtinctas ſecundum diſtinctionem parti/
um ſubiectiuarum que continentur ſub illo obiecto:
ſed appetitus intellectiuus vt puta voluntas reſpicit
bonum vniuerſale: ſecundum communem rationem
eius: ergo ſequitur quod non diuiditur ĩ diuerſas po
tentias ſecundum diuiſionem illius vel illius boni: ſi/
cut viſus qui reſpicit colorem obiectiue: non diuerſifi
catur ſpecifice propter diuerſitatem illius vel illius co
loris. ¶ Ad rationem dubii dicendum quod concupi
ſcentia poteſt accipi dupliciter. Uno modo abſolute:
prout dicit potentiam anime: ⁊ iſto modo tantum in
voluntate eſt concupiſcentia. Alio modo accipitur cõ
cupiſcentia pro operatione anime que fit cum quadaꝫ
immutatione animi: vt in propoſito accipitur: ⁊ iſto
modo in voluntate non eſt concupiſcentia.

¶ Sequitur in textu. (Quoniam igitur ſicut ⁊c.)
¶ Hec eſt lectio decimaſexta huius tertii libri: ⁊ in cõ
mento ſancti Thome.

Stud eſt ſecundum capitulum eiuſdem
tractatus in quo phyloſophus determi
nando de potentia motiua per reſpe/
ctum ad diuerſa animalia ponit duaſ cõ
cluſiones. ¶ Quarum prima eſt. quod
nihil eſt motiuum ſuiipſius ſine phan/
taſia. Hec concluſio probatur tali ratione. ¶ Nam
vnumquodqꝫ eſt motiuum ſuiipſius inquantum eſt
appetitiuum: ſed appetitus non eſt ſine phantaſia:
ergo nihil ſuiipſius eſt motiuum ſine phantaſia.
¶ Pro cuius declaratione ſciendum eſt quod phan
taſia poteſt accipi dupliciter. Uno modo proprie pro
ut diſtinguitur contra partem intellectiuaꝫ: ⁊ iſto mo
do non accipitur hic. Alio modo vt ſe extendit ad in/
tellectum ſecundum quod materia phantaſialis dici/
tur materia intelligibilis: ⁊ iſto modo accipitur hic.
¶ Contra predicta ſic arguitur. ¶ Si vnumquodqꝫ
eſſet motiuum ſuiipſius ſecundum quod habet phan
taſiam ⁊ appetitum: ſequeretur quod animalia im/
perfecta eſſent motiua ſuiipſius: cum in eis ſit phan/
taſia ⁊ appetitus: conſequens eſt falſum: ergo ⁊c.
¶ Preterea hõ mouet ſeipſũ ſed mouet ſeipſũ medi
ante ratione particulari vt ſtatim patebit: que quidem
ratio non eſt phantaſia cum phantaſia non diſtingua/
tur: ergo idem vt ſupra. ¶ Ad primum dicendum ꝙ
duplex eſt phantaſia vt ſepius dictum eſt: videlicꝫ de
terminata ⁊ indeterminata: verum eſt quod in anima
libus imperfectis eſt phantaſia indeterminata: non au
tem determinata vt ad propoſitum. ¶ Ad ſecundum
dicendum quod vt dictum eſt duplex eſt phantaſia:
quedam eſt indeterminata ⁊ talis non eſt ratio. Alia
eſt phantaſia determinata: ⁊ talis eſt duplex. quedam
eſt ſenſibilis que fit abſqꝫ deliberatione: ⁊ talis inue/
nitur in animalibus vtiqꝫ perfectis: que etiam ratio
non dicitur. Alia eſt phantaſia rationalis: que videli/
cet habet fieri cum quadam deliberatione ⁊ diſcurſu
⁊ talis reperitur in hominibus que dicitur ratio.
¶ Secunda concluſio homo mouet ſeipſum median
te ratione. Hec concluſio probatur tali ratione.
¶ Nam vnumquodqꝫ eſt motiuum ſuiipſius inquã
tum eſt appetitiuum vt dictum eſt: ſed appetitus non
eſt ſine phantaſia: phantaſia autem in homine voca/
tur ratio. Ratio autem non eſt ſine ratione: ergo ⁊
cetera. ¶ Contra hanc concluſionem ſic arguitur.
¶ Nam ſi homo moueret ſeipſum mediante ratio/
ne. Aut illa ratio eſſet ſpeculatiua aut practica. Non
primum quia pari ratione intellectus ſpeculatiuus eſ/
ſet principium motus. Neqꝫ ſecundum cum talis ra
tio verſetur circa vniuerſalia vt in pluribus ſecunduꝫ
que non ſit motus localis. ¶ Dicendum quod du/
plex eſt ratio. Quedam eſt ſpeculatiua: alia eſt practi/
ca. Ratio ſpeculatiua non eſt principium motus. Ra
tio autem practica eſt duplex. Nam quedam eſt vni/
uerſalis. Quedam eſt particalaris. Ratio vniuerſa/
lis non eſt principium motus localis: bene autem ra/
tio particularis. ¶ Circa predicta dubitatur vtrum
ratio ⁊ intellectus ſint due potentie: ⁊ videtur ꝙ ſic.
¶ Nam ſicut ſe habet imaginatio ad rationem: ita ſe
habet ratio ad intellectum: ſed imaginatio eſt potentia
diſtincta contra rationem: ergo ratio diſtinguitur con
tra intellectum. ¶ Preterea ſicut ſe habet ratio ad ſen
ſum: ita ſe habet ratio ad intellectum qui attribuitur
angelis: ſed ratio ⁊ ſenſus ſunt diuerſe potentie: ergo
ratio ⁊ intellectus cum plus differant angelus ⁊ ho/
mo q̃ꝫ homo ⁊ brutum. ¶ Dicendum ad dubium
quod ratio ⁊ intellectus non diſtinguuntur eſſentiali/
ter ſed ſolum ſecundum rationem ſecundum diuerſa
officia actuum. Nam vna ⁊ eadem potentia intelle/
ctus ſecundum quod ſimplici apprehenſione eſt intel
lectiua dicitur intellectus: ſecundum vero quod cum
quoddam diſcurſu a noto ad ignotum intelligit voca
tur ratio: ⁊ quia angelus ſecundum ſui naturam intel
ligit ſimplici intuitu ſine diſcurſu: homo vero intelli/
git diſcurrendo ab vno in aliud: ideo intellectus ap/
propriatur angelis: ratio vero hominibus: ⁊ inde eſt
quod angeli vocantur ſubſtantie intellectuales: homi

nes vero creature rationales. ¶ Ad primum dicen/
dum ꝙ illa ſimilitudo attenditur ſecundum diuerſita
tem actuum: non autem ſecundum diuerſitatez eſſen
tialem potentiarum: ſic etiam dicendum eſt ad ſe
cundum.

¶ Sequitur in tertiu. (Uegetabilem quidem animaz
⁊c.) ¶ Iſtud tertium capitulum comprehendit du/
as vltimas lectiones eiuſdem libri: ⁊ in commento
ſancti Thome.

Istud eſt tertium ⁊ vltimum capitulu
huius libri in quo phyloſophus deter/
minando de ordinatione potentiaruz ad
inuicem per reſpectum ad corpus ani/
matum ponit quatuor concluſiones in/
ferendo quatuor correlaria. ¶ Quaruz
prima eſt. ¶ Omne viuens quandiu viuit neceſſe eſt
quod habeat animam vegetatiuam. Hec concluſio p
batur tali ratione phyloſophi. ¶ Nam omne viuens
quandiu viuit vtitur alimento: ſed vti alimento perti
net ad animam vegetatiuam: ergo neceſſe eſt quod
omne viuens dum viuit habeat animam vegetatiuā.
probatio maioris: quia omne viuens dum viuit ha/
bet augmentum ſtatum vel decrementum: ſed hoc
non poteſt contingere niſi alimento: quia tempore au
gmenti oportet quod plus conuertatur de alimento
in ſubſtantiam aliti quam quod ſufficiat ad ſuſtentati/
onem vel conſeruationem preexiſtentis magnitudi/
nis: tempore vero ſtatus equaliter: tempore vero de
crementi minus. ¶ Contra hanc concluſionem ſic ar
guitur. ¶ Nam deus viuit vt probat phyloſophus
duodecimo metaphiſice: ⁊ tamen in eo non eſt ani/
ma vegetatiua: ergo ⁊c. ¶ Dicendum quod phylo/
ſophus hic loquitur de generabilibus ⁊ corruptibili
bus viuentibus. ¶ Secunda concluſio. Non omne
viuens habet ſenſum. Hec concluſio probatur dua/
bus rationibus. Quarum prima eſt. Nam non om/
ne viuens habet corpus redactum ad mediam pro/
portionem qualitatum vt plante: ergo non omne vi/
uens habet ſenſum tactus qui requirit organum tale
diſpoſitum ⁊ per conſequens non omne viuens ha/
bet ſenſum: quia vbi non eſt ſenſus tactus: ibi nullus
eſt ſenſus. Secunda ratio. Senſus immutatur ſpiri/
tualiter a ſenſibili: ſed plante ſolum immutantur im/
mutatione reali: ergo plante non habent ſenſum: ſed
plante ſunt corpora viuentia: ergo ⁊c. ¶ Contra hanc
concluſionem ſic arguitur. ¶ Plante ſunt creature
ſenſibiles: ergo videtur quod ſunt animalia ⁊ per cō
ſequens quod habeat ſenſum: patet ſequela. Cuicun/
qꝫ competit differentia: eidem competit illud: cuius
eſt differentia: ſicut cui competit rationale eidem com
petit homo. ¶ Dicendum quod ſenſibile poteſt acci
pi dupliciter. Uno modo paſſiue: ⁊ illo modo plan/
te ſunt ſenſibiles: ideſt apte nate ſentiri: ſed vt ſic ſenſi
bile non eſt differentia animalis. Alio modo accipitur
actiue pro eo quod aptum natuz eſt ſentire: ⁊ iſto mo
do plante non ſunt ſenſibiles. Cum igitur ſenſibile iſto
modo ſit differentia animalis: ſequitur quod plante
non ſunt animalia. ¶ Tertia concluſio. Neceſſe eſt ꝙ
omnia animalia habeant ſenſum: hanc concluſionem
probat phyloſophus ſpecialiter de animalibus pro/
greſſiuis. Nam ſi animalia progreſſiua non haberent
ſenſum: ſequeretur quod non poſſent conſequi finem
ad quem natura ea ordinauit: ⁊ per conſequens eēnt
fruſtra: conſequens eſt falſum cum natura non agat
fruſtra: quia agit propter finem. probatio ſequele: q̄r
corpus animalis progreſſiui eſt organizatum ⁊ diſpo
ſitum propter motum: vt videlicet per motum vlte/
rius alimentum conſequatur per quod conſeruetur
in eſſe: ſed hoc non poſſet fieri ſi non haberet ſenſum:
quia non diſcerneret corruptiua que poſſet eis obuia
re: ⁊ ſic corrumperetur: ⁊ per conſequens non perge
rent animalia ad finem ad quem natura ipſa ordina/
uit. Secundo probat eandem concluſionem commu
niter de omnibus animalibus. Naz neceſſe eſt quod
omnia animalia habeant ſenſum tactus: ſi debeant ſal
uari: ergo neceſſe eſt quod habeant ſenſum. probatio
antecedentis quia corpora animalium poſſunt immu
tari a qualitatibus tangibilibus vſqꝫ ad ſuam corru/
ptionem: ergo neceſſe eſt quod habeant ſenſum ta/
ctus ad diſcernendum conuenientia corruptiuis. Ex
quo infertur ſecundum phyloſophum quod neceſſe
eſt quod omnia animalia habeant guſtum cum gu/
ſtus ſit quidam tactus. ¶ Sed contra hanc concluſio
nem arguitur ſic. ¶ Aliqua ſunt animalia immobilia
ergo non eſt neceſſe quod omne animal habeat ſenſū
ad hoc quod remaneat in eſſe per perſecutionem ali/
menti. ¶ Dicendum quod illa animalia habent eis
aliquid adiunctum a quo trahunt alimentum.
¶ Quarta concluſio. ¶ Non omnia animalia habent
omnes ſenſus neceſſario. Hec concluſio probatur ta/
li ratione: quia animalia poſſunt conſeruari in eſſe ce/
teris ſenſibus non exiſtentibus: ergo non neceſſario
omnia animalia habent omnes ſenſus. ¶ Ex predi/
ctis infert phyloſophus quatuor correlaria. Quorum
primum eſt quod corpus animalis non poteſt eſſe in
corruptibile. Cuius ratio eſt: quia corpus animalis de
bet eſſe vt dictum eſt redactum ad mediam propor/
tionem qualitatum primarum ſiue qualitatum tangi
bilium: ſed quodlibet corpus ſimplex habet cauſa/
tam qualitatem ſecundum ſuperhabundantiam: vt
puta ignis caliditatem ⁊ aqua frigiditatem: ergo ⁊c.
¶ Secundum correlarium. Remoto ſenſu tactus ne
ceſſe eſt omnia animalia mori: quia poſito ſenſu ta/
ctus ponitur animal: ⁊ remoto ſenſu tactus remoue/
tur animal. ¶ Tertium correlarium quod ſenſus pro
pter excellentiam ſenſibilium poteſt corrumpi.
¶ Quartum correlarium eſt quod alii ſenſus preter
ſenſum tactus non corrumpuntur quantum ad eſſe
animalium: ſed ſolum quantum ad bene eſſe: vt ſatis
de ſe manifeſtum eſt. ¶ Circa predicta dubitatur pri/
mo vtrum ſolum in corporibus habentibus animaz
vegetatiuam ſit vita: ⁊ arguitur quod non. Nam cor
pus celeſte habet animam ⁊ tamen corpus celeſte nō
viuit: cuz vita ſit operatio anime vegetatiue: que non
eſt in corpore celeſti: aut aīe ſenſitiue: que etiam non
repperitur in eo cum non ſit animal: vel etiam ani/
me intellectiue: que procul eſt a celo cum celum non
intelligat. ¶ Preterea in deo ſummo eſt vita ⁊ ta/
men in deo non eſt corpus: ergo non in corporibus.
habentibus animam eſt vita. ¶ Dicendum quod vi
ta poteſt accipi dupliciter. Uno modo pro operatio/
ne vitali que ſequitur vnionem anime ad corpus per
modum inheſionis ⁊ primo modo ſolum in corpo/
ribus habentibus animam eſt vita. Alio modo acci/
pitur vita pro operatione alicuius mouentis ſeipſum
quandiu enim aliquod mouet ſeipſum: dicimus qđ
illud viuit: ⁊ iſto modo ſolum in corporibus haben/
tibus animam ſolum eſt vita. ¶ Ad primum dicen/
dum quod celum non habet animam inherentem ſi
bi per modum forme: ſed forſitan habet animam ſibi
aſſiſtentem ſicut motor aſſiſtit mobili capiendo ani/
mam pro ſubſtantiali ſeparata: vnde non oportet qđ
habeat vitam. ¶ Ad ſecundum dicendum qđ deus

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

dicitur viuere ſecundo modo: non autem primo modo de quo eſt hic ad propoſitum. ¶ Pro cuius declaratione conſyderandum eſt ſecundum doctorem ſanctum in prima parte ꝙ quadruplex eſt gradus vite ſecundum quod quadrupliciter dicitur aliquid mouere ſeipſum. Nam aliquid dicitur mouere ſeipſum non quantum ad formam per quam mouet: ſꝫ quantum ad executionem motus: ⁊ iſto modo plante mouent ſeipſas ⁊ dicuntur viuere imperfecte tantuꝫ. Secundo modo aliquid mouet ſeipſum non ſolum quantum ad executionem motus: ſed etiam quantum ad formam que non eſt ei naturaliter inſita ſed eaꝫ acquirit per ſuam operationem: finem tamen per quem agit naturaliter habet ei inditum: ⁊ iſto modo animalia mouent ſeipſa: ⁊ quia perfectius mouent ſeipſa q̃ꝫ plante: ideo perfectius dicuntur viuere. Tertio modo aliquid mouet ſeipſum: non ſolum quantum ad executionem motus nec ſolum quantum ad formam que eſt principium motus: ſed etiam quantum ad finem: videlicet vel hunc vel illum: ⁊ iſto modo homo dicitur mouere ſeipſum: ⁊ quia perfectius mouet ſe quam alia animalia: ideo perfectius dicitur viuere. Quarto modo aliquid mouet ſeipſum non ſolum quantum ad predicta tria: ſed quantuꝫ ad omnia que requiruntur ad motum vel accipiens ab alio. ⁊ iſto modo deus dicitur mouere ſeipſum: quia perfectius mouet ſeipſum q̃ꝫ cetere creature: cum omnes creature aliquid accipiant ab alio. Ideo deus dicitur perfectiſſime viuere. ⁊ vt probatur ſecundo metaphiſice eſt ſua vita vnus eternitate ⁊ trinus in vnitate exiſtẽs qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Finis.

Explicit breuis recollecta ſuper tres libros de anima Ariſtotelis ſecundum excellentiſſimum virum fratrem Dominicuꝫ de flandria ordinis predicatoruꝫ: ſacre theologie approbatiſſimum profeſſorem.

Venetiis per Simonem beuilaqua papienſem cũ gratia.

## Regiſtrum huius operis.

A
Prima alba
Ariſtotelis
intellectiuum
tres diffinitiones

B
cipiis ibi
pus rationabilia
rectitudinem
lares quia

C
quidem ea
erunt hoc
ei compoſita
Quia ſi diuerſe

D
alicui dicetur
oportet ꝙ
tem eſt
videtur dicendũm

E
Eſt autem quo
dam eſt
vno enim
aliud eſt

F
⁊ in aere
Quorum quidem
quandoqꝫ
ſi aliquod

G
deputa oculus
ex ſolis
dens
bet in aliis

H
telligibilia
Ex premiſſis
Cum autem
intelligitur

I
tur propter
tia ⁊ ſenſu
Secundum quidem
Deinde cum dicit

K
Incipit breuis
iuuant diffinitionem
Sequitur textus
locuti ſunt

L
ꝙ illud
habet vitam
ſubiectum
ſubſtantia

M
patet ſolutio
propter finem
mata: ergo
bitationes

N
ginta miliaria ⁊
Si vero loquamur
Secunda concluſio
materialiter.

O
agens in omnibus
intelligibilia cum ex
nes vero creature

Finis



4°
Rh 6763
H* 1517

Animi mea

pantegni· ſpma pem
cū ſit gnō ī hora effuſio
ſenia ē ſe mutabiliſ· ta
… ſe gnatū· In hu
laudabili ſanuiſ ē h
bʒ corrupcaſ ta ītat
mouetſ ſit ipa mē ta
nē· tūc ſanguiſ corr
uēte mēb corrupta tu
li utē ē mouet ē hu
ſit danda· dico q̄ t
ſangnē laudabilē
mollia tena n̄ ſit fri
ſpdic ē eduloꝝ ſu
non ſbeat īdige
lꝫ aūt mollia n̄ ſi
laudabilꝫ ſangnē g
ſit me· humida dico
diacōne diſpōniſ q
p intēciſ ſtgre ī o
ſt ut ꝗ ī lep illa f
farmacia n̄ p flo
n̄ ē facienda euacu
flomā ne ueneno
tale eſt· ſic hēc ſpn
mīſ ea ꝯiūcta lepre
da h ut illa euacu
ſolo· nō ē ſile· q ī
expelle oīo ad ex
p euacuacōnē· tū ſi
attractū ſuit ī uenis
ſi ſiunt uene plene
ꝓpinq̄ mēbro a ſem
uenaſ poſtioreſ inau
mēbr ī ſimi· ſecuſ ē ī
nō ſuffic̄ n̄ expelle
noſ· ſt ꝯplex e opo
coagla ē aſſila
ſꝫ ſi utraſ ī immicta
feſtioz· ſꝫ utraſ imit
ex ſpmate· ſ· oſſibu
ex ſangne ſic carne
ſꝫ plimū diſtat ab o
tis aſſilacōniſ ī hui
ſcdm hāc· g̃ lep ē m
ex ſpmate ē dꝫ tū q
ad hoc q n̄ ē ym q
ē manifeſtioz· q̄r ſangi
cōne ut dic̄· G· ī ius
caro ut cito minter ī
cito manifeſtat ē nō a
te· Sciendū eni q nō
carnē ī qm̄ tūſſeat ſa
treſ humitateſ q̄ diſting
guiſ ī alia mēb· un ꝫ
tuſ ſic oſſa ut dic̄· G
ꝯſilacō· ē ſcdm ꝯuetu
mitenſ ē minoz ſit def
nē cauſe antecedentiſ ta
mīn ī corpe: oꝫ q illd
ſemn· ſꝫ ī lep pt ca
potēa pt mīn· ſ· ipa
ꝫ nō pot abſcindi n̄
corp eſt ꝯbinendū·
ē mīn n̄ ē abſcindenda
paulatim ē p mutenci
ī q̄tente p ua· qm̄ t
humiſ· ē ꝯpleccuſ caro

b elephancie no
chaf corialf beſtial
itudie t turp
oſt t fortior
q elephas anal
yancia ſz hec ouie i
ſupueniunt t recedunt
edit in maliaa tēpta
rrabilis ſz in incōnone
gōne. hec aut ſr ere
na. bonia nemat t
uit corrupto t allus
t corpori poſt lepſum
iſpeci eor t coh
erupto ac t grillo
mi iſcauz ut porare le
i elephācia ſunt color
t conuc cor. i ing
u frigore : cal color
rubor. ex quo calo
e horridus t aal
ſica ul' livng. t i hac
enſibilitaſ c ſtupore
bular t duriar q̄lan
diſcolorā. ſp ere ſe
. ſepe oſtipari. pce
ſup aliorz arcuaao
ō palpebre. oſtea
labia. nares. et
ſitis e in lingua. uo
e t ad̄ete t pedes. p
le. pām. t ſpuriane
uenuar. ſc anuſ
cyria fallie. i pore
l' ad opa manuu ſe
crebre q omia eſt
ie ſicca maliaa.
ai t tremus : t p
ferocior oris. ſanguis
ul' liuid ul' a
plac p crti n
i qua : canito pl
pent qda qi ueniu
tant ſtdent ſz egri
t qua fac biſtural
dibus t alus p
ex eo. i ſicante ſang
tis i fecto i cdum
cabz ut abiſcat. uinu
alliaal t piperatis.
ſz ſib ſimilibz p
e allopiaa. De pilan
aaeſ uergens i
ſolat t ruber t ſc
adeſt rotunditas t
aal. oſtad t oppilio ua
unra aſpitas ca
aaaal t uilis ſepa
is ſz peedit uaria ma
nc ad mod leonine
erolio. t ſitibundi
uenioſi t iracundi
ſcoris t choraas t c
turam t p uime tenui
aaaē t colorāa t
ſanginis t pipera
gm ru. l'erxacan
ema. Sanguis

1). Jb 22 18

4°.

2) Rh 6765 4°

3) Rh 6763 4°

4) Rf 6800 4°

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 176 4°
INKUNABUŁY

BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU
Tb 2218
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 177 4°
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 178 4°
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 179 4°
INKUNABUŁY